CODEX DIPLOMALICUS

REGNI

CROATIAE, DALMATIAE ET SLAVONIAE.

EDIDIT

ACADEMIA SCIENTIARUM ET ARTIUM SLAVORUM MERIDIONALIUM

AUXILIO REGIMINIS CROAT., DALM. ET SLAV.

COLLEGIT ET DIGESSIT

T. SMIČIKLAS

ACADEMIAE SOCIUS ORD.

VOLUMEN X.

DIPLOMATA ANNORUM 1332—1342. CONTINENS.

ZAGRABIAE.

EX OFFICINA SOCIETATIS TYPOGRAPHICAE.

1912.

DIPLOMATICKI ZBORNIK

KRALJEYINE

HRVATSKE, DALMACIJE I SLAVONIJE.

IZDALA

JUGOSLAVENSKA AKADEMIJA ZNANOSTI 1 UMJETNOSTI

POTPOROM KR. HRV.-SLAV.-DALM. ZEM. VLADE.

SABRAO I UREDIO

T. SMIČIKLAS

PRAVI ČLAN AKADEMIJE.

. SVEZAK X.

LISTffiE GODINA 1332—1342.

ZAGREB.

TISAK DIONIČKE TISKARE.

1912.

PREDGOVOR.

i.

Štampane zbirke upotrebljene u ovom X. svesku.

Bullettino di Archeologia e Storia Dalmata, Spalato 1878.—1911.

Codex diplomaticus domus senioris comitum Zichy. Ed. Societas historica hungarica. Tom. I.—X. Budapest 1871.—1907.

Eubel Bullarium Franciscanum Romae 1898, 1902, 1907. Tom. V.—VII.

Farlati lllyricum sacrum Venetiis 1751.—1819. Voll. I—VIII.

Fejer Codex diplomaticus Hungariae ecclesiasticus ac civilis. Budae 1829—1844. Prodromus, 11 tomi in 43 voll. et 2 indices.

Fermendzin Acta Bosnae potissimum ecclesiastica (Monumenta spectantia historiam Slavorum meridionalium. XXXIII t.) Zagrabiae. 1892.

Jireček Konstantin dr. Spomenici srpski. Beograd, 1892.

Katona Historia critica regum Hungariae. Pestini, Posonii, Cassoviae, Budae, Colocsae, Budae 1779.—1817. Voll. I—XLII.

Kercselich Historia ecclesiae Zagrabiensis. Zagrabiae 1760.

Kukuljević Jura regni Croatiae, Dalmatiae et Slavoniae. Zagrabiae 1861. Tom. I—III.

Laszowski Povjesni spomenici plemenite općine Turopolja nekoć »Zagrebačko polje« zvane. Zagreb 1904.—1908. T. I—IV.

Ljubić Listine o odnošajih južnoga Slavenstva i mletačke republike. (»Monumenta Slavorum Meridionalium«). Zagreb 1868. i dalje.

Lucius Memorie istoriche di Tragurio ora detto Traii. Venetia 1674.

Luciusjoh. De regno Dalmatiae et Croatiae libri sex. Amstelodami 1666. Ap. Schwandtner Scriptores rerum Hungaricarum. Tom. Ш.

Lucius Note cronologiche e documenti raccolti da Giov. Luc. Bullettino 1881.—1882. Starine XIII.

Макушевт. Записки императорскои академш наукт>. Иетеребург-в. Т. XIX.

Miklosich Monumenta serbica spectantia historiam Serbiae, Bosniae. Ragusii. Viennae 1858.

Monumenta Vaticana, Hungariae. Ser. I. Tom. I.—II. Budapest 1885.

Nagy Codex diplomaticus Andegavensis. Budapest. 1878.—1887. Voll. I.—V.

Pavlović Memorie di cose dalmatiche. Zara 1864.

Pray Annales veterum Hunnorum, Avarorum et Hungarorum ab a CMXCVII. ad a. MDLXIV. Vindobonae 1763.—1767. Voll. I.—IV.

Pucić knez Medo Spomenici srpski. Knjiga II. U Beogradu 1862.

Thalloczy-Barabas Codex diplomaticus comitum de Blagay. Budapest 1898. (Monumenta Hungariae historica t. XXXV.) Budapest 1910.

Theiner Vetera Monumenta Slavorum meridionalium historiam illustrantia. Romae 1863. Zagrabiae 1875. Vol. I—II..

Theiner Vetera Monumenta historica Hungariam sacram illustrantia. Romae 1859—1860. Voll. I—II.

Tkalčić Monumenta historica episcopatus Zagrabiensis. Zagrabiae 1873.—1874. Tom. I—II.

Tkalčić Monumenta historica lib. et reg. civitatis Zagrabiae metropolis regni Croatiae. Zagrabiae 1889.—1904. Voll. I—XI.

Vjesnik kr. hrvatsko-slavonskog-dalmatinskog zemaljskog arkiva. — U Zagrebu 1899.—1912.

Wadding Annales Minorum. Ed. Jos. Maria Forsera. Romae 1731 Voll. I.—XII.

Wenzel Monumenta Hungariae historica Acta extera. — Budapest 1874.—1876. Voll. I—III.

II.

S ovim X. sveskom svršava se vladanje kralja Karla Roberta, koje ide do 21. jula 1342. Zato sam u XI. svezak metnuo drugu polu godine 1342. kao prvu vladanja Ljudevita I. Glede izvora za vladavinu Karlovu primjetiti mi je, da sam iz bogatoga arkiva samostana sv. Marije u Zadru do godine 1321. mogao unesti samo jednu jedincatu listiriu

(u VIII. sv. 1308, 20. augusta br. 187), dok ih poslije više imade. Tko znade, kako je teško raditi u ovom arkivu, gdje čovjek mora biti zadovoljan s onim, što mu dragovoljno časna sestra arkivarica dade, taj će razumjeti, da je moglo ostati u arkivu još listina za ovo dvadeset godina (1300.—1321.). Možda će budući ispitivač biti sretniji od mene.

Dužnost mi je i ovdje naznačiti dvije pogreške, koje su kasno opažene, pak se u sumariju ispravljaju. U listini god. 1338., 3. oktobra br. 304, redak peti, ima biti mjesto [domini Blasii G]eno — [domini Donati Contar]eno. Iz Lucija Memorie di Trau preuzete dvije listini dužda Franje Dandola br. 407. i 409. spadaju u g. 1339.. što se takodjer u sumariju ispravlja.

Druge će pogreške blagohotni čitalac sam lasno ispraviti.

U Zagrebu, dne 20. septembra 1912.

T. S.

1.

1332, 17. januara. U Zadru.

Matija Grubonja gradjanin zadarski daje Dragoslavu Brajdrušiću zemlju u Babindubu, da nasadi vinograd.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo primo, indicione quinta decima, die decimo septimo mensis ianuarii, Jadre. Tempore domini Francisci Danduli incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano de Jadra venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Johannis Marini Georgii egregii comitis. Ego Matheus condam Grisogoni de Grubogna ciuis Jadre concedo et confirmo tibi Dragosslauo condam Jurgii Braidrusich familiario monasterii sancte Marie monialium Jadre recipienti pro te et Johanne ac Radeno fratribus tuis uestrisque heredibus et successoribus pastinacionem vinee, quam fecistis in terra mea posita ad Babindub gognaiorum trium ita tamen, quod dictos tres gognaios perpastinare debeatis cum arboribus oliuarum viginti quinque pro quolibet gognaio per totam hanc yemem (!) sub pena sex iperperorum; cui de austro est terra mei dicti Mathei, de quirina est uia publica, de borea est terra Nicolai Guidonis de Grubogna et de trauersa est vinea Radoslaui presbiteri ecclesie sancti Petri de villa dicti monasterii; taliter, quod dum ex ipsa terra fructus vini extrahere poteritis, dare teneamini cum heredibus et successoribus uestris annuatim mihi meisque heredibus et successoribus quartam partem tocius redditus seu fructus exinde prouenientis illic in dicta vinea et partem meam conducere teneamini uestris expensis huc Jadram ad domum meam, et eciam teneamini mihi dare galinas tres et sex placentulas quolibet anno tempore vendumiarum (!), et si in fraude manifesta reperti fueritis contra meam racionem, soluere teneamini mihi sex iperperos nomine pene, quociens contrafeceritis; insuper si per aliquod tempus ius uestrum exinde uendere uolueritis, ipsum mihi meisque heredibus et successoribus uendere teneamini pro illo precio, quod ab aliis habere poteritis, si ipsum emere uoluero, si autem noluero, tunc licitum sit

uobis de iure uestro exinde facere uestrum uelle, iure autem meo supradicto et omni alio iure secundum statuta et consuetudines Jadre semper reseruato. Promittens ego dictus Matheus per me meosque heredes et successores sine aliqua excepcione iuris uel facti me obligando tibi dicto Dragosslauo recipienti pro te et dictis fratribus tuis uestrisque heredibus et successoribus dictam terram trium gognaiorum, ut predicitur, excalumpniare et defendere in racione ab omni homine et persona sub obligacione bonorum meorum pressencium(l) et futurorum. Et ego dictus Dragosslauus per ne meosque heredes et successores mei nomine omnia et singula supradicta laudo et ratifico; insuper promitto et me obligo tibi me facturum et curaturum, qiiod dicti fratres mei omnia et singula supradicta attendent et non contrafacient; pro quibus omnibus obligo me tibi et bona mea omnia pressencia et futura. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, silicet Desa Butadei ciue Jadre et (Jiuitano condam Bogdani precone Jadre et aliis. •

(Drugi rukopis.) '•

f Ego Andreas de Grisouano iudex examinator manum misi.

Ego Maurus de Cosica Jadrensis iuratus notarius interfui rogatus, ut audiui, scripsi et roboraui.

(Signum not.J

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru.

2.

1332, 19. januara. U Čazmi.

Pred čazmanskim kaptolom daruje Ivan sm Nikole samostanu i crkvi garićkoj neku zemlju i mЊг na Garešnici.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod Johannes filius Nicolay filii Vgrini personaliter coram nobis comparens, volens anime sue et parentum suorum salubriter prouidere et diem extreme messionis piis ac bonis operibus preuenire, quandam particulam terre sue in comitatu de Gressenche existentis ex vtraque parte fluuii Stopna adiacentem metis, terminis et signis infrascriptis distinctam cum omnibus vtilitatibus suis, videlicet vineis, siluis, aquis, fenetis, terris arabilibus et vno molendino in fluuio Gressenche currente, ceterisque attinenciis ad eandem pertinentibus vniuersis dixit et confessus est ecclesie beate virginis de monte Garig fratrum sancti Pauli primi heremite ordinis sancti Augustini dedisse, donasse et tradidisse irreuocabiliter habendam et iure perpetuo possidendam ; assumpsit eciam et obligauit se idem Johannes. vt si qui(!) successu temporum ipsam ecclesiam racione prefate particule terre moiestare, turbare et inquietare niteretur aut sui iuris nomine impeteret, ab eadem expedire laboribus suis propriis et expensis. Mete autem ipsius particule terre, prout idem Johannes in scriptis nobis exhibuit, hoc ordine distinguntur: Incipit prima meta ab arbore tul cruce signata sita iuxta possessionem ecclesie nominate circa magnam viam per quam itur ad forum Gressenche uersus meridiem, et per eandem eundo directe in bono spacio peruenit ad arborem tul cruce signatam et meta terrea circumfusam, inde flectitur uersus occidentem ad arborem tul cruce signatam meta terrea circumfusam iuxta semitam et inde ad vallem ad arbores naar et inde ad dumum auellanarum, ab hinc per montem directe desscendit inter duas arbores nucum in fluuium Gressenche infra molendinum superius nominatum, et per ipsum fluuium asscendendo in bono spacio peruenit ad antiquum portum, deinde exit ad arborem piri siluestris uersus orientem, per antiquam viam venit ad arborem pomi siluestris, inde declinat uersus septemtrionem per eandem viam, ab hinc ad arbores tul successiuas, deinde per ipsam viam inter duas vineas peruenit ad metam terream ad arborem tul ex utraque parte ipsius vie situatis (!), inde per eandem viam circuendo peruenit ad uerticem montis ad arborem tul cruce signatam, deinde uersus septemtrionem per eundem montem uenit ad arborem haas cruce signatam et meta terrea circumfusam in capite riuuli Wolauas dicti, et per eundem fluuium descendendo uersus meridiem venit ad fluuium Stopna ibique terminatur. In cuius donacionis memoriam firmitatemque perpetuam presentes ad peticionem eiusdem Johannis concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum dominica die proxima ante festum beatorum Fabiani et Sebastiani martirum, anno domini M°CCC° tricesimo secundo.

Iz originatnog prijepisa čazmanskog kaptola od 6. jvna 1351. u kr. ugar. drzavnom. arkivu u Buditnpešti: M. O. D. L. no. 36.183. — Stara signatura: Actor. Monast. de Garigh fasc. I. no. 31,

Hevenesi I. p. 76.— 77.

Fejer Cod. dipl. Hung. VIII. 3. 647.-649.

3.

1332, 20. januara. U **Čazmi.**

Pred kaptolom čazmanskim izjavljuju German i Desen sinovi Dionizija sina Vecerena, da su primili potpunu otštetu za učinjena zla od Tvana sina Nikole sina Ugrinova.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod German et Desscen filii Dionisii filii Vecheren de Gressenche a parte vna, ab altera autem Johannes filius Nicolay filii Vgrini personaliter coram nobis constituti, idem German et Desscen super omnibus causis, videlicet dampnis, nocumentis, vulneracionibus et homicidiis hominum, ceterisque iniuriis usque ad hec tempora quoquomodo per ipsum Jfohannem] uel per suos progenitores datis, commissis et illatis, et specialiter super morte seu homicidio Georgii filii Gymzyna fratris eorundem per ipsum non hostiliter sed casualiter interempti; pro quibus contra eundem ordine iudiciario mouebantur uel mouere in futurum sperabant questionem, reddiderunt et reliquerunt ipsum eathenus(l) coram nobis per omnia et in omnibus expeditum, asserentes, quod pro omnibus, et super premissis omnibus satisfaccionem omnimodam solucione pecuniaria, qua iidem contenti sunt, impendisset Johannes supradictus, obligantes etiam se predićti filii Dionisii, ut quocumque processu temporum de proximis et cognatis eorundem racione causarum iam sopitarum contra eundem et eius heredes insurgerent uel questionem mouerent aliqualem, expedire laboribus suis propriis et expensis. Litteras autem et instrumenta tam nostras quam cuiuscumque iudicis regni Sclauonie in processu causarum confectas, quibus mediantibus sepefactum(l) Johannem in causam in posterum protrahere niterentur, auctoritate presencium mortuas, friuolas reliquerunt ac viribus carituras, si umquam per quempiam in iucem proferentur uel etiam exhiberentur. Datum in festo beatorum Fabiani et Sebastiani. martirum, anno domini miliesimo trecentesimo tricesimo secundo.

Original u arkivu jugostavenske akademije ti Zagrebu: Diplomata a. 1332.

Na listini visi svilena vrvca zelene i crvene boje, pečat je otpao.

Na hrptu rukom XIV. vijeka: »Expeditoria contra filios Dyo[nisii]«

4.

1332, 6. februara. **U Zadru.**

Kosa de Saladino prodaje svome zetu Damjanu sinu Madija. Varikaše sjevernu polovicu svoga posjeda u Petrćanima.

fn Christi nomine. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo tricesimo primo, indictione quintadecima, die sexto mensis februarii, Jadre. Tempore domini Francisci Danduli incliti ducis Venecie, et domini Johannis do Butouano venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Johannis Marini Georgii egregii comitis. Ego Cosa de Saladino ciuis Jadrensis, uendo tibi Damiano condam Madii de Varicassis, ciui Jadrensi, genero meo integram medietatem borealem totius ville mee de Petricano cum omnibus ipsius medietatis borealis dicte ville pascuis, aquis, gais, arboribus, pertinenciis, attinenciis, nemoribus et iuribus, ad habendum et quicquid tibi deinceps placuerit perpetuo faciendum sicut de tuo propric, precio cuius uendicionis ego predictus Cosa recepi a te predicto Damiano libras octingentas denariorum paruorum venetorum, promittens ego predictus Cosa per me meosque heredes et successores tibi predicto Damiano tuisque heredibus et successoribus dictam medietatem borealem dicte ville cum omnibus suis pertinenciis et iuribus excalumpniare in ratione ab omni persona super me et bonis meis omnibus presentibus et futuris. Cui toti ville predicte de quirina est carsum et partim mare, de trauersa boschum usque ad confinia None et de austro est boschum, pertinens alie ville mee ibidem posite, et de borea est mare. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Frederico de Nassis et Biualdo Gregorii de Betono, ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Coillus Cipriani de Bartholomeo examinator manum misi.

(Signum notarii).

Et ego Blasius Michaelis Leonardi Jadrensis iuratus notarius interfui rogatus, ut audiui, scripsi et roboraui.

Original u ark. samostana sv. Marije u Zadru.

5.

1332, 12. februara. U Lastovu.

Radi se o prodaji zemlje.

Anno domini millesimo trecentesimo secundo, indicione tertia[1] decima, die duodecimo mense februarii, actum Laguste, presentibus testes(l) Marin Pouersenich, Dragosclauo Paulic et Marinus Bogdenich ad hoc uocati(!) et rogati(l) testibus. Ibi Rada fillia quondam Jacobi de Braica uendidit iure proprio in perpetuum Michaelli Schilarii vnum gognaium de tera(l) posita in loco qui dicitur Naglubocom pro perperos tres(l), quos recepit a supradicto Michaello(l) dicta Rada. Que tera confinat ex parte leuantis cum Pribie Lucich, ex parte ponentis cum filliis(l) Siraci Pouersenich, ex parte tramuntane cum Marica Bellario. Ut ipse Michael cum dei benedicione (!) dictam teram cum omnibus suis pertinentiis habeat ac teneat et possideat et in perpetuum uelle suum faciat et ista uenditio fuit preconizata per Iuanum placarium comunis Laguste secundum consuetudinem et formam statuti in loco consueto insule Laguste.

Ego Tomasius de Rosa comes Laguste manus(!) misi.

Et ego presbyter Andreas capelanus et iuratus notarius Laguste hoc scripsi et roboraui et meo signo consueto signaui.

Original u dubrovačkom arkivu. Zbirka Saec. XIV.

6.

1332, 15. februara. U Valle Stelpone.[2]

Spljet, Trogir i Sibenik čine obranbeni savez s Nelepićem.

In Christi nomine amen, Anno nativitatis dominicae 1332., 15. februarii, indictione 15., in Valle Stelponae. Congregatis in colloquio magnifico et potenti viro domino Neliptio de Tininio comite ex parte una, et egregiis et potentibus viris domino Nicolao de Molin Spalatensi, Johanne Gradonico Traguriensi, Pantaleone Justiniano Sibenicensi comitibus, et nobilibus et sapientibus viris Prevoslavo Francisci, Petrarcha Petri, Johanne Stephani syndico, et Nicolao Theodosii civibus Spalatensibus, Daniele Jacobi syndico, Dessa Bastiani, Gregorio Salinguerrae, Zoro Amblasii, Michoie Stepi, Nicola Simonis, Mengatio Dessae. Petracca Stepi civibus Traguriensibus et Radoslavo Michete syndico, Marino Bercii, Mihovile Dragoy, Francisco Bradinis, Radulfo Georgii . . . . et Petro magistri Bogdani civibus Sibenicensibus pro se ipsis et eorum civibus et communibus, quibus ab eorum consiliis faciendis auctoritas est concessa ex altera parte, ad tale pactum, concordiam et societatem ad invicem devenerunt, videlicet: Quod dictus dominus comes Neliptius debet defendere et guarentare dictas civitates et eorum districtus, et quamlibet ipsarum, homines, res et bona ipsorum, et cuiuslibet eorum, et quamlibet personam toto suo posse ubique locorum, ita et taliter, quod inimicos ipsarum dictarum civitatum, et cuiuslibet earum ipse dominus comes Neliptius tenebit et tractabit pro suis inimicis tam in districtibus dictarum civitatum, quam extra toto suo posse, bona fide sine fraude. Dictae vero tres civitates debent dare inter omnes tres civitates praedictas dicto domino comiti Neliptio in ipsius domini comitis Neliptii auxilium 400 homines pedites contra suos inimicos bona fide sine fraude; et inimicos dicti domini comitis Neliptii habere pro eorum inimicis, exceptis dominum regem Hungariae et subiectos dominio ducali Veneto, et ipsos 400 homines sibi dandos eidem domino comiti Neliptio possit conducere contra suos inimicos, si damnum sibi, vel genti suae dare contingeret, in Sclavonia tantum, et hoc intelligatur, quod praedictae tres civitates teneantur dare dictos 400 homines solummodo, quando dictus dominus comes Neliptius personaliter iret contra dictos suos inimicos, et aliter non, et si contingeret per ipsum dominum comitem Neliptium vel gentem suam moveri guerram, seu derobationes face're alicui personae absque voluntate vel requisitione ipsarum trium civitatum et eorum comitum, quarum sunt comites, quod praedicti comites, seu civitates praedictae ad praedictos 400 homines sibi dandos minime teneantur. Nec contra dominum regem Hungariae et subditos domini ducis ad praestandum eidem domino comiti Neliptio auxilium supradictum nullatenus teneantur. Et praedicta omnia, et singula supra et infrascripta ab hodierna die in antea initium assumptura sint et debeant perdurare, donec de ducalis dominii processerit beneplacito voruntatis. Pro quibus omnibus et singulis observandis et firmiter attendcndis, idem dominus comes Neliptius per se et nomine gentis suae ex una parte, et Joannes Stephani syndicus et procurator communis et hominum de Spalato, Daniel Jacobi syndicus et procurator communis et hominum de Tragurio, Rodoslauus Michete syndicus et procurator communis et hominum de Sibenico in eorum et ipsorum quorum sunt syndici et procuratores [in] animas iuraverunt corporalker ad sancta dei

[1] U originalu je tercia tri put podbrisano istom tintom, kojom je pisan original valjda za to, da naznači očevidnu pogrešku indikcije, koja je ove g. 15.
[8] Stupnjevački dolac(?).

evangelia tactis sacrosanctis scripturis, praedicta omnia et singula suprascripta et infrascripta bona fide sine fraude attendere et observare, et contra in aliquo non facere, vel venire aliqua ratione, vel causa. Quibus omnibus sic peractis suprascripti domini comites et nobiles civitatum praedictarum volentes inter se taxare et dividere ipsos 400 homines eidem domino comiti Neliptio dandos. Primo, et principaliter dominus Nicolaus de Molino comes Spalati de consensu et voluntate dictorum nobilium de Spalato c[entum] homines de dicta summa 400 hominum praedictorum pro communi et hominibus de Spalato obtulit se daturum, et dominus Joannes Gradonicus comes Tragurii cum consensu et voluntate dictorum nobilium de Tragurio de suprascripta summa pro dicto communi et hominibus de Tragurio 140 homines obtulit se daturum, et dominus Pantaleo Justinianus comes Sibenici de assensu et voluntate dictorum nobilium de Sibenico 160 homines de suprascripta summa praedicto communi et hominibus dictae civitatis Sibenici obtulit se daturum, et sic unusquisque dictorum comitum nomine dictarum civitatum quarum sunt comites, et ipsi nobiles syndici et procuratores civitatum praedictarum una cum eis ex auctoritate eis attributa et concessa a consiliis civitatum eorum, et cuiusque ipsorum promiserunt dare causis suprascriptis unusquisque quantitatem hominum per eos superius protaxatam et ordinatam, convenientes et promittentes partes suprascriptae per se, quod de dicta conventione et societate quatuor conficiantur instrumenta, unius eiusdemque tenoris, sigillis pendentibus eorum, et cuiusque ipsorum civitatis et communis, et domini comitis Neliptii in suprascriptorum omnium testimonium munimine roborata. Acta fuerunt praedicta et firmata in Valle Stelpone, praesentibus magistro Alesio de Firmo notario et cancellario communis Tragurii, magistro Meneghello de Cluigia et plurimis aliis testibus ad haec vocatis et rogatis. Ego Petrus filius quondam X (?) Alexii de Pistorio imperiali auctoritate notarius et communis Sibenici cancellarius et iuratus publicus praedictis omnibus interfui, et a praedictis partibus rogatus scripsi et fideliter' publicavi, signoque meo consueto signavi.

Lucius De regno Croat. et Dalm. lib. IV. c. XIV. p. 212.—213. (Amst.)

Fejer Cod. dipl. Hung. VIII. 3. p. 678. Regest.

7.

1332, 25. februara. U Spljetu.

Nekoliko kmetova nadbiskupa spljetskog Dominika obećaju ovomu podloznost za čitavog svog zivota.

In dei nomine amen. Anno ei[us]dem a natiuitate millesimo trecentesimo trigesimo secundo, indictione XV., regnante domino Karulo Roberto serenissimo rege Vngarie, ac domino nostro Francisco Dandulo inclito duce Venecie. Temporibus venerabilis patris domini Dominici archiepiscopi Spaleti, nobilis et sapientis viri domini Nicolai de Molino comitis, ac nobilium virorum dominorum Petrache Petri, Nicolice Theodosii et Duimi Bertani iudicum ciuitatis Spaleti die XXV. februarii. Dompnus Lucas Crechie presbiter et Draschus Scermignich, Selchus Crecich, Georgius Bogdani et Cranoi et Tollenus fratres et filii condam Ciuitici, omnes precibus et mandatis Stanini Liupsich et Bogdini condam Tolleni Salcich uillanorum predicti domini archiepiscopi constituerunt se fideiussores et principales solutores, promittentes se secuturos et curaturos omni excepcione remota, quod ipsi erunt subditi et fideles totis temporibus uite eorum reuerendissimo in Christo patri et domino domino Dominico dei et apostolice sedis gracia dignissimo archiepiscopo Spaleti et sibi ueram et puram fidelitatem seruabunt, quod si dicti Staninus et Bogdinus ueram fidelitatem dicto domino archiepiscopo non seruarent aut in aliquo contrafacerent uel uenirent, promiserunt dicti fideiussores et principales solutiones dare et designare ipsos in manus dicti domini archiepiscopi ad omnem suam peticionem et requisitionem sub pena quadraginta librarum venetorum paruorum denariorum, scilicet viginti librarum pro quolibet dictorum Stanini et Bogdini, qui contrafacerent, et pena soluta uel non, dictus contractus in sua maneat firmitate; item reficere et restituere sibi omnia et singula dampna, expensas et interesse, que uel quas substinere occasione predicta in iudicio siue extra, pro quibus omnibus et singulis firmiter obseruandis obligauerunt dicto domino archiepiscopo omnia sua bona presencia et futura in Spaleto et ubique locorum. Actum Spaleti in placcato archiepiscopatus, presentibus Qucio Bocha maioris et Milgosto condam Stanini testibus uocatis et Johanne Mariny Misie examinatore.

(Drugi rukopis).

Ego Johannes Mariny Misie consius (!) examinaui.

Ego Bonacursus condam Pini parentis de Florencia imperiali auctoritate notarius et nunc communis Spaleti predictis omnibus presens fui, et rogatus scripsi et publicaui.

(Signum not.)

Original 11 arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu. Diplomata a. 1332.

8.

1332, 9. marta. U Zagrebu.

Kaptol zagrebačkiprepisuje listinu o daru palače gradjattinu Gilionu.

Non capitulum ecclesie Zagrabiensis significamus quibus expedit per presentes, quod discretus vir, magister Johannes archidiaconus de Guerche, socius et concanonicus noster, et Custanchius aurifaber, civis Grecensis, tutores filiorum Endreoli ad nostram personaliter accedentes presenciam exhibuerunt nobis litteras communis civitatis de monte Grech, pendenti sigillo eorum consignatas, petentes a nobis cum instancia, ut easdem de verbo ad verbum transcribi, nostrique sigilli appensione faceremus consignari Quarum quidem tenor talis est: *(Slijedi hstina od 11. augusta 1291.)* Nos autem iustis et congruis peticionibus eorumdem annuentes, maxime quia invenimus eas non abrasas", non cancellatas, nec in aliqua sui parte viciatas, ipsas de verbo ad verbum transcribi, nostrique sigilli apposicione fecimus consignari. Datum feria secunda proxima post dominicam invocavit, anno domini MCCCXXX. secundo.

Original u arkivu pugosl. akademije. Vrvce i pečat postoje.
Tkaičić Mon. civ. Zagrab. I. 137.

9.

1332. 10. marta. U Čazmi.

Pred kaptolom čazmanskim izjavljuj'e BekSa sin Vukoj'ev u ime Ladislava Rakovačkoga, da sve što odredjuje protiv sinova Petra Rakovačkoga glede nekog posj'eda, ne odredjuje svoj'evoljno već pritisnut prijetnjom bana Mikića.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie damus pro memoria, quod anno domini millesimo CCC°XXX° secundo, feria tercia proxima post dominicam inuocauit, Bexe filius Wlkoy vice et nomine Ladizlai filii Bartholomei de Rokounik proximi sui coram nobis personaliter comparens per modum protestacionis dixit, quod idem Ladizlaus filius Bartholomei filios Petri filii Martini de eodem Rokounik in facto possessionis, que ipsum nomine hereditario contingit a tercio anno iam elapso in presenciam Mykch bani tocius Sclauonie et suorum iudicum iuxta consuetudinem regni attraxisset, de quibus sibi nulla iusticta fuisset; in presencia ymo idem dominus Mykch sibi per litteras suas et nuncium suum ydoneum eidem dedisset in preceptis, ut termino perhemptorio responsionis contra eosdem filios Petri acturus minime compareret, set committere se debeat iudicio eiusdem domini bani, et sicut ipse ordinabit, iuxta id assumpmere teneatur, quod si non acceptaret ordinacionem eiusdem domini bani, extunc exulari ipsum oportet de porcione possessionis sue ipsum contingentis, vnde iterum protestatus, quod quicquid **cum** eisdem filiis Petri ordinacionis uel composicionis faceret uel ordinaret aut mediantibus litteris sepedicti domini bani acceptaret non voluntarie sed necessitate conpulsus et invitus ordinaret et etiam acceptaret. In cuius protestacionis memoriam presentes concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum die et anno superius prenotatis.

Na hrptu: »Protestacionalis pro Ladizlao filio Barthoiomey de Rokounik«.

Original u arkivu j'ugosiavenske akademije ti Zagrebu. Dipiotnata a. 1-432.

Na hrptu natazi se pritisnut ovaini pečat od žuta voska, kojim bijaše listiua zatvorena.

10.

1332, 18. marta. U Višegradu.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski potvrdj'uj'e prodaju palaće sinova Gilionovih sinu ser Gerina.

Nos Karolus dei gracia rex Hungarie, significamus tenore presencium quibus expedit universis memorie commendantes, quod cum [magnificus vir] Mykch banus tocius Sclauonie, Michaelem filium Endre, civem nostrum de monte Grecensi ad celsitudinis nostre presenciam ad octavas diei cynerum, anno domini MCCCXXX secundo in factd cuiusdam. pallacii, asserens ipsum pallacium ad ius banatus pertinere ex eo, quod ipsum pallacium fuisset Stephani quondam bani tocius Sciauonie,

legittime evocasset, ipsisque octavis diei cynerum occurentibus, prefatus Michael filius Andree ad nostram, prelatorumque et baronum regni nostri accedens presenciam, exhibuit nobis quoddam privilegium dicte civitatis nostre de monte Grecensi, continens plurimos tenores litterarum regum, predecessorum nostrorum et aliorum, in quo principaliter vidimus contineri, quod domina Nyda relicta Gilionis quondam villici Zagrabiensis, Nicolaus et Franciscus filii eiusdem, Nicolao et prefato Endree, patri ipsius Michaelis, filiis videlicet Syrgirini, duas curias ipsorum in dicta civitate nostra Grecensi, inter curias Stephani filii Johannis, murum castri et curiam fratrum Predicatorum existentes, cum pallacio desolato ac aliis edificiis in eisdem fundis curiarum constitutis, optentas per memoratum Gylionem ex parte magnificorum virorum, videlicet Nicolai bani, magistri Pauli et Stephani bani, filiorum Stephani quondam bani tocius Sclauonie, receptis ab ipsis filiis Syrgirini sexaginta marcis denariorum, eisdem filiis Syrigini perpetuo in filios filiorum vendidissent. Et tandem in tenore litterarum Andree quondam regis, vidimus contineri, quod magister Paulus filius prefati Stepham bani, quoddam palacium dicti Stephani bani patris sui et per consequens suum, tamquam ius paternum, existens Zagrabie in monte Grecensi, quod comiti Hodus cognato suo perpetuo contulerat, ab eodem Hodus pro concambio quarumdam possessionum suarum, videlicet Polkyma in comitatu de Borsad, item Buken, Myxe et Gyurk vocatarum, in comitatu de Zobouch existencium, rehabuisset et recepisset, et ipsum pallacium per modum concambii in suum ius iterato devolutum prefato Gylioni civi Grecensi ob merita serviciorum suorum et recompensacionem rerum suarum sibi et Stephano bano, fratri suo, in necessitate eorum per ipsum Gylionem datarum et expositarum, eidem Gylioni dedisset et donasšet perpetuo in filios filiorum suorum et heredes, dicto Hodus, Ladislao, filio eiusdem, ac Briccio filio Andree, ipsi donacioni consensum prebentibus et assensum, prout hoc tenor litterarum prefati Hcdus continebat. Tenor eciam litterarum ipsius magistri Pauli filii Stephani bani declarabat, quod ipse magister Paulus pallacium suum predictum in Zagrabia in monte Gerech habitum, pro predicto concambio ab ipso Hodus revocatum, cnm omnibus utilitatibus suis et pertinenciis universis ipsi Gylioni perpetuo contulisset. Tenor vero Iitterarum serenissimi principis domini Ladislai olym regis Hungarie, fratris nostri exprimebat, quod Nicolaus banus filius Stephani bani, tam pro se, quam pro magistro Paulo fratre suo, in eius comparendo presencia, pallacium eorum desolatum in castro novi montis Grecensis habitum, quemadmodum Stephanus banus, frater ipsorum, comiti Gylioni sepedicto contulisset, sic et ipsi ex permissione sue regie magnitudinis, ipsum pallacium dicto Gylioni contulissent perpetuo possidendum heredum suorum per heredes. Unde nos, qui ex debito nostri officii nemini in suo iure deesse debemus et a quo oriri debet iusticia singularis, ex tenoribus litterarum prenotatarum ipsorum Ladislai et Andree, regum illustrium, predecessorum nostrorum et eorumdem magistri Pauli, filii Stephani bani ac dicti Hodus, donacioni ipsius pallacii consensum prebentibus, cognoscentes ipsum pallacium non ius successivum banatus exstitisse, sed ex premissa vendicione per dictos Nicolaum et Franciscum filios Gylionis prenotati et dominam Nydam relictam eiusdem, dicto Endre filio Syrgirini, patri videlicet memorati Michaelis et fratribus eiusdem Endre factam, de iure ad eundem Michaelem pertinere cognoscentes, prefatum pallacium eatenus, quatenus de iure ad ipsum et suos fratres hactenus pertinuit, et prout eciam vigorem dicta privilegia habere dinoscuntur, ipsis et eorum successoribus possidere et ha^bere relinquentes, nolentesque per aliquem banum pro tempore constitutum eosdem Michaelem et fratres suos ac eorum heredes racione dicti pallacii amodo perturbari, ymmo ipsi bano et eius successoribus racione dicri pallacii perpetue taciturnitatis silencium imponentes, ab impeticione eorumdem ipsos penitus duximus absolutos. Datum in Wysegrad, octavo die termini citacionis prenotati, anno domini MCCCXXX. secundo.

Original u arkivu jugoslavenske akademije. Na ledjima trag utisnuta veiikoga pečata.

Tkalčić Mon. civ. Zagrab. I. 126.—127.

11-

1332, 27. marta. U Zadru.

Rajnerije Varikaša prodaje vinograd u Bibanu Dragoslavu Brajdruziću.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo secundo, indicione quinta decima, die vigesimo septimo, mensis marcii, Jadre. Tempore domini Francisci Danduli incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano de Jadra venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Johannis Marini Georgii egregii comitis. Ego Rainerius condam Barthe de Uaricassis ciuis Jadre de consensu et uoluntate expresso domine Bune matris mee ibidem presentis do, cedo, trado et transfero tibi Dragoslauo condam Jurgii Braidrusich familiario monasterii sancte Marie monialium Jadre pro te tuisque heredibus et

successoribus recipienti totum ius et omnem accionem realem et personalem, utilem et directam, quod et quam habeo uel habere possum in una vinea que fuit olim Pribe relicte Cepriani posita ad Bibanum super terram monasterii sancte Marie monialium Jadre predictum, reddente decimum pro terratico annuatim dicto monasterio hic in Jadra de tina; cui de borea est uia conuicinalis, de austro est vinea Bertani cubularii, de trauersa est vinea Radouani condam Chranse et partim vinea Coilli pestrinarii et de quirina est carsus; quam vineam emi ad incantum pro libris octo denariorum venetorum paruorum prout in[1] instrumento breuiarii predicti incantus confecto manu infrascripti notarii anno incarnacionis domini millesimo trecentesimo trigesimo primo, indicione quinta decima, die vigesimo secundo presentis mensis marcii plenius continetur. Quod quidem instrumentum breuiarii dicti incantus ego dictus Rainerius i.bidem tibi dicto Dragosslauo dedi et tradidi sanum et integrum cum omni meo iure et accione mihi competenti et que competere posset in dicta re cessa qualitercunque virtute dicti instrumenti incantus; constituens te procutatorem in rem meam et ponens te in locum meum, ut de cetero tui nomine in iudicio et extra accionibus utilibus et directis, uti et experiri possit ac ipsam vineam habere, tenere, possidere cum suis pertinenciis et quicquid tibi tuisque heredibus et successoribus deinceps placuerit exinde perpetuo facere tamquam de re tua propria, ceteraque facere, que egomet facere poteram virtute dicti instrumenti incantus, saluo et reseruato semper iure predicti monasterii supradicto et omni alio iure secundum statuta et consuetudines Jadre. Precio et nomine precii dicte cessionis iuris et accionis, roboris et vigoris ego dictus Rainerius confiteor me recepisse et habuisse a te dicto Dragosslauo Hbras octo denariorum venetorum paruorum, ac mihi integre persoluisti; promittens ego dictus Rainerius per me meosque heredes et successores ac me obligans tibi dicto Dragoslauo tuisque heredibus et successoribus dictam cessionem iuris et accicnis roboris et uigoris ac omnia et singula in hoc instrumento contenta firma et rata habere perpetuo et non contrafacere uel uenire de iure uel de facto sub obligacione bonorum meorum .omniurn presencium et futurorum; ta tamen, quod pacto expresso intra nos aposito, videlicet, quod dictam vineam tibi excalumpniare non teneor, nec precium ipsius reficere, eciam si dicta vinea a te fuerit emcta(!)[2]. Et ego dicta Buna uxor predicti olim Barthe de Uaricassis omnia et singula supradicta laudo et ratifico.

[1] Slijedi nekaka pokvarena riječ, iskrižana ćini ae, da je quidem pa gore »o« što bi značilo »quod am« t. j. »quodam«.
[2] euicta?

Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Andrea de Raua et Gregorio filio Pauli de Sluradis ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

t Ego Andreas de Grisogono iudex examinator manum misi.

Ego Maurus de Cosica Jadrensis iuratus notarius interfui rogatus, ut audiui, scripsi et roboraui.

fSignum not.)

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru a. 1332.

12.

1332, 20. marta. U Križeveima.

Stjepan zupan krizevacki daje na. znanje, da je Stjepan sin Grgurov zvan Fodor optužen od Gjure i Stjepana zbog ubojstva itd.

Nos Stephanus comes Crisiensis damus pro memoria, quod tercio termino existente Georgius filius Pauli nominauit litem suam contra Stephanum filium Gregorii: violenciam, pecuniam, effusionem sanguinis et confraccionem ecclesie. Item Jacobus filius Petri nominauit litem suam similiter contra eundem: violenciam, pecuniam, desolacionem possessionis et vinearum, ac eciam latrocinium et furticinium; pro quo terminum assumpsit Stephanus filius Martini. Vnde in octauis datarum presencium idem Stephanus tenebitur contra predictum Georgium et Jacobum respondere. Datum in Crisio, secunda feria proxirna post domhiicam letare.

Na hrpht: »Pro Georgio et Jacobo contra Stephanum dictum Fodor ad octauas in tercio termino.«

Original na papiru u arkivu kaptola čazmanskog u Varaždinu bez daluma.

Na hrptu nalazi se sačuvan pritisnut pečat, kojim bijaše listina zatvorena.

Glede datuma sravni ovu listinu s listinom od 21, decembra 1332. od istoga župana.

13.

1332, 13. aprila. U Zagrebu.

Pred kaptolom zagrebačkim prosvjeduju Toma sin Dominikov itd. frotiv toga, što je German sin Tomin predao dio svoga imanja u Rakovcu svojoj kćeri kao miraz.

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis memorie commendantes significamus, quibus expedit per presentes, quod Martinus et Nicolaus filii Ladizlai, Thomas filius Dominici et Nicolaus filius Abrahe pro se et Mykuch filio Mychaelis coram nobis personaliter constituti exposuerunt protestando, quod Germanus filius Thome contra eos et voluntatem eorum porcionem possessionis sue, quam habuit in Rakonuk et alias vbicumque existentes, Petro filio Martini cum filia sua in dotem ohm tradidit ac eciam assignauit, inpediuerunt eciam, ne litteras nostras ad instanciam aliquorum et maxime Ladizlai et Georgii filiorum Bartholomei super perpetuacione eiusdem porcionis Martino et Stephano filiis eiusdem Petri concedere dignaremur. Datum feria secunda proxima post dominicam ramispalmarum, anno domini MCCCXXX° secundo.

Iz originalnoga prijepisa kaptola zagrebačkoga od 4. oktobra 1375.
Potonji prijepis u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu : Diplojnata a. 1332.

14.

1332, 26. aprila. U Medvedgradu.

Mikić ban oprašta sinove Bodurove od četvrtoga dijela miraza.

Nos Mykch banus tocius Sclauonie significamus quibus expedit vniuersis, quod nos ob respectum peticionis et amicicie venerabilis patris fratris Ladislai dei et apostolice sedis gracia archiepiscopi Colocensis, domini et amici nostri iudicium seu solucionem, quam nobis et magistro Stephano comiti nostro Crisiensi Stephanus et Petrus filii Bodur racione quarte dotis filie facere tenebantur, reddimus ipsos de ipsa solucione expeditos et penitus absolutos. Idcirco tibi magistro Stephano comiti nostro Crisiensi precipimus, quatinus predictos filios Bodur racione predicte solucionis non presumpmas molestare aut agrauare. Datum in castro Medue, in octauis pasce, anno domini MCCCXXX. secundo.

Prijepis iz pocetka XVI. vijeka u kr. zetu. arkivu u Zagrebti : Doc. medii acvi a. 1262.

15.

1332, 15. maja. U Avignonu.

Kardinal Arnald dozvoljava, da se mogu neke odlične gospodfe pokopat na groblju samostana sv. Nikole.

Arnaldus miseracione diuina sancte Marie in Porticu diaconus cardinalis, dilectis in Christo sororibus . . . abbatisse et conuentui monasterii sancti Nicolai de Jadra ordinis sancte Clare salutem et sincere dilectionis affectum. Nobis pro parte vestra humiliter extitit supplicatum per venerabilem virum presbiterum Pacem de Casaamatis Cremonens[em], quod vobis infra cimiterium vestrum ubi corpora vestra sepeliri consueuerunt, usque ad numerum duodecim nobilium dominarum reccipiendi cum habitu moniali ad sepulturam specialem licenciam concedere dignaremur. Nos uero volentes huiusmodi supplicacionibus graciosius a[n]nuere, vobis et conuentui vestro easdem dominas usque ad numerum supradictum infra sepulturas predictas reccipiendi auctoritate qua fungimur in hac parte liberam licenciam concedimus per presentes. In cuius rei testimonium presentes literas sigilli nostri iussimus appensione muniri. Datum Auinioni, quintadecima die mensis madii, pontificatus sanctissimi domini Johannis pape XXII. anno sexto decimo.

Orisrinal u gubernijal. arkivu u Zadru; odio samostana sv. Nikole br. 148. — Pečat otpao.

16.

1332, 19. maja. U Zadru.

Bela udova Pavla de Carlasaro prodaje Lompri de Soppe zemlje svoje nc ctoku Gelanu.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo tricesimo secundo, indicione quinta decima, die decimo nono mensis maii, Jadre. Tempore domini Francisci Danduli incliti

ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Nicolai Faletro egregii comitis. Domina Beila relicta Pauli de Carlasaro ciuis Jadre uendidit et tradidit Lompre de Soppe ciui Jadre infrascriptas possessiones suas positas in insula Gelani, videlicet gognaios octo terre vineate, que reddit quartam pro terratico per Johannem Blanculinum; cui de borea est via publica, de trauersa terra Gregorii de Betono, de austro et de quirina terra Mauri de Sagaticha; item gognaios quatuor terre vineate in una presalia reddentem quartum pro terratico per Core Chodanum; cui de borea terra Gregorii de Betono, de trauersa terra Dani Pauli de Begna, de austro terra dicti Mauri et de quirina vinea Johannis Blanculini in terra predicte domine; item gognaios circa triginta terre et si plus est suum sit predicti Lompre cum muraliis et aliis suis pertinenciis, cui de quirina possidet Raua, de borea possidet partim dictus Maurus et partim possidet Petrus de Forto, de austro possidet dictus Maurus et de trauersa est via publica; ad habendum et quicquid dicto Lompre deinceps placuerit perpetuo faciendum sicut de suo proprio, cum omnibus suis pertinenciis et iuribus; pro pretio libras(!) centum duodecim denariorum paruorum, quod precium a dicto Lompre confessa est dicta domina Bella se integre recepisse. Quas possessiones confmatas dicta domina Bella se constituit possidere nomine predicti Lompre, donec ipsarum possessionum dictus Lompre possessionem acceperit corporalem; quam accipiendi et retinendi sua auctoritate sibi deinceps licenciam oinnimodam dedit. Promittentes predicta domina Bella et Barthe de Hossessico ipsius domine frater per se suosque heredes et successores predictas possessiones confinatas cum suis pertinenciis dicto Lompre suisque heredibus excalumpniare et deffendere in ratione ab omni persona super se et bonis suis. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet V[id]osso sartore filio Stanci et Prefsa condam Desse Jadrensibus et aliis.

Original u arkivu grofova Begna u Posedarju. P. no. 61. Ovjerovljenje eksaminatora i notara manjka.

17.

1332, 19. juna. U Zadru.

Leonard de Osesico obvezuje se Petru Saraciniću, da će odgovarati za nj zbog toga, što nije pošao s mornaricom put Cipra.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo secundo, indicione quinta decima, die decimo nono mensis iunii, Jadre. Tempore domini Francisci Dandulo incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano de Jadra venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Nicolai Faletro egregii comitis. Cum tu Petrus Saracinich de Jadra receperis soldum seu stipendium in ciuitate Veneciis causa eundi Ciprum cum presenti armata galearum, que armata est ad dictum locum Ciprum itura; pro quo soldo seu stipendio per te dictum Petrum recepto, ut predicitur, ego Leonardus de Osessico ciuis Jadre me constitui pro te fideiussorem; et quia tu dictus Petrus dictum soldum mihi dicto Lconardo dedisti et integre restituisti pro eo, quia cum dicta armata ire non potes causa negociorum tuorum, que ad presens habes ad faciendum, idcirco ego dictus Leonardus presenti publico instrumento pacto expresso promitto per me meosque heredes et successores sine aliqua excepcione iuris uel facti me obligando tibi dicto Petro pro te tuisque heredibus et successoribus recipienti, te dictum Petrum tuosque heredes et successores indempnem et illesum a quacumque persona et universitate de dicto soldo seu stipendio, pena et expensis perpetuo conseruari; et si aliquod dampnum exinde sustinueris, totum illud tibi reficere et emendare tenear sub pena quarti in eo super quo questio exinde moueretur et omnium expensarum litis et extra; qua pena soluta uel non, nichilominus presens instrumentum et omnia in eo contenta rata maneant. Pro quibus omnibus obligo me et tibi et bona mea omnia pressencia et futura omni excepcione remota, nulloque pretermisso obstante. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Nicolao de Speia et Quitano de Drauec ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Petrus condam Miche Rose iudex examinator manum missi.

Ego Maurus de Cosiga Jadrensis iuratus notarius interfui rogatus, ut audiui, scripsi et roboraui.

(Monog. not.).

Original u guberniat. arkivu u Zadrit, odio samostana sv. Dominika no. 695.

18.

1332, 26. jrnia. U Čazmi.

Kaptol čazmanski svjedoči, da je Stjepan sin Oslov ćekao svoje protivnike u parbi glede posjeda Gjelekovca.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendamus, quod ad peticionem nobilis viri magistri Stfephani] filii Opoy ad videndam ereccionem metarum cuiusdam possessionis olym Gardun nunc uero Gelekouch vocate, quam ipse magister Stephanus et magister Dominicus filius Osl comes Wesprimiensis iuxta continenciam et formam litterarum magnifici viri comitis Pauli iudicis curie domini regis in octauis festi pentecostes proxime transactis inter se sub obligacione viginti marcarum facere et iustificare debebant, discretos viros Fabianum custodem et magistrum Johannem Segusdiensem, socios et concanonicos nostros duximus transmittendos. Qui socii nostri tandem ad nos redeuntes nobis retulerunt, quod idem magister Stephanus adductis secum quatuor sibi consimilibus nobilibus prout se obligarat litteris mediantibus annotatis, in ereccione metarum possessionis memorate fuit promptus et paratus, s[etj dictus magister Dominicus ad premissa facienda non venisset nec legitimum procuratorem destinasset, diebus legitimis per eundem magistrum Stephanum coram predictis sociis nostris expectatus; retulerunt etiam iidem socii nostri, quod Elyas filius He[r]man, Paulus filius Abraam de Pukur et Dionisius seruientes nobilis domine relicte magistri Nicolai filii Gyleti inibi tunc comparuissent, tamen sine aliquo procuratorio dicer.do, quod in persona ipsius domine relicte magistri Nicolay restitucionem antedicte possessionis iuxta veteres metas et antiquas acceptare essent parati; ad quorum asserciones sepedictus magister Stephanus respondisset, quod nullam accionem in factis possessionum cum ipsa domina habuisset uel haberet, nec cum eadem metas erigere uel iustificare esset obligatus. Datum in festo beatorum Johannis et Pauli martirum, anno domini millesimo trecentesimo tricesymo (!) secundo.

Na hrptu: »Memorialis pro magistro Stephano filio Opoy contra magistrum Dominicum filium Osl«.

Original u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti.: M. O. D. L. no. 35.849 (bivša zbirka Kukuljeviceva). — Na hrptu vidi se trag šiljato ovaina pritisnuta pečata, kojim bijaše listina zatvorena.

19.

1332, 18. augusta. U Zadru.

Bendeta udova Gresanova prodaje Krševanu de Gramazo vinograd u Cerodolu.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo irecentesimo trigesimo secundo, indictione quinta decima, die decimo octauo mensis augusti, Jadre. Tempore domini Francisci Dandulo incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano de Jadra venerabilis [adrensis archiepiscopi, ac domini Nicolai Faletro egregii comitis. Ego Bendeta vxor olim Gresani capelarii civis Jadre do, uendo et trado iure proprio in perpetuum tibi Grisogono de Gramaco ciui Jadre totam unam meam vineam seu terram vineatam gognaiorum quinque et si plus fuerit tuum sit, positam in Cerodol; cui de austro est vinea heredum olim Petri Crasouich, de quirina est derrus monasterii monialium sancti Demetrii de Jadra, de borea est partim vinea Barthe Bon[i] et partim dictus derrus predicti monasterii, et de trauersa est partim vinea Dminse villani tui dicti Grisogoni et partim vinea Francisci de Ritessa et partim vinea tui dicti Grisogoni, ad habendum, tenendum, possidendum et quicquid tibi tuisque heredibus et successoribus deinceps placuerit exinde perpetuo faciendum, cum omnibus et singulis que dicta res uendita habet super se uel infra aut intra se in integrum, omnique iure et accione, usu seu requisicione mihi ex ipsa re uendita uel pro ipsa aut ipsi rei vendite modo aliquo pertinente; pro precio soldorum viginti venetorum grossorum. Quod quidem precium confiteor ego dicta Bendeta me recepisse et habuisse a te dicto Grisogono ac mihi integre fuisse satisfactum et solutum; promittens ego dicta Bendeta per me meosque heredes et successores sine aliqua excepcione iuris uel facti me obligando tibi dicto Grisogono pro te tuisque heredibus et successoribus recipienti dictam vineam venditam seu terram vineatam, ut predicitur, excalumpniare et defendere in racione ab omni homine et persona, pro quibus omnibus obligo me tibi et bona mea omnia pressencia (!) et futura. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Jacobo condam Radossi et Jacobo de Lechillfo] Jadrensibus et aliis.

Drugi rukopis.

Ego Michael Blasii de Soppe iudex examinator manum misi.

Ego Maurus de Cosica Jadrensis iuratus notarius interfui rogatus, ut audiui, scripsi et roboraui.

(Signum not.J.

Original u arkivu samostana sv. Matife u Zadru a. 1332.

20.

1332, 19. augusta. U Baču.

Kaplol balki prepisuj'e svoju izpravu od god. 1297., koja sadržaje darovanje posjeda Sota u vukovskoj' županiji Ivanu sinu kneza Gynarda.

Capitulum ecclesie Bachyensis omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad uniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod nobilis uir magister Ladizlaus filius Smaragdy personaliter ad nostram accedens presenciam nobis significare curauit, quod par cuiusdam priuilegii sui super quasdam possessiones suas olym emanatum casualiter amisisset, cuius aliud par confectum in camara (!) nostra siue sacristia repositum allegabat petens nos precum cum instancia, vt ipsum reinuenire faceremus et eidem continenciam uel tenorem de uerbo ad uerbum transscribi faceremus, quod par quidem in camara nostra requirendo non abrasum non cancellatum nec in aliqua sui parte viciatum reinuenimus. Cuius tenor talis est: *(Slijedi listina kaptola bačkoga od g. 1297.)* Nos igitur iustis et legitimis peticionibus eiusdem magistri Ladizlai annuentes, ipsum par priuilegii iamdicti de uerbo ad uerbum presentibus inseri fecimus sigillo nostro communitum et alphabeto intercisum. Datum feria quarta proxima ante festum beati regis, anno domini M° CCC° XXX° secundo, Johanne preposito, Michaele lectore, Emerico cantore, Nicolao Bachiensi, Egydyo Syrimiensi, Petro Sekediensi archidiaconis, Gallo custode, Mychaele decano, ceterisque fratribus in eadem ecclesia iugiter et deuote deo famulantibus.

Original u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 34.091. — Stara sign. N. R. A. /asc. loOl. no. 22.

Na crvenoj svilenoj vrvci visi dobro sačuvani pečat.

Na hrptu savremena bilješka: »Super Zoth«.

21.

1332, 24. augusta. U Zadru.

Mladen Kalnić prodaje Radonj'i Srliću iz Sirila vinograd u Strasici.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo tricesimo secundo, indicione quinta decima, die vigesimo quarto, mensis augusti, Jadre. Tempore domini Francisci Dandulo incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Nicolai Faletro egregii comitis. Ego Mladinus Cal[n]ig filius condam Laureucii de Jadra uendo tibi Radogne Serlich uillano Cose Saladini ad Stril unam meam vineam positam ad Strasicam in districtu None ad habendum et quicquid tibi deinceps placuerit perpetuo faciendum sicut de tuo proprio. Pretio cuius vendicionis ego predictus uenditor recepi a te predicto emptore libras sex et soldos quindecim denariorum paruorum. Promittens ego predictus uenditor per me meosque heredes et successores predictam vineam cum suis pertinenciis tibi predicto emptori tuisque heredibus et successoribus excalumpniare in racione ab omni persona super me et bonis meis omnibus pressentibus(l) et futuris. Cui vinee de quirina est vinea Pianche, de austro terra Dragote de Nona, de borea vinea Dragusti et de trauersa via conuicinalis. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Drasoy condam Stoislaui de Berda uillano domine Femie de Zadulino et Luben sartore eondam Bogdani de Jadra et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Michael Blasii de Soppe iudex examinator manum misi.

(Signum not.J

Et ego Blasius Michaelis Leonardi Jadrensis iuratus notarius interfui rogatus, ut audiui, scripsi et roboraui.

Original u arkivu u samostanu sv. Marije u Zadru a. 1332.

22.

1332, 31. augusta.

Karlo kralj ugarski i hrvatski daruje Nikoli sinu Mihaljevu neke posjede u krizevaćkoj i vukovskoj iupaniji.

jgf [K]arolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex, princeps Sallernitanus et Honoris ac montis sancti Angeli dominus, omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris noticiam presencium habituris salutem in omnium saluatore. Ad hoc celsitudini regie a domino gladius est collatus, ut benemeritis digna rependat premia, et malemeritis ulciscatur, ne facti peruersitas aliis presumptoribus similia transeant in exempla. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod cum Paulus quondam filius Myhalch infidelitatis nota preconcepta feruente in ipso camino nequicie a via fidelitatis nobis et sacre corone nostre debita diuertendo et prius fraudem prodicionis in bello gentis nostre in partibus Croacie faciendo contra nostram maiestatem, non attendens, quod qui naturali domino resistere . moliuntur, diuinis disposicionibus manifeste videntur obuiare, in castrum Supluncha vocatum in comitatu Crisiensi habitum rebellione sui contumacis amini aduersos processus in nostrum et regni nostri preiudicium cupiens exercere se nequiter rnclusisset et de eodem castro infinita malorum genera, videlicet in variis spoliis, villarum destruccionibus et conbustionibus, item bonorum seu rerum mobilium et inmobilium ablacionibus, ecclesiarum Zagrabiensis et Chasmensis ac aliarum deuastacionibus, hominum utriusque sexus, ecclesiasticarumque personarum vulneracionibus, captiuacionibus et tormentacionibus ac aliis omnibus in quibus potuit, que suo modo per singula longum esset enarrare et litteris inseri tediosum, ex utraque parte fluuii Zawa fidelibus nostris hostiliter intulisset, et de huiusmodi tot et tantorum malorum illacionibus et commissionibus ac notorie infidelitatis operibus ex nostris pluribus ammonitiuis mandatis non cessasset, nec se retraxisset, ymo pocius de die in diem incepta feruencius augmentasset, et sic idem Paulus pro tot et tantis suis grauibus et nefandis excessibus capitalem vindictam, amissionemque omnium bonorum et possessionum eius heredum per heredes rite et iuste ac legitime incurrisset. Nos ex debita sollicitudine, qua de regno nostro infidelium et rebellium proteruias tenemur prudencius extirpare, eundem Paulum non perpendentem, quod maiestas regia longas habet manus, per Petrum filium Laurencii de Dubrakuchya fidelem nostrum fecimus captiuari. Quo quidem Paulo in ipsa captiuitate ex dei indignacione permissiua, que culquam quandoque ferire consueuit pertinaciter excedentis ictu fulminis suam vitam miserabiliter finiente, predictum castrum Nicolaus frater eiusdem Pauli carnalis occupauit, quod stilicet castrum licet idem Nicolaus per aliquorum dierum spacia pro se detinuerit, tandem tamen maturiori deliberacione se preuidendo, saniorique ductus et usus consilio, nolens vestigia predicti infidelis fratris sui immitari et sordibus perpetue infidelitatis eiusdem fratris sui se et Johannem filium suum, item Nicolaum, Petrum, Paulum et Demetrium filios quondam Petri alterius fratris sui filii predicti Myhalch ac alios eorum heredes notabiliter obfuscari, sed sincere fidelitatis constanciam sacre corone regie et nobis cupiens inmutabiliter obseruare, ad nostram personaliter accedens presenciam predictum castrum Supluncha nominatum, quod pro perpetua et indelebili infidelitatis nota predicti Pauli infidelis fratris sui nostris manibus ex consuetudine regni nostri approbata et semper obseruata deuolui legitime debebat, nobis absque omni rebellione cum omnibus vtilitatibus suis et pertinenciis vniuersis, ac villis sub hys videlicet districtu, ambitu et terminis, quibus prefatum castrum ab olym vsque modo habitum extitit et possessum pleno iure reddidit, restituit et resignauit liberaliter perpetuo possidendum et habendum in filios filiorum nostrorum et heredes, nichil iuris et proprietatis ac dominii sibi et suo ac dicti Petri fratris sui filiis eorumque heredibus in eodem castro et eius pertinenciis deinceps reseruando, renunciando quoque ex nunc omni iuri, omnique accioni, procuracioni fraudulente, querimonie et cautele ac quibuscunque et qualibuscunque litteris, instrumentis et munimentis, si que et quas idem et suus dictique Petri fratris sui filii eorumque heredes eis temporis in processu forsitan palam uel occulte, tacita et subpressa veritate in preiudicium iuris et iusticie tenerent, quererent et inuenirent in contrarium premissorum, petens nichilominus a nobis prece subiectiua, ut ne aliquorum sibi inuidencium suggestio scintillas infidelitatis dicti Pauli fratris sui in ipsius dictorumque sui ac ipsius Petri fratris sui filiorum personas spargere et extendere possit aliquando uel ualeat, eis dari remedium oportunum. Nos itaque pensantes sinceritate fidelitatis dicti Nicolai in signum et titulum huiuscemodi petiti remedii et recompensacionem tante fidelitatis sue, ipsum magistrum Nicolaum dictosque suum et ipsius Petri fratris sui filios in synum dileccionis Jnostre maiestatis, qua cunctis fidelibus sumus debitores recipiendo et eis de nota infidelitatis ipsius Pauli nichil inpingentes, sed pocius de gracia speciali eos in dicta nota infidelitatis premisse cauentes fore participes, vniuersas possessionarias porciones Zerye filii Cosme sine heredum solacio decedentis et predicti Pauli filii Myhalch fratris sui, notorii infidelis nostri in

Zenchee habitas, que racionibus premissis omni equitatis tramite nostris manibus debebant applicari, cum omnibus earum vtilitatibus et pertinenciis vniuersis, excepto ipso castro et pertinenciis eiusdem sub inclusione districtus ipsius castri adiacentibus, eidem Nicolao et dictis suo ac eiusdem Petri fratris sui filiis eorumque heredibus dedimus, donauimus et contulimus iure perpetuo possidendas. habendas et tenendas. Item vniuersas possessiones eiusdem Nicolai filii Myhalch et predicti Pauli fratris sui per quoscunque detentas et occupatas, ubique existentes, quouis nomine nuncupatas, auctoritate regia eisdem reddidimus perpetuo possidendas pleno iure, saluo iure alieno. Item possessionem Wolkou vocatam similiter cum omni plenitudine sui iuris eidem Nicolao et suis posteris reddidimus perpetuo possidendam, absque preiudicio iuris alieni. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem, presentes concessimus Iitteras nostras priuilegiales duplicis sigilli. nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Thatamery Albensis ecclesie prepositi, aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, anno domini M°. CCC°. XXX^0 secundo, pridie kalendas septembris, regni autem nostri anno similiter tricesimo secundo ; venerabilibus in Christo patribus Chanadino Strigoniensi, et fratre Ladislao Colocensi archyepiscopis, item Benedicto Chanadiensi, Nicolao Jauriensi, Georgio Syrimiensi, fratre Petro Boznensi, Andrea Transiluano, Ladislao Zagrabiensi, Herrico Wesprimyensi, Ladislao Quinqueecclesiensi, Andrea Waradiensi, Meskone Nitriensi, Radolpho Waciensi, Nicolao Agriensi et Paulo de AlbaNandur ecdesiarum episcopis; magnificis baronibus Johanne palatino, Demetrio magistro thawarnicorum nostrorum, Thoma woywoda Transiluano, Mykch bano tocius Sclauonie, Paulo filio Symonis iudice curie nostre, Johanne bano de Machow, Dyonisio dapiferorum et Konya pincernarum nostrorum magistris, Nicolab comite Posoniensi et aliis quam pluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Original u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. 0. D. L. no. 34.099. — Stara sign.: N. R. A. fasc. 646. no. S.

Na žutoj svilenoj vrvci visi ulomak dvostrukoga pečata.

23.

1332, 1. septembra. U Zadru.

Lazar glasonoša kurije zadarske očituje, da je prodao na draibi posjed Dragoslava sina Braikova Gjuri de Pucogna gradjaninu zadarskom.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo secundo, indictione quinta decima, die primo mensis septembris, Jadre. Tempore domini Francisci Dandulo inciiti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano de Jadra venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Nicolai Faletro egregii comitis. Testificor ego Lacarus Jadrensis curie castaldus et preco in salute anime mee, quod, cum per Nicolaum de Cugilla ciuem Jadre fuisset supradicto domino comiti et eius curie cedula qusdam presentata incantus huius tenoris: Ad peticionem Nicolai de Cucilla incantatur et plus danti dabitur et deliuerabitur(!) palacium seu hospicium Dragosslaui condam Bratchi de Jadra positum Jadre in confinio sancti Thome cum coquina de lignamine et cum duobus locis ibidem positis, quorum unus et amuratus atque cum sua curia et ambitu, cuius palatii, coquine, locorum et curie sunt circa passus triginta et si plus uel minus fuerit, cedat in uendicione infrascripta; cuius palacii medietas frontalis muri ex parte boreali est Petri de Matafaro, de loco amurato predicto est fundamentum muri, ex parte australi Johannis condam Dmini eundo recto tramite de trauersa uersus quirinam ita, quod stilicidium dictus Johannes nec Dragosslauus facere possunt nec debent super dictum fundamentum, saluo stilicidium furni australis ipsius Johannis cadere debeat super dictum fundamentum, vero medietas muri seu frontalis ex parte trauersali dicti loci est predicti Dragosslaui, quibus de trauersa partim sunt loca ecclesie sancti Thome et partim coquina dicti Petri, et de austro est dictum fundamentum predicti Johannis, cum omnibus suis pertinenciis tam sub terra quam supra terram; et pro debito euidenti librarum ducentarum paruorum pena et expensis iuxta tenorem unius puplici instrumenti scripti manu Duimi de Spaleto iurati Jadrensis notarii; de quo debito idem Dragosslauus coram domino comite Jadre et eius curia fuit contentus et confessus supradicto Nicolao de Cucilla dare debere, propter quam confessionem dictus Dragosslauus eidem Nicolao per dictum dominum comitem et eras~curiam fuit fn drctis -libris dueentis paruorum, pena et expensis per sentenciam condempnatus et pro exsecucione sentencie predicte dictus Nicolaus positus fuit per tribunum curie in dictum

palacium, in loca predicta, in pagamentum et possessionem corporalem; et facta presentacione denarii dicto Dragoslauo de predictis possessionibus infra statutum terminum ipsas non redemit, predictam cedulam in manu deferens precona uoce clamando incantaui dictas possessiones, ut predicitur, per unum mensem et ultra ut moris est dicens, quod plus danti dabuntur et deliuerabuntur ad habendum, tenendum, possidendum et quicquid emptori suisque heredibus et successoribus placuerit perpetuo, ut predicitur, faciendum. Hoc idem diebus festiuis per solempnes ecclesias Jadre nunciando, ut moris est, inuentoque per dominum Matheum de Cotopagna ciuem Jadre olim iudicemj maioris curie Jadre, cui per supradictum dominum comitem et eius curiam deliueracio incantus fuerit antedicti, testificacione confinium vicinorum taliter fore confinat[um], prout in dicta cedula describebatur, saluo Johannis condam Dmini predicti, qui contentus fuit de confinibus predictis secundum tenorem instrumenti vendicionis facte per dictum Johannem predicto Dragosslauo de predictis possessionibus; atque die deliueracionis incantus predicti dicto Dragosslauo notificato nichilque earum solempnitatum que secundum statuta et consuetudines Jadre debent in huiusmodi incantibus obseruari ommisso, de mandato predicti domini comitis et infrascriptorum iudicum succedencium et in presencia domini Philipi condam Miche Rose ciuis Jadre iudicis infrascripti, cui per supradictum dominum comitem et infrascriptos iudices deliuracio dicti incantus comissa extitit, predictas possessiones superius expressas dicti Dragosslaui cum suis pertinenciis, ut predicitur, deliurando dedi et vendidi die feriato sub logia magna Jadre Georgio de Pucogna ciui Jadre, dicto domino Philipo iudice ipsum emptorem baculo inuestiente, pro libris ducentis decem denariorum venetorum paruorum, quod quidem precium dictus emptor dedit et soluit predicto Nicolao de Cucilla pro debito antedicto. De cuius deliuracione incantus supradicti dominus comes et iudices ad dicti emptoris cautelam iusserunt fieri presens breuiarium publicum instrumentum. Et hec omnia uera esse testificor coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Pele de Gno[n]go et Thomsa sartore condam Dminci Liali Jadrensibus et aliis.

(Drugi rnkopisi).

Ego Nicolaus Faletro comes Jadre manum missi.

Ego Thomas de Petrico iudex manum missi.

Ego Filipus Miche de Scolaturis iudex manum missi.

Ego Maurus de Cosica Jadrensis iuratus notarius interfui rogatus. ut audiui, scripsi et roboraui.

(Monogram not.)

Origiiial ti arkivu sv. Marije ti Zadra, a. 1332.

24.

1332, 27. septembra. U Visu.

Krešen Desenić obvezuje se, da će vratiti svomu smu Ivanu svotu novaca plaćenu za njega.

In dei nomine amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo secundo, indictione quinta decima, die vigesimo septimemensis septembris. Temporibus equidem illustris et magnifici domini Francisci Dandullo incliti ducis Venecie, ac venerabilis patris et domini fratris Luce dei et appostolice sedis gratia Farensis et Brazensis episcopi, et nobilis et sapientis viri domini Petri Falletro Farre et Brage honorabilis potestatis, suorumque iudicum Gallecxe Kdossii, Stanoy Andree et Nicholle Cussme comunis Farre iudicum. Cum hoc esset, quod Cresceni Desenich de Lixa esset sentenciatus siue condempnatus comuni librarum sedecim denariorum venetorum paruorum tempore domini Zanti Laoredani olim potestatis Farre et Braze, Juan eius filius soluit dictas libras sexdecim comuni siue Sclauogosto Bogdani, qui soluit dictos denarios pro dicto Cresceni; dictus Cresceni fuit contentus, quod dictus Juan eius filius ad suum beneplacitum habeat arbitrium intrandi in bonis dicti sui patris, in quibus uoluerit et sibi melius placuerit, quousque de dictis libris sexdecim fiat integre satisfactus sine contradictione alicuius persone. Et predicta promisit atendere et obseruare dictus Cresceni et in nullo contra facere uel venire sub pena quarti pluris; item reficere et restituere omnia et singula dampna et expensas ac interesse litis et extra, pro quibus omnibus et singulis firmiter obseruandis et attendendis obligauit eidem omnia bona sua presentia et futura, et si bona non sufficerent etiam suam propriam personam ubique locorum et . . . . omnibus statutis, ordinibus . . . . cuiuslibet ciuitatis et loci factis et fiendis. Actum' in terra Lixe ad ripam maris, presente domino Johanne Jaxe, Lucha Mathei et Nasingueti Christofori, testes vocati et iogati ad predicta.

(Signum not.)

Ego Matheus de Mallarotis de Regio imperiali auctoritate notarius et nunc comunis Farre iuratus cancellarius predictis omnibus interfui,. audiui et rogatus scripbere (!) scripsi.

Original u kaptolskom arkivu biskupije u Hvaru.

[1] Slijedi ispušteno: »Fafrej«.

25.

1332, 5. oktobra. U Lastovu.

Prćija Drage Dobroević.

Anno domini millesimo tercentesimo tricesimo secundo, indictione quarta decima[1], die quinto de mense oktubris, actum Laguste, presentibus testes(!) dominus comes Peraz Grizoni et Marin Pouersen et Juan plazar. Iste sunt dote que dessignate fuerunt ad Dragam Dobroeuit per comite(!) Perazium, per Marin Pouersenic, per uoluntatem Drago-sclai Paulic ad supra dictum Draganum generum suum. In primis unam uineam cum omnibus suis pertinentiis in loco qui dicitur Potdubraua gognai unum, que confinat ex parte leuantis cum Pribosio, ex parte ponentis cum Micam (!) Vidoeuit, ex parte tramuntane cum uia comunis. Item gognai tres terre cum omnibus suis pertinenciis in loco qui dicitur JSIassocosiluce, que terra confinat ex parte leuantis cum Budigna, ex parte ponentis cum Dragoscla (!) Paulic, ex parte pelagi cum Pribosio. Item allia terra de duobus gognai cum omnibus suis pertinentiis in loco qui dicitur Napergoue que terra confinat ex parte leuantis cum Desi-sclauo Drasicic, ex parte ponentis cum Pribosio, ex parte tramuntane cum Prodan Stanic et ex parte pellagi cum Bratos Priboseuic.. Item aliam terram positam in eodem campo cum omnibus suis pertinentiis ad mensuram gognai unum et dimidio sine (!) pasum (!) unum et dimidium, que terra confinat cum Velemiro Radenic ex parte leuantis et ex parte ponentis cum Pribie Lucic, ex parte tramuntane cum Miro-scla (!) Bogdanic, et ex parte pellagi cum Dragoscla Paulic. Item alliam terram aput casalem cum omnibus suis pertinentiis in loco qui dicitur Nadolci ad mensuram gognai unum [et] medium et pasos (!) duos. Et hec est finis totius suis perchiuii numerando usque ad gognai octo terre -et uinee, que ultima terra talli(!) modo confinat: Ex parte leuantis cum Cranco Dobroeuit, ex parte ponentis cum Pasculino O-Bikouit, ex parte tramuntane cum Dobroe Draganic, et ex parte pellagi cum Stojko Miloevit. Insuper recepit dictus Dragan nomine perchiuii et grossos XXIV. et dimidietate (!) une(!) uache et annimalia minora decem et dimidium et omnia . . . predicta da(ta](?) fuerunt per predictum Dra-goslauum nomine perchiuium (!) fillie (!) sue Bratosclaue uxor (!) dicti Dragani.

Ego Marchus Mudaci.us chomes(!) Laguste manus misit.

[1] Očevidno pogrešno.

Et ego presbyter Andreas capelanus et iuratus notarius Lagustinus scnpsi et roboraui et meo signo cousueto signaui.

(Signum not.)

Original u dubrovačkom arkivu, svakako je indictio quarta pogriešno naznačena jer g. 1332. pripada indictia petnaesta. — Zbirka Saec. XIV.

26.

1332, 7. oktobra. U Zadru.

Matej Grubonja daje Ivanu i Radenu Brajdrušiću dva gonjaja zemlje u Babmdubu, da nasade vinograd.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo tre-centesimo trigesimo secundo, indictione prima, die septima mensis octo-bris, Jadre. Tempore domini Francisci Danduli incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Nicolai Falletro egregii comitis. Ego Matheus condam Griso-gonis de Grubogna, ciuis Jadre, concedo Johanni et Radeno fratribus, filiis condam Georgii Braidrusich de villa sancte Marie ad Babindub duos gognaios terre mee posite ad Babindub ad pastinandam vineam et conplendam cum uitibus, arboribus oliuarum et aliis necessariis secundum consuetudinem et statum Jadre usque ad aliam hyemem proxime futuram sub pena sex yperperorum et de toto, quod exinde prouenerit, debetis michi dare quartam partem conductam Jadrfam] ad domum meam uestris expensis annuatim. Item debetis michi dare singulis vindemiis duas galinas et quatuor placentas. Item si dampnum fraudulenter comiseritis contra meam rationem, michi sex yperperos soluetis pro qualibet vice. De iure autem uestro facietis uestrum uelle, sicut de proprio uestro, iure meo predicto et omni alio secundum consuetudinem et statu[to]s [adre semper saluo. Item promitto per me meosque heredes et successores uobis predictis pastinatoribus uestrisque heredibus et successoribus dictam terram cum suis pertinenciis excalum-pniare in ratione ab omni persona super me et bonis meis omnibus presentibus et futuris. Cui terre de trauersa est terra Andree fratris mei, de austro via publica, de quirina terra sancti Grisogonis et de borea terra mea. Et nos predicti pastinatores laudamus et affirmamus omnia et singula predicta et attendere promittimus super nos et bonis nostris omnibus presentibus et futuris. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Michaele filio Michaelis

de Zadulinis, et Jacobo, condam Nicolai de Calcina, ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

j Ego Valcina Miche de Matafaro examinator manum missi.
(Signum not.)

Et ego Blasius Michaelis Leonardi Jadrensis iuratus notarius interfui. rogatus, ut audiui, scripsi et roboraui.

Original zi samostanu sv. Marije u Zadru.

27.

1332, 10. oktobra. U Budimu.

Kaptol budimski donosi listinu, kojom Karlo Roherto kralj ugarski i hrvatski daruje Nikoli Mihaljevu posjed Stupčanicu u križevaćkoj iufianiji, jer ga je fiodupirao u buni, koju je dizao Nikolin brat Pavao.

A. B. C.

[Cjaprtulum ecclesie Budensis omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod Nicolao filio Myhalch ab vna, item magistro Petro archydiacono kathedrali Quinqueecclesiensi pro excellentissimo principe domino Karolo _dei gracia illustri rege Hungarie domino nostro cum litteris procuratoriis eiusdem ab altera coram nobis constitutis, idem Nicolaus dixit et confessus est oraculo uiue uocis, quod cum Paulus filius Myhalch predicti frater eiusdem carnalis infidelitatis nota preconcepta feruente in ipso camino nequicie a uia fidefitatis ipsi domino regi et sacre corone regie debita diuertendo et prius fraudem prodicionis in bello gentis eiusderrj. domini regis in partibus Croacie faciendo, contra regiam maiestatem non accedens, quod qui naturali domino resistere moliuntur diuinis disposicionibus manifeste uidentur obuiare, in castrum Suppluncha uocatum in comitatu Crisiensi habitum, rebellione sui contumacis animi aduersos processus in ipsius domini regis et regni eius preiudicium cupiens exercere, se nequiter inclusisset et de eodem castro infinita malorum -genera, videlicet i uariis spoliis, uillarum destruccionibus et combustionibus, item bonorum seu rerum mobilium et immobilium ablacionibus ecclesie Zagrabiensis et Chazmensis ac aliarum deuastacionibus, hominum utriusque sexus, ecclesiasticarumque personarum uulneracionibus, captiuacionibus et tormentacionibus ac aliis omnibus in quibus potuisset, que suo modo per singula longum esset ennarrare et

litteris inseri tediosum, ex utraque parte fluuii Zawa fidelibus ipsis domini regis hostiliter intulisset et de huiusmodi tot et tantorum malorum illacionibus et commissionibus ac notorie infidelitatis sue operibus ex eiusdem domini regis pluribus ammonitiuis mandatis non cessasset nec se retraxisset, ymo pocius de die in diem incepta feruencius augmentasset, et sic idem Paulus frater suus pro tot et tantis suis grauibus et nefandis excessibus capitalem uindictam ammissionemque omnium bonorum et possessionum eius heredum per heredes rite et iuste ac legitime incurrisset, idemque dominus rex ex debita sollicitudine qua de regno suo infidelium et rebelium proteruias tenetur prudencius extirpare, eundem Paulum fratrem suum non perpendentem, quod regia maiestas longas habeat manus, per Petrum filium Laurencii de Dobrakugha(!) fidelem suum fecisset captiuari, quo quidem Paulo in ipsa captiuitate ex dei indignacione permissiua, que culpam quandoque ferire consueuit pertinaciter excedentis ictu fulminis suam uitam miserabiliter finiente, predictum castrum ipse scilicet Nicolaus occupasset, quod uidelicet castrum licet ipse per aliquorum dierum spacia pro se detenuisset, tandem tamen maturiori deliberacione se preuidendo saniorique ductus et usus consilio, nolens uestigia predicti Pauli infidelis fratris sui imitari et sordibus perpetue infidelitatis eiusdem fratris sui se et Johannem filium suum, item Nicolaum, Petrum, Paulum et Demetrium filios condam Petri alterius fratris sui predicti Myhalch ac alios eorum heredes notabiliter obfuscari, sed sincere fidelitatis .constanciam sacre corone regie et ipsi domino regi cupiens immutabiliter obseruare, ad ipsius domini regis personaliter accedens presenciam, predictum castrum Suppluncha nominatum, quod pro perpetua et indelebili infidelitatis nota predicti Pauli infidelis fratris sui manibus eiusdem domini regis ex consuetudine regni sui approbata et semper obseruata deuolui legitime debuisset, eidem domino regi absque omni rebellione cum omnibus utilitatibus suis et pertinenciis uniuersis ac uillis sub hys videlicet districtu, ambitu et terminis quibus prefatum castrum ab olym usque modo habitum extitit et possessum, pleno iure reddidisset et restituisset ac resignauit coram nobis liberaliter perpetuo possidendum et habendum in filios filiorum eius et heredes, nichil iuris et proprietatis ac dominii sibi et suo ac dicti Petri fratris sui filiis eorumque heredibus in eodem castro et eius pertinentiis deincenps reseruando, renunciando quoque ex nunc ornni iuri omnique accioni, procuracioni fraudulente, querimonie et cautele ac quibuscunque et qualibuscunque litteris, instrumentis, protestacionibus et munimentis, si que et quas idem et suus dictique Petri fratris sui filii eorumque heredes eis temporis in processu forsitan palam vel occulte tacita et suppressa ueritate in preiudicium iuris et

iusticie tenerent, quererent et inuenirent uel optinerent in contrarium premissorum petendo, quoque nichilominus a regia maiestate prece subiectiua, ut ne aliquorum sibi inuidencium suggestio scintillas infidelitatis Pauli fratris sui in ipsius dictorumque sui ac ipsius Petri fratris sui filiorum personas spargere et extendere possit aliquando uel ualeat, eis dari remedium oportunum, ipse itaque doininus rex prout predictus procurator eius in persona regia confessus est pensans sinceritatem fidelitatis dicti Nicolai in signum et tytulum huiuscemodi petiti remedii et recompensacionem tante fidelitatis sue, ipsum magistrum Nicolaum dictosque suum et ipsius Petri fratris sui filios in sinum dileccionis sue maiestatis regie, qua cunctis fidelibus debitor existeret recipiendo et eis de nota infidelitatis ipsius Pauli nichil inpingendo, sed pocius de gracia speciali eos in dicta nota infidelitatis premisse cauendo, fore participes, vniuersas possessionarias porciones Zerie filii Cosme sine heredum solacio decedentis et predicti Pauli filii Myhalch notorii infidelis dicti domini regis in Zenche habitas, que racionibus premissis omni equitatis tramite regiis manibus debuit applicari, cum omnibus earum utilitatibus et pertinenciis vniuersis, excepto ipso castro et'pertinenciis eiusdem sub inclusione districtus ipsius castri adiacentibus, eidem Nicolao et dictis suo ac eiusdem Petri fratris sui filiis eorumque heredibus dedisset, donasset et contulisset iure perpetuo possidendas, habendas et tenendas, item vniuersas possessiones eiusdem Nicolai filii Myhalch et predicti Pauli fratris sui per quoscunque detentas et occupatas ubique existentes, quouis nomine nuncupatas auctoritate regia eisdem reddidisset perpetuo possidendas pleno iure, saluo iure alieno. Item possessionem Wolkow uocatam similiter cum omni plenitudine sui iuris eidem Nicolao et suis posteris reddidisset perpetuo possidendam absque preiudicio iuris alieni. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentcs concessimus litteras nostras priuilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas et alphabeto intercisas. Datum per manus magistri Ladizlai lectoris dicte ecclesie, anno domini millesimo trecehtesimo tricesimo secundo, sexto nonas octobris; discretis viris magistris Demetrio preposito, et altero Demetrio cantore, Jacobo custode ceterisque canonicis in dicta ecclesia dei iugiter Christo famulantibus et deuote.

Originai u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L no. 34.100. — Sfara signatura: N. R, A. fasc. 646. no. 9.
Na crvenoj i žućkastoj svilenoj vrvci visi oštećeni pečat.

28.

1332, 13. oktobra. U Baču.

Kaptol bački prepisuje neke hstine tičuće se posjeda Dubove.

Capitulum ecclesie Bachyensis omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam arum(!) serie volumus peruenire, quod magister Petrus filius Phile personaliter ad nostram accedens presenciam exhibuit nobis quoddam priuilegium excellentissimi principis domini Karoly dei gracia illustris regis Hungarie, petens nos precum cum instancia, vt tenorem et continenciam seu copiam ipsius priuilegii eidem de verbo ad verbum transscribi faceremus. Cuius tenor talis est: *(Slijedi listina kralja Karla od 10. decembra 1329., koja opet sadrzaje listinu istoga kralja od 24. juna 1319.)* Nos igitur iustis et legitimis peticionibus ipsius magistri Petri[1] annuentes, ipsum priuilegium de verbo ad verbum non abrasum non •cancellatum nec in aliqua sui parte viciatum nostris litteris insery(!) fecimus munimine(!) nostri sigilli apponentes. Datum in quindenis festi beati Mychaelis archangeli proxime preteritum, anno domini M° CCC° XXX. •secundo; Joanne preposito, Mychaele lectore, Emeryco cantore, Nicola Bachyensi, Egidio Syrymiensi, Petro Scegediensi archydiaconis, Gallo •custode, Michaele decano, ceterisque canonicis in eadem ecclesia iugiter et deuote deo famulantibus.

Originac u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.572. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 646. no. 25.
Na crveno; i žuioj svilenoj vrvci visi pečat.

29.

1332, 23. oktobra. U Dubrovniku.

Stjepan ban bosanski ugovori s Dubrovčanima, kako će se -postupati u pravdi izmedju Bošnj'aka i Dubrovčana.

Ва име ѡтьца и сина и светаго духа. Сие писание ѡдь пороꙉениꙗ сина божиꙗ лѣть .҂АТЛВ. лѣто, индиктиона .ЄІ., агуста мисеца .ЄІ. дань на свете Марие, господинь банъ

[1] Oye tri riječi pisane su iznad linije.

Степань утврьди законь, ки ѥ прьво био мегю Боснѡмь и Дубровникомь, да зна всаки чловекь, кои ѥ законь прьво биль. Ако има дубровчанинь коѭ правду на бошнанину, да га позове прѣдь господина бана или прѣдь негова владаоца, рока да му не буде ѡдговорѣти. Ако бошнанинь запиши, да ние дужань, да му нарече прѣсеки самошесту, коѥ любо постави бань родь, ако буде подобань ѡдь банова рода тко, да му су поротници ѡдь негова племена, кога му хотение; а тои да се зна, да не може техеи побегнути, а веке не може прѣдь никога му нарекн. Ако ли говори бошнанинь на дубровчанина, да га позове прѣдь дубровчани на поредь. Ако запиши, да му нарече прѣсеки самошесту, кои су у Босни, на своѭ волю, а дубровчанинь да може побегнути трехь, ако ле прѣѥме, коѥму нарече бошнань, а рока такоге да не буде дубровчанину, кои су у Босну, да тому поротинци у Босни, а кои у Ҁаврьшю, такоѥ у Ҁаврьшю, а инемь у Ҁаврьши, тими у Ҁаврьши такое поротинци да су и бошнанину з дубровчани, а кто дубровчанинь убиѥ али посече у Босни или бошнанинь дубровчанина, таи правда да ѥ прѣдь господиномь банѡмь, а ѡсудь да греде бану на инхь. Ако буде свада бошнанина з дубровчанином у Дубровници, да суди кнезь дубровачки и судиѥ, а глоба ѡпкини. Ако има сваду дубровчанинь з другомь своѥмь у Босне, господинь бань да не има печали. Ако ли се позову прѣдь бана, да даде ѡсудь господину бану, у що се ѡсуде. Ако бошнанинь ухити у Дубровчанина за коня, а ѡнь буде украдень или ухушень, а прави дубровчанинь: мо-ѥ конь влащи, колꙗ: га самь купио, не знамь ѡдь кога, колꙗ новиѥ, ѡдь кога ѥ куплень, колꙗ прѣсеже самошесть, чисть дуога да буде. И ако бошнанинь буде дужань, а побегне изь Босне з дугомь, да му ниѥ вѣре ни руке ѡдь господина бана. И ако бошнанинь изьме добитакь дубровачки на веру, и книга буде у Дубровници, ако кнезь и судиѥ пошлю, да ѥ книга права, да ѥ верована, да плати дубровьчанину и безь прѣставщине. Ако ли тать или хусарь узме дубровчанину у банову владаню, тко се увиѥ, да плати дубровчанину безь приставщине, а господину бану всаки шесть волова на своѭ главу. И да се не врате, ако рать

буде, чеса богь учини, мегю Боснѡмь з Дубровникѡмь, да да господинь бань Степан рокь дубровчанѡмь .S. мисеца, да си погю у Дубровникь слободно: На то им є вера господина бана Степана. А дубровчане да живу хумскомь землѡмь у инхь закону у прьвѡм. А ѡвомьи писанию сведокь жупань Крѣкша и велики воѥвода Владисавь Галешикь и Вокосавь Тепчьникь, Радосавь Хлапеновикь, Степко Радосаликь, Милошь Вуокасикь, Стефань Дружчикь, Будисавь Гонсаликь, Владисавь Вуокасикь, Мнотень Дражикоѥвикь, Прѣбисавь Милобратикь. А ѡдь Ҁаврьшꙗ жупань Ивахань Прьбилоникь, Влатко Добровоѥвикь, чеоникь хлапь Ивань Будисаликь, Дивошь Тихорадовикь, Гонсавь Воисиловикь и Бранοшь Чепрьник, кнезь Павао Хрьватиникь, Станарь Воисаликь. А сиои книгу писа Прѣвоѥ диꙗкь велики славнога господина бана Степана, господина свемь землꙗмь босансцемь и хумьсцемь и донемь краѥмь господин. А сан прѣписань хрусовои, кои прѣнеше поклисарьѥ дубровачци ѡдь господина бана, Лучє Марька Лукаревика и Фелиць Матиѥ Пелчевика, како ѥ законь био мегю господѡмь босанскѡмь старѡмь и ѡдь почела свето почикша, да се не помете, паче да се зна, ѡкои да храни господинь бань у своѭ кукю, а други хрусовои да храни господина бана Степана Степань Беичуликь. Прѣписахь ѡдь заповеди кнеза дубровачкога и свега вѣкꙗ, що им се видело, тои писахь, ни прѣмкох ни умкохь, и запечатихь печатю ѡпкине дубровачке, и потврьдихь, ꙗко да ѥ всакому верованo ꙗко граматикь ѡпкине дубровачке к врѣме кнеза Макрожтика упльчениѥ Ису Христа .҂АТЛВ. лѣто, индиктиона .ЄІ., мисеца ѡктобрꙗ .КГ.

Miklosich Mon. Serb. pag. 101—103.

30.

1332, 15. novenibra. U Višegradu.

Pavao sudac kralj'evske kurije nalaie u parnici izmedju Tome vojvode erdeljskog i Stjepana zvanog Oprod giede imanja Lepied, Mortun г Chukma, Mihajlu de Zeuke i Matiji zvanom Roaz, da iznesu svoje isprave glede imanja Chukma.

Nos comes Paulus iudex curie domini regis damus pro memoria quod comes Dominicus filius Leonardi cum procuratoriis litteris nostris pro magnifico viro Tboma woyuoda Transiluano in octauis omnium sanctorum iuxta continenciam priorum litterarum nostrarum ad nostram accedens presenciam, contra Stephanum dictum Oproud in figura iudiciaria procurauit eo modo, quod regalis benignitas circumspectis suarum fidelitatum preclaris et multimodis meritis quasdam possessiones Lepled, Mortun et Chukma uocatas in comitatu Symigiensi exstentes ipsi Thome woyuode contulisset, racione quarum possessionum licet inter ipsum Thomam woyuodam et predictum Stephanum dictum Oprod(!) materia litis fuerit uentilata, tandem tamen ipse Stephanus ipsas duas possessiones Lepled et Chukma uocatas ipsi woyuode iuxta regalem collacionem committens et perpetuans super ipsis duabus possessionibus Lepled et Chukma uocatis, ipsum woyuodam ab omnibus inpetitoribus et molestantibus propriis laboribus et sumptibus assumpsisset expedire, et quia super ipsa possessione Chukma uocata Mychael filius Johannis dicti Zeuke et Matheus dictus Roaz per ipsum woyuodam racione ipsius possessionis Chukma in causam attracti ipsum woyuodam ordine iudiciario perturbare nitterentur, ipse Thomas woyuoda ipsam possessionem Chukma per ipsum Stephanum dictum Oprod postularet expediri ab eisdem; quo audito ipse Stephanus dictus Oproud personaliter exurgens respondit, quod predictam possessionem Chukma ipsi woyuode[1] expediret ab eisdem et aliis[v] inpetitoribus vniuersis, cumque predictus Matheus dictus Roaz personaliter, pro predicto autem Mychaele Pethus filius Egidii cum procuratoriis litteris conuentus Symigiensis ibidem in momento in facto ipsius possessionis Chukma instrumenta exhibere intendentes[2], ipsumque Stephanum, quod ipsius Thome woyuode instrumento prelibate possessionis accionem in se assumpsit super ipsa possessione, ad peremptoriam responsionem faciendam iuxta iuris exigenciam coartare uoluissent idem Stephanus absque cognatorum et proximorum suorum consilio in tam ardua causa tam subito se nequire respondere allegauit. Vnde nos auditis premissis propositis parcium vna cum baronibus et nobilibus regni pro tribunali iudićiario nobiscum consedentibus commisimus decernentes, quod predictus Stephanus in facto ipsius possessionis Chukma in contrarium ipsorum et Michaelis et Mathei racione predicte possessionis per ipsum woyuodam in causam atractorum peremptorie respondere et ipsum woywodam expedire[1], ipsique Mychael et Matheus vniuersa ipsorum in facto dicte possessionis Chukfma] [conjfecta instrumenta in octauis epiphanie domini nunc venturis exhibere teneantur coram nobis, qua responsione et exhibicione instrumentorum factis iudicium faciemus inter partes iuris ordine. obseruato. Datum in Wysegrado(f), octauo die termini prenotati, anno domini MCCC° XXX» secundo.

Na hrptu: »Pro Mychaele filio Johannis et Matheo dicto Roaz contra Thomam woyuodam Transiluanum et Stephanum dictum Oprod ad octauas Epiphanye domini prorogatoria«.

Origmal u arkivu jzigoslavenske akademije u Žagrebu: Diplomata a. 1332.

Na listini se nalazi trag ovalnog pečatd, kojom bijaše listina zatvorena. — Uzesmo ovu listinu jer JOJ j"e original u arkivu ndse akademije, ali stimnjamo da li nama pripada.

[1] Ovo pet riječi jest ispravak druge ruke, koja više puta ispravlja.
[2] Umetnuto od iste ruke.

31.

1332, 23. novembra. TJ Križevcima.

Zupan križevački Stjepan daj'e na znanj'e, da je Ivan sin Jakoba sina Blagonje prodao dio svoj'e zemlj'e medju rij'ekama Klokočec i Sigominč Petru sinu Dionizija sina Lampertovd zd sedam penza.

Nos magister Stephanus filius Pauli bani comes Crisiensis signiiicamus tenore presencium quibus expedit [vniuersis, quod Joannes] filius Jacobi filiuš Blagona a parte vna, et Petrus filius Dionisii filii Lamperti ab aitera coram nobis personaliter constituti, idem Johannes vnam particulam terre sue inter fluuios Klokothouch et Sigominch ex[istentes] . . . . . .de Budor filii Tyboldi empcionis titulo. comparauit sub metis, terminis et signis infrasčriptis pro septem pensis denariorum. banalium, dixit et confessus ex consensu et permissione Johannis et Pauli filiorum

[1] Ovo četiri riječi je umetnuto od drugeruke.

Petri filii. . . . . filio Stephani, Martini, Iwachini filiorum Iwan, Petri filii Wlkoy, Radozlai filii Gregorii, Mile, Stephani et Gregorii filiorum Marias, Johannis filii Tawk, Demetrii, Dionisii filiorum Michaelis, Nicolai filii. . . . . Fabiani filii Wlkyna, Pauli et Dominici filiorum Dragyna, Iwan filii Pribizlai, Stephani filii Jacobi et Zachei filii Budor vicinorum et commetaneorum personaliter astancium, Petro predicto et per eum suis herefdibus heredumque] suorum successoribus sub metis et terminis infrascriptis perpetuo vendidisse possidendi, tenendi et habcndi. Cuius quidem particule terre mete et limitaciones hoc modo distinguntur: Prima meta incipit apfud]. . . . . de arbore gertian cruce signata meta terrea[1] circumfusa iuxta predictum fluuium Klokochouch, et per eundem fluuium ad partem meridionalem[2] eundo venit vbi cadit fluuius Supanch, inde. . . . . fluuium Supanch supra eundo ad septemtrionem venit ad arborem fyz cruce signatam et meta terrea circumfusam, ab hinc progreditur ad orientem et venit ad remores auellanarum, vbi est meta tferrea]. . . . . . . directe eundo venit ad arborem gemulchim meta terrea circumfusa, ab hinc eundo venit ad metam in principiis nominatam; item dicta particula terre pro descensu bani duobus denariis tenetur. In [cuius rei] testimonium presentes concessimus litteras nostras sigillo nostro consignatas. Datum in Crisio, feria secunda proxima post festum beate Elyzabeth, anno domini millesima trecentesimo XXX⁰ secundo.

Iz originalnog prijepisa kaptola čazmanskog od 4. juna 1433.

Potonji orig. prijepis u arkivn jugoslavenske akademije n Zagrebu : Diplomata a.- 1268.

32.

1332, 21. decembra. U Višegradu.

Pavao dvorski sudac potvrdjuje, da j'e konvent varadinski izručio posj'ed Ponić u županij'i vukovskoj,. bivšu svojinu Dakova Andriji Gorjanskom, г to na vrijeme, dok ga od njega ne iskupe oni, koji imadu na nj veće pravo.

fN]os comes Paulus iudex curie excellentissimi et magnifici principis dofnini Karoli dei gracia incliti regiš Hungarie, memorie commendahtes tenore presencium deciaramus quibus expedit vhiuersis, quod

[1] Terrea prekriženo.
[2] Slijedi prekriženo tendendo.

nos duas partes possessionarie porcionis Dakou filii Mathei filii Byzee de Ponych in eadem Ponych in comitatu de Wolkou existentis racione capitalis vindicte, in qua idem contra magistrum Andream de Garaa(!) iuxta iuris exigenciam fuerat innodatus, nostris manibus iudiciariis applicatas, cuius quidem possessionarie porcionis tercia pars in manus ipsius magistri Andree actoris deuoluisse dinoscitur, eidem magistro Andree pro triginta marcis computi Budensis plene nobis persolutis, cum suis omnibus vtilitatibus et pertinenciis vniuersis, prout primitus idem Dacou possedit et habuit, uendidimus possidere, tenere pariter et habere in filios filiorum suorurn et heredes, donec per illos, quorum magis congruit redempcioni redimantur ab eodem, saluo tamen iure alieno. Et cum religiosis viris conuentui monasterii Waradiensis, amicis nostris ob uberiorem et firmiorem cautelam litteratorie scribendo eorum amiciciam postulassemus, ut ipsi hominem eorum pro testimonio transmitterent fidedignum, in cuius presencia Beke filius Wyda de Herman, vel Dyonisius filius Demetrii de eadem altero absente homo regius premissam totalem possessionariam porcionem iamdicti Dakou in Ponych habitam, racionibus premissis ipsi magistro Andree debentem, vicinorum et commetaneorum eiusdem vniuersorum legitimis conuocacionibus factis, per suas veteres metas et antiquas reambulando statueret ipsi magistro Andree de Gara possidere, si non fieret contradictum, contradictores vero si qui fierent contra ipsum magistrum Andream de Gara citaret in presenciam regie maiestatis ad terminum conpetentem, seriemque tocius facti idem conuentus fideliter rescriberent regie maiestati. Tandem prenominatus magister Andreas ad nostram progrediens presenciam litteras iamdicti conuentus monasterii Waradiensis regie rescriptas magnitudin' nobis presentauit, in quarum tenoribus premissam totalem possessionariam porcionem dicti Dakou filii Mathei in eadem Ponych habitam, conuocatis et presentibus commetaneis et vicinis eiusdem circumquaque adiacentibus legitime vniuersis, per predictum Dyonisium filium Demetrii hominem regium presente fratre Fredrico sacerdote ydoneo testimonio predicti conuentus Waradiensis, eidem magistro Andree de Gara nullo penitus contradictore apparente sub erbali(!) diuisione statutam fore conperimus possidere, vnde quia eadem totalis possessionaria particula sepefati Dakou racionibus premissis eidem magistro Andree sub prescripta condicione deuoluta nullo penitus contradic tore apparente statuta fore reperiebatur ex tenore Iitterarum conuentus iamdicti premissarum, ideo huiusmodi particulam possessionariam dicti Dakou in predicta Ponych habitam, sine preiudicio iuris alieni, donec per illos quorum magis congruit redempcioni iuris ordine obseruato ab eodem redimatur, ipsi magistro Andree de Gara iudiciaria auctoritate possidere commit-

tentes, huiusmodi statucionem presencium per tenorem duximus roborandam. Datum in VVysagrad (!), in festo beati Thome apostoli, anno domini M°. CCC°. XXX⁰. secundo.

Original ti kr. tigar. državnom arkivu u Btidimpešti: M. 0. D. L. no. 33.579. — Stara signatura: N. £. A. fasc. 1507. no. 28.
Na zelenoj svilenoj vrvci visi ošiećeni pečat.

33.

1332, 21. đeeembra. U Križevcima.

Stjepan iufian križevački daje na znanje, da će Stjepan sin Gjurin optužen zbog nasilja i štete učinjene na imanju Zlonyn polagah prisegu, da se ocisti.

Nos magister Stephanus filius Pauli bani comes Crisiensis damus pro memoria, quod feria secunda proxima ante festum beate purificacionis virginis gloriose proxime venturum, Stephanus filius Georgii contra Petrum filium Jacobi filii Petri sexto se debet prestare sacramentum, scilicet cum Nicolao filio Ladizlay, Johanne filio Vrbani et Vidus filio Wlxe per predictum Petrum nominatis; item cum Nicolao filio Iwachiny ac Salamone filio Vrbani, quos idem adducet super eo videlicet, quod predictus Stephanus ad possessionem Zlonyn vocatam potencialiter veniendo ad vallorem quindecim marcarum sibi dampna non intulit. Datum in Crisio, feria secunda in die beati Thome apostoli, anno domini M⁰CCC⁰XXX⁰ secundo.

Na krptu: »Pro Stephano contra Petrum ad feriam secundam proximam ante festum purificacionis virginis gloriose«.

Original u arkivu kaptola čazmanskog u Varaždinu a. 1332.
Na hrptu vidi se trag pečata, kojim bijaše listina zatvorena.

.34.

1332.—1337.

Račun papinskoga izaslanika Jakoba Berengara za biskupiju zagrebatku.

(Fol. 63. b. col. I)

Regestrum trium annorum ecclesie Zagrabiensis. Incipit solutio decime papalis primi anni ecclesie Zagrabyensis.

In primis dominus episcopus Zagrabyensis de toto anno solvit CXL. et III. marcas.

Item Jacobus prepositus noluit expedire pro tribus annis et solvit XX. marcas.

Item prepositus Casmensis solvit pro primo anno VIII. marcas.

Item Johannes archidyaconus de Gramche[1] pro omnibus annis solvit XVI. marcas minus III. denariis.

Item Thomas archidyaconus solvit pro omnibus annis XII. marcas cum media.

Item Nycolaus archidyaconus de Kamarcha solvit pro duobus annis XVII. marcas.

Item domini de capitulo Zagrabiensi communiter cum prebendariis eorum solverunt de certis reditibus eorum XXV. marcas minus XL. denariis.

Item solutionem sacerdotum de archidyaconatu Chasmensi habui V. marcas.

Item de archidyaconatu Kemnek habui VI. pensas et XL. denarios.

Item de archidyaconatu Guesse(?) habui IIII. marcas et L. denarios.

Item de archidyaconatu Gehenche (!?) habui IIII. marcas et XL. denarios.

Item Paulus prepositus solvit I. marcam.

Item de archidyaconatu de Wasca solverunt II. marcas.

Item capitulum Chasmensis ecclesie solvit pro primo anno VI. marcas et II. pensas.

Item sacerdotes de Guerche solverunt pro primo anno III. marcas.

Item sacerdotes de Gara[2] et de Zagrana[3] solverunt II. marcas.

Item sacerdotes de Dubicha solverunt pro primo anno II. marcas.

[1] Guerche.
[2] Gora.
[%] Zagoria.

Item Hem[e]ricus sacerdos pro duobus annis solvit II. marcas.

Item moniales de Ivanch solverunt II. marcas.

Item plebanus de Dumbro solvit cum suis vicariis 1. et mediam marcam.

Item plebanus de Juanch solvit I. marcam.

Item Georgius archidyaconus pro primo anno solvit IIII. pensas.

Item idem Georgius ratione predii sui solvit III. pensas.

Item Stephanus archidyaconus Varadiensis[1] solvit L. denarios.

Item idem Stephanus solvit pro predio suo II. pensas.

Item Martinus Chortanus solvit III. denarios.

Item Anthonius decanus solvit III. pensas.

Item Demetrius decanus ratione predii sui solvit L. denarios.

Item Martinus cantor ratione proventuum suorum solvit I. marcam.

Item Nycolaus Bemini[2] solvit LIIII. denarios.

Item Jacobus prepositus ratione predii sui solvit XX. denarios.

Item Dominicus custos solvit I. marcam.

Item Thomas archidyaconus solvit I. pensam.

Item Petrus prepositus ratione predii sui solvit L. denarios.

Item Jokmellus[3] ratione predii sui solvit LX. denarios.

Item lohannes lector solvit mediam marcam.

(Fol. 63. 6. coL II.)

Item Johannes sacerdos prebendarius solvit XV. denarios.

Item Nycolaus sacerdos solvit I. marcam.

Item Georgius clericus et prebendarius solvit L. denarios.

Item Petrus sacerdos et prebeudarius solvit mediam marcam.

Item Johannes sacerdos dictus Sacerdos solvit I. marcam.

Item idem Johannes sacerdos solvit I. marcam. minus IIII. denariis.

Item Johannes sacerdos dictus Mochich solvit XX. denarios.

Item Clemens clericus solvit XX. denarios.

Item Dyonisius sacerdos solvit III. pensas.

Item Lupus plebanus de Vgra et prebendarius solvit I. marcam minus XIIII. denariis.

Item Johannes sacerdos dictus Ghech[4] solvit I. pensam.

Item Georgius archidyaconus Chasmensis solvit IIII. pensas.

Item idem Georgius ratione predii sui solvit III. pensas.

[1] Varasdiensis.
[2] Kemini.
[3] Jakraellus.
[4] Chech.

Item Stephanus archidyaconus de Werosd[1] ratione archidyaconatus solvit L. denarios.

Item idem Stephanus ratione predii et Bartholomei solvit II. pensas.

Item Martinus clericus solvit III. denarios.

Item Anthonius decanus ratione predii solvit III. pensas.

Item Demetrius cantor ratione predii solvit L. denarios.

Item Martinus cantor ratione proventuum suorum solvit I. et mediam marcam.

Item Nycolaus Kemeni solvit LX. denarios.

Item Jacobus prepositus ratione predii solvit XX. denarios.

Item Dominicus custos de proventibus suis solvit I. marcam.

Item Thomas archidyaconus solvit I. pensam.

Item Petrus prepositus Chasmensis solvit L. denarios.

Item Jakmellus ratione predii solvit LX. denarios.

Item Johannes lector ratione predii sui solvit mediam marcam.

Item Johannes prebendarius solvit XX. denarios.

Item Nycolaus sacerdos et plebanus solvit I. marcam.

Item Johannes, item Georgius clericus solverunt L. denarios.

Item Petrus sacerdos et plebanus solvit mediam marcam.

Item Johannes sacerdos et plebanus dictus Sacerdos solvit I. marcam.

Item Johannes prebendarius dictus Mihich(!)[2] solvit XX. denarios.

Item Clemens clericus solvit XX. denarios.

Item Dyonisius sacerdos ,et prebendarius solvit III. pensas.

Item Lupus plebanus de Vgra solvit I. marcam minus XIIII denariis.

Item Johannes sacerdos dictus Chich[3] solvit I. pensam.

Item sacerdptes.de archidyaconatu Zagrabiensi solverunt VI. marcas..

Sumpma facit de solutione primi anni et etiam aliquorum annorum, ut in regestro isto continentur, quia aliqui solverunt de pluribus annis, ut hic continentur, in toto CCC. et XVI. marcas, IIII. oensas, marcam cum. V. pensis computando, vel per X.L- grossos.

Ad numerum Budensem faciunt CCXXV. marcas cum dimidia, et IIII. grossos cum dimidio.

(Fol. 64. a. col. I.)

Incipit solutio secundi anni decime papalis ecclesie Zagrabiensis.

Primo dominus episcopus solvit pro secundo anno CXLI. marcas..

[1] Warasd.
[2] Mohich.
[3] Chech.

Item capitulum Chasmensis ecclesie cum prebendariis solvit VIL marcas.

Item sacerdotes de Kamarcha solverunt VIII. marcas et XX. denarios.

Item sacerdotes de Bexin solverunt II. marcas.

Item sacerdotes de Dumbro solverunt I. marcam et II. pensas.

Item plebanus de Ivanch solvit I. marcam.

Item sacerdotes Chasmenses solverunt VII. marcas.

Item sacerdotes de Scinthe solverunt IIII. marcas.

Item sacerdotes de Guesse solverunt IIII. et mediam marcas.

Item s.acerdotes de Korilek[1] solverunt II. marcas.

Item sacerdotes de Vasca solverunt III. et mediam marcas.

Item moniales de Ivanch solverunt II. marcas.

Item sacerdotes de Gera[3] solverunt II. marcas.

Item sacerdotes Zagrabyenses solverunt IIII. marcas cum media.

Item sacerdotes de Dubicha solverunt I. marcam et XV. denarios.

Item sacerdotes de Gurthe[3] solverunt I. marcam et XL. denarios.

Item Antonius plebanus decanus ecclesie Zagrabyensis solvit VI. et mediam pensas.

Item magister Laurus solvit mediam marcam.

Item Nycolaus archidyaconus solvit III. pensas e't X. denarios.

Item Dominicus custos solvit I. et mediam marcam.

Item Martinus cantor solvit II. et mediam marcas.

Item Georgius archidyaconus solvit I. marcam et 1Ш. pensas.

Item Demetrius archidyaconus solvit pro se et pro Jacobo archi•dyacono IIII. et mediam pensas.

Item idem Demetrius archidyaconus solvit V. pensas.

Item Martinus archidyaconus solvit III. pensas et XXX. denarios.

Item idem Martinus pro Johanne de Roace(!)* solvit III. et mediam pensas.

Item Bonora archidyaconus solvit I. et mediam marcam.

Item Stephanus archidyaconus solvit VII. pensas.

Item Petrus Chasmensis prepos.itus solvit VIII. marcas.

Item Jacobus prepositus solvit VI. pensas.

Item Thomas archidyaconus solvit I. marcam.

Item Jakmello solvit LX. denarios.

Item Nycolaus Kemini solvit IIII. et mediam pensas.

[1] Kemlek.
• Gora.
[3] Guerche.
* Revce.

Item Johannes lector solvit IIII. marcas.

Item Michael filius Andriol solvit I. marcam.

Item Martinus Vellini solvit XXX. denarios.

Item Petrus frater Gregorii prepositi solvit XXX. denarios.

Item Jacobus Petri solvit II. pensas.

Item prebendarii de choro Zagrabyensi solverunt V. marcas et III. pensas, marcam cum V. pensis computando, vel per XL. grossos ad rationem Zagrabiensem.

Sumpma totius anni secundi sunt CC. et XXX. marce et III. marce cum dimidia minus V. denariis.

Sumpma facit CLXIIII. marcas, minus IIII. grossis ad numerum Budensem.

(Fol. 64. a. col. II)

Incipit solutio decime papalis tertii anni ecclesie Zagrabiensis.

Primo dominus episcopus defalcavit de reditibus suis CXLV. marcas, pro tota decima papali.

Item de capitulo Zagrabiensi, primo Nycolaus archidyaconus de Kamarcha solvit [II. marcas].

Item Thomas archidyaconus solvit I. marcam.

Item Stephanus archidyaconus solvit VII. pensas.

Item Bonora archidyaconus solvit IIII. pensas.

Item Anthonius decanus solvit IIII. pensas.

Item Nycolaus de Kemini solvit VII. pensas cum media, cum [fratre suo].

Item Jakmillo[1] solvit I. pensam.

Item Michael filius Andriol solvit mediam marcam.

Item Petrus prepositus Chasmensis solvit VIII. marcas.

Item Petrus frater Gregorii prepositi solvit II. pensas.

Item fohannes lector solvit II. marcas.

Item Demetrius archidyaconus solvit pro se et Jacobo archidyaeono [I. marcaml.

Item Martinus archidyaconus solvit mediam marcam.

Item Georgius archidyaconus solvit IIII. pensas.

Item Nycolaus frater abbatis solvit LX. denarios.

Item Dominicus custos solvit I. et mediam marcam.

Item Martinus cantor solvit VI. pensas et X. [denarios].

Item Jacobus prepositus solvit VI. pensas.

Item Demetrius archidyaconus solvit II. pensas.

[1] Jakmello.

Item Nycolaus archidyaconus solvit XIII. pensas.
Item Martinus archidyaconus solvit mediam marcam.
Item Demetrius archidyaconus solvit IIII. pensas de Waradino.[1]
Item Anthonius decanus solvit III. pensas [minus VII. denariis.]
Item Martinus de Koproncha solvit [mediam marcam.]
Item Martinus cantor solvit VI. pensas [et X. denarios.]
Item Nicolaus frater abbatis solvit II. pensas.
Item Michael filius Andriol solvit [LX. denarios.]
Item Georgius archidyaconus solvit I. marcam.
Item Johannes archidyaconus de Dubicha solvit II, et mediam marcam.
Item prebendarii de choro Zagrabiensi solverunt in toto II. marcas et tres pensas.
Sumpma tanta.
Item sacerdotes de archidyaconatu Zagrabiensi solverunt in toto VII. marcas [et XX. denarios]. Sumpma tanta.
Item sacerdotes de archidyaconatu Dubicensy solverunt VI. pensas.
Item. sacerdotes de Guerche solverunt in toto [II. marcas et XXV. denarios].
Item sacerdotes de Gera[2] solverunt in toto [et de Zagoria III. marcas.]
Item sacerdotes de Sexin[3](!) solverunt in toto [mediam marcam.]
Item capitulum Chasmensis ecclesie [et aliqui prebendarii solverunt]

Item Nycolaus plebanus de Ju[ang[4] solvit mediam marcam],
Item Petrus plebanus de Dumbro [solvit VI. pensas].
Sumpma facit *CC.* et VI. marcas et VIII. denarios.
Sumpma facit CXL. VII. marcas, X. grossos ad numerum Budensem.

(Fol. 64. b. col. I.)

Item . . . sacerdos sancti Martini solvit III. pensas.
Item Petrus vicarius de Dumbro solvit XXX. denarios.
Item Johannes plebanus de Zredahel solvit L. denarios.
. . . . . . de Kamarcha solverunt III. marcas et III. pensas.
Sumpma tanta.
. . . ., Chasmensis solvit III. marcas minus XV. denariis.

[1] Warasdino.
[2] Gora.
[3] Bexin.
[4] Juanch.

. . . . Kemlek solvit I. marcam minus XV. denariis.
. . . . solvit IX. pensas et XV. denarios.
. . . . solvit II. marcas minus X. denariis.
. . . . solvit VII. pensas.
. . . . solvit mediam marcam. Sumpma tanta.
. . . . plebanus solvit C denarios.
. . . . plebanus solvit III. pensas et suus vicarius solvit XXX. denarios.
. . . . [solvit LX. denarios], eiusdem vicarius tantumdem.
[Item moniales de Juang[1]] solverunt C. denarios.
. . . . [de JuanchJ solvit LXIIII. denarios.
[Item capitulum Chasmense] solvit IIII. marcas et III. pensas et X. denarios. Sumpma tanta.
[Item sacerdotes de Kamar]cha solverunt V. marcas minus X. denariis. Sumpma tanta.
[Item sacerdotes Chasmenses solverunt II.] marcas, III. pensas et XXX. denarios. Sumpma tanta.
[Item sacerdotes de Kemlek solverunt] I. marcam et XX. denarios. Sumpma tanta.
[Item sacerdotes de Vaska solverunt] marcam et V. denarios. Sumpma tanta.
[Item sacerdotes de . . . . solverunt] I. marcam et III. pensas et X. denarios. Sumpma tanta.
[Item sacerdotes de Guesse solverunt] . . marcas . . . . pensas. Sumpma tanta.
. . . . . . ista ita dicta est semper marcam cum V. pensis, vel per XL. grossos computando.
Sumpma facit XXXV. marcas minus V. grossis ad numerum Budensem.

(Fol. 64. b. col. II.)

Incipit solutio decime papalis primi anni ecclesie Zagrabiensis.
Item primo solvit dominus episcopus de toto anno centum XL. et III. marcas.
Item Jacobus prepositus noluit expedire pro tribus annis et solvit XX. marcas.
Item prepositus Chasmensis solvit pro primo anno VIII. marcas.
Item Johannes archidyaconus de Gamche[2] solvit pro tribus annis XVI. marcas minus tribus denariis.

[1] Juanch.
[2] Guerche.

Item Nycolaus archidyaconus de Kamarcha solvit pro duobus annis XVII. marcas.

Item Thomas archidyaconus solvit pro omnibus annis XII. marcas cum media.

Item doinini de capituto Zagrabyensi communiter cum prebendariis eorum solverunt de certis eorum redditibus XXV. marcas minus XL. denariis.

Item solutione sacerdotum de archidyaconatu Chasmensi habui V. marcas.

Item de archidyaconatu Kenuk[1] habui VI. pensas et XX. denarios.

Item de archidyaconatu de Kamarcha habui VI. marcas, IIII. pcnsas et XX. denarios.

Item de archidyaconatu Guesse habui IIII. marcas et L. denaiios.

Item de archidyaconatu de Geenche[2] habui IIII. marcus et XL.

Item Paulus prepositus solvit I. marcam.

Item de archidyaconatu de Kaska[3] solvit II. marcas.

Item capitulum Cosmensis[4] ecclesie solvit pro primo anno VI. marcas et II. pensas.

Item sacerdotes de Guerche solverunt pro primo anno III. marcas.

Item sacerdotes de Gara[s] et de Zagrana[6] solverunt II. marcas.

Item sacerdotes de Dubicha solverunt pro primo anno II. marcas.

Item Heremite duobus annis solverunt II. marcas.

Item moniales de Juanch soluerunt II. marcas.

Item plebanus de Du.nbro cum suis vicariis solvit I. et mediam marcam.

Item .plebanus de Juanch solvit I. marcam.

Item Georgius archidyaconus ratione archidyaconatus sui pro primo anno solvit IIII. pensas

Item idem Georgius archidyaconus ratione predii sui solvit III. pensas.

Item Stephanus archidyaconus Warasiensis[7] solvit L. denarios.

Item idem Stephanus archidyaconus pro predio suo solvit II. pensas.

Item Martinus clericus solvit II. denarios.

[1] Kemnuk.
[2] Sinche.
[3] Vasca.
[4] Casmensis.
[5] Gora.
[8] Zagoria.
[7] Warasdiensis.

Item Anthonius decanus ratione predii sui solvit III. pensas.

Item Demetrius decanus ratione predii sui solvit L. denarios.

Item Martinus cantor ratione proventuum suorum solvit II. marcas.

Item Nycolaus Kemini solvit LX. denarios.

Item Jacobus prepositus ratione predii sui solvit XX. denarios.

Item Dominicus custos solvit I. marcam.

Item Thomas archidyaconus ratione predii sui solvit I. pensam.

Item Petrus prepositus ratione predii sui solvit L. denarios.

Item Jakmellus ratione predii sui solvit LX. denarios.

Item Johannes lector ratione predii sui solvit mediam marcam.

Sumpma facit CCLXXXXVII. et mediam marcas minus XX. denariis.

Sumpma facit CCXI. et mediam marcas minus IIII. grossis ad numerum Budensem.

(Fol. 65. a. col. 1.)

Item Johannes sacerdos prebendarius solvit XX. denarios.

Item Nycolaus sacerdos solvit I. marcam.

Item Georgius clericus et prebendarius solvit L. denarios.

Item Petrus sacerdos et prebendarius solvit mediam marcam.

Item Johannes sacerdos dictus Sacerdos solvit I. marcam.

Item idem Johannes sacerdos solvit I. marcam minus IIII. denarios,

Item Johannes sacerdos dictus Mohich solvit XX. denarios.

Item Clemens clericus solvit XX. denarios.

Item Dyonisius sacerdos solvit III. pensas.

Item Lupus plebanus de Vgra et prebendarius I. marcam solvit minus XIIII. denarlis.

Item Johannes sacerdos dictus Chech solvit I. pensam.

Item Gregorius archidyaconus ratione predii sui solvit III. pensas.

Item Stephanus archidyaconus de Voroso[1] ratione archidyaconatus sui solvit L. denarios.

Item Gregorius archidyaconus Chasmensis ratione archidyaconatus solvit IIII. pensas.

Item idem Stephanus ratione predii sui et Bartholomei solvit II. pensas.

Item Martinus clericus solvit III. denarios.

Item Anthonius decanus ratione predii sui solvit III. pensas.

[1] Vorosd.

Item Demetrius decanus ratione predii sui solvit L. denarios.

Item Martinus cantor ratione proventorum(l) suorum solvit I. marcam cum media.

. Item Nycolaus Kemini ratione predii solvit LX. denarios.

Item Jacobus prepositus ratione predii solvit XX. denarios.

Item Dominicus custos de proventibus suis solvit I. marcam.

Item Thomas archidyaconus solvit I. pensam.

Item Petrus prepositus Chasmensis ratione predii sui solvit L. denarios.

Item Jakmellus ratione predii solvit LX. denarios.

Item Johannes lector ratione predii sui solvit mediarrt marcam.

Item Johannes prebendarius solvit XX. denarios.

Item Nycolaus sacerdos et prebendarius solvit I. marcam.

Item Georgius clericus solvit L. denarios.

Item Petrus sacerdos solvit mediam marcam.

Item Johannes prebendarius dictus Sacerdos solvit I. marcam.

Item Johannes dictus Richich et prebendarius solvit XX. denarios.

Item Clemens clericus solvit XX. denarios.

Item Dyonisius sacerdos et prebendarius soivit III. pensas.

Item Lupus plebanus de Vgra solvit I. marcam minus XIV. denariis.

Item Johannes dictus Chech solvit unam pensam.

Item sacerdotes de archidyaconatu Zagrabiensi solverunt VI. marcas.

Sumpma facit XXIII. marcas cum media et XXI. denarios.

Sumpma ad numerum Budensam XVII. marce minus VIII. grossis.

(Fol. 65. a. col. II.)

Incipit solutio secundi anni decime papalis [ecclesie Zagrabiensis].

In primis dominus episcopus solvit pro secundo anno C[XLI?] marcas.

Item de capitulo Chasmensis ecclesie cum prebendariis solvit [VII. marcas].

Item sacerdotes de Kamarcha solverunt VIII. marcas et XX. denarios.

Item sacerdotes Borienses[1] solverunt II. marcas.

Item sacerdotes de Dumbro solverunt I. marcam et [II.] pensas.

Item plebanus de Juanch solvit I. marcam.

[1] Goricenses.

Item sacerdotes Chasmenses solverunt VII. marcas.

Item sacerdotes de Stinthe[1] solverunt IIII. marcas.

Item sacerdotes de Guesse solverunt IIII. marcas cum media.

Item sacerdotes de Kerikei[2] solverunt II. marcas.

Item sacerdotes de Vaska sotverunt III. marcas cum media.

Item moniales de Juanch solveruut II. marcas.

Item sacerdotes de Gara[3] solverunt II. marcas.

Item sacerdotes Zagrabienses solverunt IIII. marcas cum [dimidia].

Item sacerdotes de Dubicha solverunt I. marcam [et XV. denarios].

Item sacerdotes de Gueche[1] solverunt I. marcam et XL. denarios.

Item Anthonius decanus ecclesie Zagrabiensis solvit VI. pensas cum media.

Item magister Laurentius solvit mediam marcam.

Item Nycolaus archidyaconus de Kamarcha solvit III. pensas et [X. denarios].

Item Dominicus custos solvit I. marcam cum [mediaj.

Item Martinus cantor solvit II. marcas cum media.

Item Georgius sacerdos archidyaconus solvit I. marcam et III. pensas.

Item Demetrius archidyaconus solvit pro se et facobo archidyacono IIII. pensas cum media.

Item Martinus archidiaconus solvit III. pensas et XXX. denarios.

Item Demetrius archidiaconus soivit V. pensas.

Item idem Martinus pro Johanne de Beace[5](!) solvit III. pensas cum media.

Item Benora[6] archidiaconus solvit I. marcam cum media.

Item Stephanus archidiaconus solvit VII. pensas.

Item Petrus Chosmensis[7] prepositus solvit VIII. marcas.

Item Jacobus prepositus solvit VII. pensas.

Sumpma facit CC. et XV. marchas cum III. fertonibus.

Sumpma ad numerum Budensem CLIIII. marce cum I. fertone.

[1] Scinthe.
• Kemnek.
[3] Gora.
* Guerche.
[5] Revce.
[e] Bonora.
[7] Chasmensis.

(Fol. 65. b. col. 1.)

[Item] Thomas archidiaconus solvit I. marcam.

[Item] Jakmello solvit LX. denarios.

Item Nycolaus Kemini solvit III. pensas cum media.

Item Johannes lector solvit III. marcas.

Item Michael filius Andriel[1] solvit I. marcam.

. . . . Vellini solvit XXX. denarios.

Item Petrus [frater domini] Gregorii prepositi solvit XXX. denarios.

[Item Jacobus prepositus] solvit IX. pensas.

[Item sacerdotes] de choro Zagrabiensi solverunt V. marcas et III. pensas . . . . per marcam cum quinque pensis computando [vel per XL.] grossos ad rationem Zagrabiensem.

Incipit solutio decime papalis tertii anni ecclesie Zagrabiensis.

[Item primo dominus] episcopus defalcavit de redditibus suis [CXLV. marchas in toto] pro decima papali.

Item de capitulo Zagrabiensi primo Nycolaus archidyaconus de Karancha[2] solvit . . . .

[Item Thomas] archidiaconus solvit I. marcham.

. . . . solvit VII. pensas.

Item Benora[3] archidyaconus solvit IIII. pensas.

Item Antbonius decanus solvit IIII. pensas.

Item Nycolaus Kemeni solvit VII. pensas cum media, et hoc cum fratre suo.

Item Jakmello solvit V. pensas.

Item Michael filius Andriol solvit mediam marcam.

Item Petrus prepositus Chosmensis[4] solvit VIII. marcas.

Item Petrus frater prepositi Gregorii solvit II. pensas.

Item Johannes lector solvit II. marcas.

Item Demetrius archidyaconus solvit pro se et Jacobo archidyacono I. marcam.

Item Martinus archidyaconus solvit mediam marcham.

. . . . archidyaconus solvit IIII. pensas.

. . . . , ... frater abbatis solvit LX. denarios.

. . . . [Castri solvit] . . . . marchas cum media.

[Item Martinus . . . solvit VI. pensas] et X. der.arios.

[1] Andriol.
[2] Kamarcha.
[3] Bonora.
[4] Chasmensis.

Jacobus prepositus solvit . . . . . pensas denariorum.

Sumpma fuit CLXXXIII. marcas et mediam minus XXX. denariis.

SumDma ad numerum Budensem CXXXI. marcha cum X. grossis.

(Fol. 65. b. col. II.)

Item Demetrius archidyaconus solvit II. pensas secundario.

Item Nycolaus archidyaconus solvit XIIII. pensas.

Item Martinus archidyaconus solvit mediam marcam et V. denarios.

Item Demetrius archidyaconus solvit IIII. pensas de Vara[s]dino.

Item Anthonius decanus solvit III. rninus VIII. denariis.

Item Martinus de Koproncha solvit mediam marcam.

Item Martinus cantor solvit VI. pensas et X. denarios.

Item Nycolaus frater abbatis solvit II. pensas.

Item Michael filius Andriol solvit L. denarios.

Item Georgius archidyaconus solvit I. marcam.

Item Johannes de archidyaconatu de Dubicha solvit II. marcas cum media.

Item prebendarii de choro Zagrabiensi solverunt in toto II. marcas et III. pensas. Sumpma tanta.

Item sacerdotes de archidyaconatu Zagrabiensi solverunt in toto VII. marcas et XXX. denarios. Sumpma tanta.

Item sacerdotes de archidyaconatu Dubicensi solverunt in toto VI. pensas et V. denarios. Sumpma tanta.

Item sacerdotes de Gierche' solverunt in toto II. marcas et XXV. denarios. Sumpma tanta.

Item sacerdotes de Gera[2] solverunt in toto de Zagoria III. marcas, II. pensas et XXX. denarios. Sumpma tanta.

Item sacerdotes de Bozyn[3] solverunt in toto mediam marcam. Sumpma tanta.

Item capitulum Chosmensis* ecclesie et aliqui prebendarii solverunt VII. marcas et X. denarios. Sumpma tanta.

Item Nycolaus plebanus de Juana[6] solvit mediam marcam.

Item Petrus plebanus de Dumbro solvit III. pensas.

Item Stephanus sacerdos sancti Martini solvit III. pensas.

[1] Guerche.
[2] Gora.
[3] Bexyn.
* Chasmensis.
[5] Juanch.

Item Petrus vicarius de Dumbro solvit XX X. denarios.

Item Johannes plebanus de Zredael solvit L. denarios.

Sumpma facit II. marcas et XX. denarios.

Item sacerdotes de Kamarcha solverunt III. marcas et III. pensas. Sumpma tanta.

Item sacerdotes Chosmenses[1] solverunt III. marcas minus XV. denariis. Sumpma tanta.

Item sacerdotes de Kemlek solverunt I. marcam minus XV. (denariis). Sumpma tanta.

Item sacerdotes de Vasca solverunt IX. pensas et XV. denarios. Sumpma tanta.

Item sacerdotes de Guesse solverunt II. marcas minus X. denariis. Sumpma tanta.

Item sacerdotes de Scenche solverunt VII. pensas. Sumpma tanta.

Item sacerdotes de Bozin[2] solverunt mediam marcam. Sumpma , tanta.

Item Nycolaus plebanus solvit C. denarios.

Item Petrus plebanus solvit III. pensas.

Item vicarius suus solvit XXX. denarios.

Sumpma facit LIII. marcas et III. fertones minus VII. denariis.

Sumpma ad numerum Budensem XXXVIII. marce et III. fertones.

(Fol. 66. a. col. I.)

Item Stephanus sacerdos solvit LX. denarios et vicarius ipsius solvit LX. denarios.

Item moniales de Juang solverunt C. denarios.

Item Martinus plebanus de Nanch solvit LXIII. denarios.

Item capitulum Casmense solvit IIII. marcas et III. pensas et X. denarios. Sumpma tanta.

Item sacerdotes de Kamarcha solverunt V. marcas minus X. de' nariis. Sumpma tanta.

Item sacerdotes Chosmenses* solverunt II. marcas, III. pensas et XXX. denarios. Sumpma tanta.

Item sacerdotes de Vaska solverunt I. marcam et V. denarios. Sumpma tanta.

[4] Chasmenses.
[2] Bexiti.
[3] Juanch.
[4] Chasmenses.

Item sacerdotes de Scenche solverunt I. marcam, III. pensas et X. denarios. Sumpma tanta.

Item sacerdotes de Guesse solverunt II. marcas et I. pensam. Sumpma tanta.

Solutio ista ita facta est semper marcam cum quinque pensis computando, vel per XL. grossos.

Summa XIII. marce, XVIII. grossi ad computum Budensem. Nota, quod summa regestri ecclesie et diocesis Zagabriensis precedentis facit mille centum XXVIII. marcas et mediam minus V. grossis et medio, ad numerum Budensem.

Summa librorum precedentium IIII. millia, CCCCLII. marce, XIX. grossi ad compotum Budensem.

BШ. Vatic. Cod. chart. s. XIV. Tab. Val. no. 188. fol. 6.3. b—66a.
Momtm. Vatic. Hung. S. I, T. I. p. 162.—172.
Theiner Mon. hist. Hung. I. p. 574.

35.

1332.-1337.

Raćum Jakoba Berengera za arcidjakonat srijemski.

(Fol. 67. a. col. I.)

Incipit solutio dyocesis Colocensis decime papalis scilicet de sex annis.

Nota de archidyaconatu Syrimiensi.

Dominus Gregorius. abbas monasterii sancti Georgii de Dombo solvit pro primo anno V. marcas et mediam.

Item solvit pro secundo anno VII. marcas.

Item solvit pro III. anno VI. marcas.

(Fol. 67. a. col. II.}

Item pro anno quarto solvit XV. marcas.

Item" pro anno quinto solvit XIIII. marcas.

Item solvit XIIII. marcas cum media anno VI. et asseruit in conscientia sua, quod realiter solvit pro qualibet marca LX. vel LXX. grossos tunc [currentes].

Item plebanus de Zalankamun pro quolibet VI. annorum . . . .

Item plebanus de Poch solvit pro quolibet VI. annorum . . . . minus fertone, LX. grossos tunc pro marca [currentes],

Item dominus Elyas plebanus de Cherniz solvit per II. annos pro quolibet annorum III. fertones et VII. fertones.

Item pro tertio anno minus IIII. ponderibus mediam marcam.

Item solvit pro tribus ultimis annis XXX., VII. banales pro grosso computando.

Item abbas de Sancto Cruce nichil solvit.

Item plebanus de Dobso solvit pro duobus ultimis annis VI. grossos, VII. banales pro grosso computando.

Item plebanus Michael de Subcastro solvit pro [sex] annis . . . .

Item plebanus de Zemelinio Superiori solvit pro [sex annis pro quolibet annorum] . . . .

Item plebanus de Zemelinio Inferiori pro [tota decima solvit] II. . . . et III. grossos minus fertone.

Item plebanus sancti Michaelis de Hodus solvit [VIII. pondera pro tota decima], VII. banales pro pondere computando.

Item Paulus plebanus de Soas solvit pro . . . . et III. fertones pro tota decima sexennali . , . .

Item Dominicus eiusdem ecclesie [plebanus] . . . . et III. fertones LXX. banales pro fertone computando . . . .

Item frater Egidius abbas de Bellofonte] solvit XVI. marchas . . . . LX. grossos pro marca Bohemicali computando, pro primo anno.

Item solvit pro secundo anno totidem. Item pro tertio [totidem.]

Item solvit idem dominus abbas pro IIII. et V. [anno LII. marchas.] Item pro VI. anno decem et debet XVI. [marchas, LX. grossos] pro marca computando.

Item Nycolaus plebanus de Gamancz solvit pro primo anno I. fertonem et VII. grossos, et pro secundo anno XXIII. grossos.

Item Demetrius plebanus de Sancto [De]metrio solvit [pro quolibet annorum] II. marcas, [LX. grossos pro marca computando.]

Item plebanus ecclesie Sancti Johannis Baptiste . . . pro uno anno mediam marcam, [XXX. grossos pro marca computando.]

Item Andreas plebanus de S[ul] . . solvit . . .

Item Laurentius plebanus de [Mun]orod . . . . annis I. et mediam marcam et IIII. grossos.

Item Johannes sacerdos omnium sanctorum de . . . solvit . . . unam marcam minus XL. banalibus.

Sumpma facit CCXXX. marcas et VII. grossos ad numerum Budensem.

(Fol. 67. b. col. I.)

. . . plebanus de Villa Nova debet pro tota decima II. marcas . . . . . et fertonem, restant VII. fertones, solvit in festo sancti Michaelis.

[Item Johannes] vicarius de Dumbo iuravit, quod vellet proxima die . . . . fertones.

. . . [archipresbiter?] de Patrovarad[1] solvit pro primo anno . . . . grossos, XL. banales pro floreno . . . . fertonem, LX. banales pro fertone computando.

. . . . [soivit I.] marcam.

. . . . solvit II. marcas, LX. grossos pro marca computando.

. . . . de Sadag solvit pro VI. annis VIIII. grossos.

. . . . solvit pro quolibet IIII. annorum mediam marcam . . . . . I. marcam.

. . . . solvit pro omnibus VI. annis II. marcas.

. . . . pro omnibus VI. annis I. fertonem et III. pondera.

. . . . annis LXXII. banales.

. . . . [de Sancto Jacobo] solvit pro omnibus VI. annis •. . . . . . I. fertonem.

. . . . grossoss pro tota decima, VII. banales pro grosso computando.

. . . . , solvit pro tota decima III. fertones.

. . . . solvit mediam marcam et debet I. marcam.

Item Johannes de . . . . solvit pro tota decima mediam marcam.

Primo . . . . plebanus . . . . . solvit pro tota decima II. marcas grossorum.

. . . . et socius suus in dicta ecclesia nichil solvit.

Item . . . . de Pacz solvit pro primo anno XV. banales.

Item pro secundo anno solvit XXX. banales. Item pro tertio anno XI. grossos.

Item pro IIII. anno solvit IIII. grossos. Item pro V. anno solvit V. grossos . . . . pro sexto anno.

. . . . . . de Sancto Laurentio solvit XL. banales pro quolibot VI. annorum.

Item . . . . solvit pro quolibet VI. annorum I. fertonem.

[1] Petrovarad.

. . . . banales pro grosso.

. . . . . . anno solvit VIII. grossos.

Item . . . . X. banales, pro quinto anno XX. banales.

. . . . banales.

. . . . XVIII. banales.

. . . . anno XL. banales et . . . .

. . . . . . solvit pro quinto anno XL. banales.

Sumpma facit XXIIII. marcas et V. grossos ad numerum Budensem cum I. banali, VII. banales pro grosso computando, sicut tunc currebant.

Bibl. Vatic. Codex chart. s. XIV. lab. no. 183. fol. 67. a.—67. b.
Monum. Vatic. Hung. Ser. I. Tom. I. p. 175.—177.
Tkeiner Mon. Hist. Htmg. I. p. 565.—566.

36.

1332.—1337.

Račun za tri godine biskupije bosanske.

(Fol. 66. a. cott. II.)

Regestrum trium annorum ecclesie Boznensis.

Incipit solutio decime papalis primi anni ecclesie Boznensis.

Primo dominus episcopus solvit XXII. marcas per VI. pensas.

Item prepositus solvit V. marcas cum VI. pensis.

Item magister Leucus solvit mediam marcam.

Item Albertus custos. Item Petrus lector solvit mediam [marcam.]

Item Stephanus cantor solvit mediam marcam.

Item Albertus custos solvit I. fertonem.

Item magister Tnominus solvit mediam marcam.

Item magister Andreas solvit XL. denarios.

Item magister Cosmas solvit XL. denarios.

Item magister Petrus filius Abrahe solvit XL. [denarios.1

Item magister Johannes solvit IIII. pensas.

Item Dominicus cantor solvit mediam marcam [et XXX. denarios.]

Item Bene solvit mediam marcam.

Item Johannes Parvus solvit I. fertonem.

Incipit solutio sacerdotum ecclesie Boznensis primi anni.

Primo Thomas sacerdos beate Virginis solvit [II. pensas et X. denarios.]

Item Sepcies sacerdos solvit I. fertonem.

Item Mathias sacerdos ecclesie beate Virginis [solvit mediam marcam.]

Item Georgius sacerdos solvit XXV. denarios.

Item Johannes sacerdos de sancto Georgio solvit [I. fertonem.]

Item Petrus sacerdos de Dragotino [solvit mediam marcam].

Item Egidius sacerdos de Berezna solvit mediam marcam.

Item Adrianus sacerdos solvit mediam fertonem.

Item Mathias de sancto Michaele solvit XL. [denarios].

Sumpma facit XXXIIII. marcas cum media, [marcam cum L. grossis] computandp.

Incipit solutio secundi anni ecclesie Boznensis.

Primo solvit dominus episcopus XXII. marcas, per L. grossos computando.]

Item Petrus lector solvit mediam marcam.

Item prepositus solvit .II. et mediam marcas.

Item magister Johannes solvit mediam marcam.

Item Albertus custos solvit I. fertonem.

Item magister Bene solvit C. denarios.

Item magister Dominicus solvit II. pensas.

Item magister Thominus solvit [XL. denarios.]

Item magister Atidreas solvit XX. denarios.]

Item Stephanus cantor solvit XL. denarios.

Item magister Leucus solvit mediam [marcam.|

Item Johannes nepos solvit XL. denarios.

Item magister Cosmas solvit XX. [denarios.]

Item Petrus filius Habrahe . . . .

(Fol. 66. b. col. I.)

[Incipit] solutio secundi anni sacerdotum ecclesie Boznensis.

. . . . Petrus sacerdos solvit mediam marcam.

. . . . solvit medium fertonem.

. . . . sacerdos de sancto Michaele solvit XL. denarios-

. . . . sacerdos solvit LXX. denarios.

. . . . solvit II. pensas.

. . . . solvit XXV. denarios.

. . . . solvit XXX. denarios.

. . . . [solvit XL.] denarios.

. . . . [solvit L] fertonem.

. . . . (Johannes] Parvus sacerdos solvit XXX. denarios.

. . . . solvit X. denarios.

Sumpma . . . . semper L. grossos pro marca computando.
[Incipit] solutio [tertii anni] ecclesie Boznensis.
. . . . [habui ab episcopo] duos cyphos, quos vendidi
. . . . et plus habere non potui.
[Item prepositus solvit XL.] grossos pro toto anno.
Item magister Leucus solvit I. florenum.
Item Petrus lector solvit I. florenum.
. . . . cantor solvit I. florenum.
. . . . custos solvit XX. grossos.
. . . . Johannes solvit I. florenum.
. . . . solvit I. florenum.
Item magister Beno solvit I. florenum.
Item magister Cosmas solvit . . . grossos.
Item magister Andreas solvit . . . grossos.
Item magister Thominus solvit VII. grossos.
Incipit solucio sacerdotum ecclesie Boznensis tertii anni.
Primo Mathias sacerdos solvit V. grossos.
Item Egidius sacerdos solvit VI. grossos.
Item . . . . sacerdos solvit I. florenum.
Item [Adrianus] sacerdos solvit V. grossos.
Item . . . . . sacerdos solvit XX. grossos.
. . . . sacerdos solvit XX. grossos.

(Fol. 66. b. col. II)

Sumpma in toto facit XXVII. florenos C. et LX. grossos, de tota solutione tertii anni per capitulum et sacerdotes aliquos, quia pauci sunt.

Sumpma vera LXX. marce cum fertone et dimidio ad numerum Budensem.

Bibliot. Vatic. Codex chart. s. XIV. Tab. Vat. no. 183. fol. 66. —- Rationes Jacobi Berengari et Raimundi de Bonofato collectorum decimarum sexennalium in regno JTungarie.

Monum. Vatic. Ilung. Ser. I. Tom. I. p. 172.—174.

37.

1333, 9. marta. U Višegradu.

Karlo kralj ugarski i hrvatski dariva imanfe Brdan Tomi sinu Petrovom u vukovskof županiji.

Nos Karolus dei gracia rex Hungarie significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis memorie commendantes, quod magister Thomas filius Petri magni castellanus Chowkakw dilectus et fidelis noster ad celsitudinis nostre accedens presenciam suaque fidelitatis seruicia a plurimis iam retrolapsis temporibus nobis et sacre corone impensa proponens et declarans, quasdam possessiones Pauli filii Symonis et Michaelis filii Gregorii hominum sicut dixit heredum solacio destitutorum et ex eo ad nostram collacionem deuolutas Chentey in Bodrug et Brdan vocatas in Wolkow comitatibus existentes, a nobis sibi dari et conferri perpetuo postulauit. Nos siquidem, qui ex nobilitate regie maiestatis merita cunctorum nobis fideliter obsequencium pensare et pensata digne remuneracionis premio confouere debemus, attendentes fidelitates et seruicia meritoria, que ipsum magistrum Thomam celsitudini nostre feruenti desiderio et sumpma constancia exhibuisse scimus, exhibere sentimus in presenti et exhibiturum pro firmo credimus in futurum, prescriptas possessiones Chentey et Brdan nominatas cum omnibus earum vtilitatibus et pertinenciis vniuersis siluis, pratis, nemoribus, aquis, aquarumque decursibus, terris arabilibus et quibusuis suis attinenciis sub eisdem metis et terminis suis antiquis, quibus per priores suos possessores habite extiterunt et possesse, eo iure, quo ad nostram collacionem pertinere dinoscuntur, ipsi magistro Thome et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus dedimus, donauimus et contulimus perpetuo possidendas, tenendas et habendas, sine preiudicio nichilominus iuris alieni. Et cum presentes nobis fuerint reportate, in formam nostri priuilegii easdem redigi faciemus. Datum in Wyssegrad, sabbato proximo post octauas strennarum, anno domini MCCC°XXX° tercio.

Original u narodnom muzeju u Budimpešti: arkiv grofooa Forgača a. 1333. Stara signat. fasc. Z. no. 29. — Na hrptu vidi se trag okruglog velikog pritismitog pečata; ispod n-/ega: »legacio regis per Deseu famfiliarefm, n. . . . de Balneoi,.

Savremena bilješka: >Super possessionibus Chentei et Brdan vocatis.«

Po istom izvoru ali vrlo sktadeno: Nagy Codex dipl. Andeg. III, 1.

38.

1333, 13. januara. U Zadru.

Protiv Franje de Lourechna, koji pobija oporuku pokojnog Nikole de Piciha, učinjenu na korist samostana sv. Nikole, izriče sud osudu i proglasuje oporuku pr avovaljanom.

In dei nomine amen. Anno [incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo] trigesimo secundo, indicione prima, die terciodecimo mensis ianuari, Jadre. Tempore domini Francisci Dandulo incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Nicolai Faletri honorabilis comitis. Cum coram nobis Nicola[o Faletro comite Jadre,] Thomasso de Petrico, Vito Galello et Philippo Miche de Scolatura, iudicibus ciuitatis Jadre, cognitoribus peticionis inserte citacioni siue precepto Francisci Bogdani de Lourechna scripte in acto curie nostre sub hac forma: Ad peticionem Francisci condam Bogdani de Laurechna, cuius interest petere successionem bonorum olim Nicolai de Piciha, Bartholottus preco. . . . . et cetera se citasse dominum Johannem de Buthouano archiepiscopum Jadrensem. . . . . Marinum Georgium comitem Jadre, dominam. . . . . [Bel]lam relictam supradicti Nicolai, et Maurum condam Bartholomei de Grisogono scripto commissarios in quadam ordinacione dicti Nicolai, que asseritur esse testamentum. Quam ordinauit dictus Nicolaus scriptam in publicam formam manu. . . . . . . de Cigalis notarii et dominam Franciscam abbatissam monasterii sancti- Nicolai de Jadra, tanquam abbatissam dicti monasterii ac Petregum de Matafarro, tanquam aduocatum seu procuratorem monasterii eiusdem, cui monasterio dictus Nicolaus in dicta sua ordinacione aliqua bona dimisit prout. . . . . die lune proxime veniant coram curia maiore Jadre ad respondendum sibi et deffendendum contra ipsum seu. ipsam ordinacionem dicti Nicolai nullius valoris esse et petit per sentenciam dictum Nicolaum intestatum pronunciari. . . . . . suam ordinacionem nullam et ruptam esse, saluo iure dicti Francisci, omnes et singulas res et bona dicti Nicolai. . . . . videbatur et debebat ipsa citacio siue preceptum in iudicio lectum foret atque in ordinacione ipsius iudicii et cause concurrissent omnia et singula, que secundum statuti ordinamenta cursum et . . . . responsionibus, replicationibus et triplicationibus a partibus in dicta causa expositis, exhibitis et factis in iudicio coram nobis hoc ordine et in hunc modum et huius continentie . . . . proponendo asserebat et petebat. . . . . dicta peticione continetur dictum Nicolaum intestatum et dictam ordinationem nullam fore ex eo, quod in ipsa ordi[na]tione heredum institutionem asserebat deficere, quod ex forma. . . . . . [statu]torum Jadre in quocumque testamento, vt testamenti vires. . . . . bat. Primo quidem clare constare et haberi dicebat ex forma statuti. . . . . . sub generali. . . . . modufm] testamenta debeant ordinari et sub speciali rubrica : Que solemnitas in testamento per tabelionem scripto et cetera capitulo se. . . . . [inter] cetera continetur hec clausula : Cuius tabelionis testamentum.est sena. . . . . tatem testamentis et nomina heredum cum uoto et munimine et cetera, vnumquemque testatorem, volentem suum testamentum per manum tabelionis conficere prout. . . . . debere in ipso testamento, ut testamenti vires et robur obtineat. . . . . haberi ex alia stant sub titulo, quando aliquis dicitur decedere intestatus capitulo: Vnico plerumque scilicet vltimo item mori et cetera dicitur, quod. . . . . uel intestata, quando facto testamento solemniter et secundum statutum comunis Jadre ab hac luce decessit ille. habuerit in suo testamento hereditatis ipsius deeedentfes] non vult apprehendere uel habere ; item in eodem capitulo in superiori scilicet: Item ille. . . . . hec uerba, quod ille dicitur mori intestatus uel intestata, qui fecit testamentum, sed in eo faciendo non seruauit [statutum, ciuitatis. . . . . s]tat[utum Ja]dre et quantum de testamentis faciendis seu ordinandis, quare dicebat, quod cum dictus Nicolaus uolens per manum tabelionis. . . . facere testamentum solemniter institutionis heredum contentam in supradicto capitulo. Si per manum tabelionis . . . . primo namque et cetera non seruauerit dictus Nicoflaus]. . . . . . intestatus decessisse, petens ipsam ordinationem dicti Nicolai, que ab aduersa parte pro testamento producitur et testamentum asserit. . . . . nullam pronunciari debere, cum ut supra ostensum est in eam faciendo solemnitates non seruauerit statuti, item allegabat dictus Franciscus dictam ordinationem dicti Nicolai nec iure testamenti nec alterius vltime voluntatis posse valereuel debere et alia esse asserebat. . . . . . . dictum Nicolaum in dicta ordinatione expresse contra formam statuti Jadre sub generali titulo: Quibus ex causis et quibus personis interdicatur suarum rerum alienacio et capitulo tercio statu[ti]. . . . . et cetera et contra vtilitatem publicam bona quedam immobilia monasteriis et personjs religiosis et ecclesiasticis legasse, prout ex ipsius Nicolai testamento apparere dicebat, in quo statutum caueri asserebat et prohiberi expresse

omnibus et singulis Jadratinis et districtualibus in ultima voluntate aliquid al. . . . . immobilia seu res stabiles alicui monasterio uel loco religioso aut alicui monaco uel monace seu religiose aut ecclesiastice persone, quod maxime patere dicebat per exceptionem in ipso statuto adiectam, que dicit: Nisi forte aliquam personam voluerit relinquere uel donare res. . . . . hospitali sancti Martini, quod est comunis Jadre, per quam quidem exceptionem generaliter cetera omnia alia hospitalia et loca religiosa a legatis et relictis rerum immobilium intelligi dicebat fore exclusa, quod quidem statutum dicebat ciuitatis voluisse quidem inuiolabiliter obseruari propter euidentem rei publice. . . . . et a. . . . . . . intollerabile dampnum comunis dicte ciuitatis. Et hec clare parere dicebat ex grauibus tam realibus quam personalibus penis in ipso statuto adiectis tam relinquenti siue danti, quam notario conficienti instrumentum uel testamentum uel quamcumque aliam vltimam voluntatem, quam etiam examinatori manum . . . . seu. . . . . voluntatem imponenti, in quibus bona immobilia dictis locis et personis prohibitis alienarentur uel relinquerentur. Item dicebat dictum testamentum nullum esse et alia ratione, qua videlicet tam in predicto statuti capitulo statuimus et cetera, quam in capitulari examinatorum contineri expresse dicebat, quod examinato . . . . in instrumento uel testamento seu alia quacumque vltima voluntate, in quo uel qua relinqueretur aliqua res stabilis personis et locis superius interdictis, quare cum dicta ordinatio examinata appareat contra formam dicti statuti et dicti capitularis, ut dicebat, nulla censeri debet, quia quod. . . . . ecto h . . . . in dicto statuto expresse contineri dicebat, et ex ipso haberi in ea, quod dicit nec valeat seu possit et cetera, que uerba potestates et libertates priuant et sic ex ipsis uerbis reddi dicebat personas inabiles(f) aa faciendum predicta, nec dicebat posse dictum Nicolaum ignorantia talis statuti. . . . . ex. . . . . statut[o] primi volumnis statuti Jadre incipientis leges sacratissimas, in quo cauetur, quod statuta Jadre dicti voluminis ab omnibus sciri debent et prohibentur quilibet ignorare. Item produxit dictus actor quandam sentenciam latam per maiorem curiam Jadre tempore domini Andree Basilii, tunc comitis Jadre, scriptam in formam publicam manu Alexandri de Stella, cancellarii ad ciuilia comitis Jadre et notarii, continentie in effectu, quod idem Franciscus attinet in tali gradu propinquitatis cum dicto olim Nicolao, quod posset et sua interesset petere successionem bonorum et hereditatum dicti olim Nicolai, si idem Nicolaus decessisset intestatus. Contra et ad que pro parte dictorum reorum ex aduerso respondebatur per dictum Vulcinam Guidonis de Matafarro, aduoćatum curie nostre hoc ordine et in hunc modum, dicebat enim testamentum dicti olim Nicolai rite et Iegiptime(!) secundum iura ciuitatis Jadre factum fuisse, quod parere dicebat ex subscriptione maxime examinatoris, que continet fuisse facta de rnandato domini comitis et curie, per quod iam approbatum uidetur, ac in ipso seruata fuisse forma statutorum Jadre loqusntium super testamentis • conficiendis et ordinandis. Nec obesse dicebat illud, quod pars proponebat aduersa, quod videlicet in ipso non fuit seruata forma statuti predicti sub titulo: De testamentis et cetera et sub speciali rubrica: Que solemnitas in testamento et cetera, capitulo: Si per manum tabelionis et cetera. C. primo namque volumus et cetera. Quia videlicet in ipso testamento nullus fuit heres institutus, quod in dicto c[apitu]lo dicti statuti asserebat expresse mandari et hoc tali ratione proponebat enim et dicebat dictus Vulcinne nomine quo supra intelligi et ex lictera (!) dicti statuti clare haberi notarium de testatoris mandato debere nomina heredum in testamento scribere, si et quando testator uel, testatrix suos haberet heredes; sed cum dictus Nicolaus testator suos heredes, utputa filios uel alios descendentes tempore dicti conditi testamenti non habuerit, notarius in ipso testamento scribere non potuit, nec testator uel testatrix heredes extraneos nominare tenetur ex forma dicti statuti et sic ex ammissione eius, quod non est in rerum natura, testamentum ipsum vitiosum esse uel nullum dici non potest de iure. Item dicebat dictus aduocatus libere ex uoluntate testatoris secundum formam dicti statuti et dicti c[apituli] pendere hoc, quod notarius scribat uel non scribat in testamento nomina heredum, quod quidem manifeste haberi • dicebat ex uerbis contentis in dicto c[apitulo] supradicti statuti: Si per manum tabelionis et cetera. Que uerba si hoc cuius tabelionis officium est seruatim et distincte de uerbo ad uerbum notare in scriptis voluntatem testatoris et cetera, demum in fine subiungitur prout placuerit et voluerit ipse testator, igitur cum de uerbo ad uerbum notarius scribere • debeat voluntatem testatoris prout placuerit et voluerit ipse testator illud, quod non dicit testator, notarius scribere in testamento non debet, quia indubitanter credendum esse dicebat testatorem id, quod tacuit, uoluisse et sibi non placuisse, et sic quantumcunque notarius scribere ommictat (!) in testamento nomina heredum, si testator ipsos heredes non nominet, non propter hoc reprehendi posse dicebat testamentum vitio nullitatis. Et quod dictus Nicolaus testator nomina heredum in ordinando dictum testamentum tacuerit, standum esse dicebat examinatori et notario ex quo in testamento examinato et roborato de nominibus heredum nulla sit jnentio. Item alia ratione conabatur ostendere, quod • ex institutionis defectu secundum iu.ra ciuitatis Jadre testamentum non jjoterat nullum dici ex eo videlicet, quod in ciuitate Jadre supradictis

de testamentis et quemadmodum testamenta debeant ordinari capitulo primo: Cum ultima et cetera, et capitulo : Cum aliqua persona et cetera, nulla de heredum institutione sit mentio, vnde asserebat testamenta facta secundum dictorum trium capitulorum formam absque heredum institutione tenere faciens argumentum ex hoc, quod nec in dicto capitulo: Si per manum tabelionis fuit conditorum intentio, quod ex institutionis defectu testamentum irritum fieret, nec huius diuersitatis ratio posse dicebat assignari, vanum enim, ut dicebat, fuisset vnum et idem et quo ad idem concedi in pluribus et prohiberi in vno. Et posito, dicebat, quod secundum formam dicti statuti capitulo: Si per manum tabelionis et cetera in testamento per tabelionem scribendo exigatur, quod etiam heres extraneus nominetur et scribatur et scribi debeat, asserebat dictum testamentum prefati Nicolai institutione heredum non carere. Quod patere et haberi dicebat ex quadam clausula dicti testamenti huius tenoris: Reliqua uero bona mea mobilia et immobilia, magna et parua volo et ordino, quod dicta domina Bella, vxor et conmissaria mea, possit post obitum suum ordinare pro anima mea et sua, prout sibr melius et sancius uisum fuerit. Ex quibus uerbis clare haberi dicebat dictam dominam Bellam in ipso testamento heredem esse, dicebat enim institutionem heredum fieri non tantum per hoc uerbum: instituo, sed* per omne uerbum, per quod relinquitur vniuersum ius, quod habuit testator tempore mortis, quod quidem vniuersum ius notari et significan dicebat ex uerbis in dicta clausula contentis. Item dicebat, quod posito,. quod dicta domina Bella ex forma uerborum dicte clausule in dicto testamento heres non esset, pauperes Christi esse heredes in dicto testamento asserebat debere intelligi, quibus bona in ipso testamento relinqui dicebat. Item dicebat contra predicta non obstare dictum statutum, quando aliquis dicitur decedere intestatus capitulo: Plerumque etc, quia ipsum statutum in alio casu loquitur, de quo ad presens non est questio: Quod quidem statutum cum sit stricti iuris, ad aliumcasum, quam in quo loquitur, dicebat, trahi non posse nec duci. Itemdicebat dictus Vulcinna ut supra, quod sine preiudicio posito, quod in dicto testamento prefati Nicolai non sit heredis institutio, prout dictus Franciscus nititur demonstrare, non tamen ex hoc secundum formam dicti statuti: Si per manum tabelionis etc. per dictum Franciscum allegati esset dictum testamentum nullum, cum in ipso statuto non contineatur, si non sit heredis institutio, quod testamentum non teneat uel sit irritum. Item dicebat dictus Vulcinna ut supra, quod posito, quod: dicta vltima voluntas non valeret ex defectu institutionis heredis ut testamentum et iure testamenti, asserebat tamen ipsam valere iure codicillorum uirtute uerborum in ipso. contentorum,' que sunt hec: Et hoc:

volo esse meum ultimum testamentum, quod si iure testamenti non valet, saltem valeat iure codicillorum uel cuiuscumque vltime voluntatis. In quibus codicillis ex forma statuti de codicillis capitulo vnico: Quia sepe contingit etc. heredis institutio prohibetur expresse. Et sic dicebat, quod si et quando ex defectu institutionis heredis dicta vltima voluntas a iure testamenti cadetur, tamen virtute supradicte finalis clausule in ius codicillorum resurgere asserebat. Item ad illud, quod per dictum actorem proponebatur, quod videlicet dictum testamentum nullum est ex eo, quod in ipso relinquuntur bona immobilia personis et locis religiosis et ecclesiasticis, dictus Vulcinna ut supra respondebat, quod in dicto testamento nulla bona immobilia locis et personis in dicto statuti capitulo: Statuimus etc. prohibitis per dictum testatorem relinquuntur, sed bonorum immobilium vsusfructus tantummodo; que nec in ipso statuto nec in aliquo alio prohibentur dictis locis et personis relinqui. Nec etiam vsusfructus dictis locis et personis in dicto statuto prohibitis ut dicebat, pure relinquuntur, sed cum condicione, qua quidem extante dicti vsusfructus ad conmissarios dicti Nicolai testamentarios ex forma dicti testamenti deuolui debet distribuendi et amministrandi, prout per moniales monasterii sancti Nicolai vel monasterii sancti Demetrii distribui et amministrari mandantur. Subiungens, quod posito, quod dictus testator in ipso testamento dictis personis et locis bona immobilia reliquisset, quod tamen se negare dicebat, non propterea testamentum ipsum nullum dici posse asserebat, quia hoc in ipso statuto non dicitur, sed tam testatori, quam examinatori et notario, qui tale testamentum faceret, scriberet et examinaret, pena certa infligitur, dicebat tamen ipsum statutum obseruari non debere eo, quod contra libertatem ecclesie ipsum esse asserebat. Item allegabat dictus Vulcinna ut supra in fauorem dicti testamenti quandam sentenciam latam per maiorem curiam Jadre tempore domini Andree Basilii, tunc comitis Jadre, scriptam in forma publica per Alexandrum de Stella, notarium, quam in effectu continere dicebat dictum Franciscum non esse personam legiptimam(f) ad petendum dicti Nicolai successionem, et quod dicta curia non habebat, quod dictus Nicolaus decesserit intestatus. Item dicebat, quod conmissarii scripti in dicto testamento habiti fuerunt in iudicio a curia Jadre pro legiptimis conmissariis et contra eos, ut conmissarios legiptimos, late fuerunt per curias Jad*-e plures sentencie, que in bonis dicte conmissarie venditis ad incantum fuerunt executioni mandate, absque alicuius contradictione uel oppositione. Que facta per curiam non fuissent, nisi dictum testamentum fuisset ab ipsa curia habitum pro legiptimo. Contra que supradictus actor replicabat, et primo contra id, quod per dictum Vulcinnam respondebatur, quod videlicet cum heredis institutio ex sola

voluntate testatoris uel testatricis pendeat, si testator uel testatrix nuJlum sibi iieredem instituit, notarius heredes in testamento scribere non tenetur, dicebat lioc uerum esse, sed nichilominus tamen asserebat testamentum sine heredis institutione nullum esse et talem testatorem intestatum decedere, cum heredis institutio, ut dicebat, sit de principalioribus solemnitatibus in statuto Jadre contentis, licet omnes clausulas in ipsis statutis contentas asseretur inuiolabiliter obseruandas, quod clare haberi dicebat per rubricam supradicti statuti capituli: Si per manum tabelionis etc. dicentem et continentem: Que solemnitas in testamento etc. Quare dicebat quodcumque testamentum, vbi deficit heredis institutio licet testator scienter ommiserit, nullum esse pro eo, quod solemnitatem contentam in dicto statuto non esse in ipso testamento seruatam. Nec liuic obesse, dicebat, quod idem dicitur, prout placuerit et uoluerit ipse testator, quia dicebat hanc diccionem prout non condicionem voluntatis importare sed modum, si enim condicionem importaret, quod videlicet esse dictum, prout id est, si placuerit et voluerit etc. predictum statutum institutionem heredis simpliciter in testatoris arbitrium conferet et sic necessaria non esset. Sed quia certum est, quod non condicionem sed modum, ut est dictum, importat, qui modus multiplex esse potest, scilicet pure uel sub conditione et multis aliis modis, idcirco heredis institutio in teštamento ommicti non posse utpote necessariam dicebat. Ad id uero, quod dicebatur, quod ex defectu institutionis heredis testamentum irritum non est, cum hoc in statuto non dicatur, dicebat, hoc in statuto ponere necessarium non fuisse. ymo addere fuisset superfluum, nam de se patet, quod vbi forma alicuius facti data et statuta omictitur, ipso iure illud nullum debet, et debet pro infecto liaberi. Item ad id, quod dicitur, quod ex uerbis testatoris habetur, quod domina Bella est heres, et st domina Bella heres non esset, dicebat, esse et intelligi heredes esse pauperes Qiristi, respondebat, quod dicta domina Bella non est heres, cum in aliqua parte dicti testamenti non nominetur heres- Et cum bonorum dicti testatoris alienatio eidem domine Belle in ipso testamento prohibeatur expresse, quod heredis institutioni repugnare dicebat. Quod ucro ibi dicitur, quod post obitum suum dicta domina Bella possit ordinare etc. hoc tanquam fideiconmissarie et non tanquam heredi per testatorem commictitur, hoc idem ex facto dicte domine Belle haberi dicebat, quod videlicet non pro herede se gessit. Nam in faciendo inuentarium bonorum dicfti Nicojlai non heredem sed commissariam se appellauit et scripsit. Negabat etiam Christi pauperes heredes esse, quia ipsorum nomina secundam dicti formam statuti capitulo: Si per manum tabelionis etc. cum noto cognomine in dicto testamento non scribuntur nec vniuersalis hereditas eisdem reiinqui dice. . . . . . .

quolibet testamento debeat heres esse haberi dicebat ex statuto: De inuentario per heredes etc. capitulo: Statuimus, quod quibus heres etc. Item id, quod dicebatur, testamentum predictum approbatum fuisse per sentenciam curie, quod haberi dicebatur ex subscriptione examinatoris, que facta fjuerunt . . . . ejxaminatorje] scribitur de mandato curie, respondebat, quod de dicto mandato non constat nec unquam in iudicio disceptatum fuisse dicebat, vtrum dicta ordinatio esset testamentum ue! non. Quare, dicebat, quod et si dicta subscriptio examinatoris de mandato curie, ut scribitfur] sua fuisset, non tamen esset sentencia. Nam omnis sentencia ex forma statuti: De sentenc.ia et re iudicata, capitulo: Si aliqua sentencia etc. coram vno de tribus per curiam pronunciari debet et aliter pronunciata non tenet. N[ec] huic obstat, quod in dicto statuto dicitur super rebus stabilibus etc. Quia cum in dicto testamento res stabiles relinquantur, modus ferende sentencie super stabilibus dicebat, debuisse seruari. Ad id vero, quod dicebatur, quod hec causa per sentenciam maioris curie Jadre tempore domini Andree Basilii, tunc comitis Jadre, decisa fuerat, dicebat dictam sentenciam non definitiuam, sed interlocutoriam fuisse, pro eo, quod finem controuersie non imposuit, sed per ipsam iudicium fore nullum pronuriciatum esse dicebat ex eo, quod nondum per curiam legiptimatus fuerat ad petendum predicta. Et sic hac de causa non constabat curie ipsum quidem esse personam legiptimam nec habebat curia ipsum Nicolaum intestatum fore, prout hec clare ex uerbis ipsius sentencie patere dicebatur. Quare asserebat ipsam sentenciam sibi in aliquo tum ex predictis rationibus, tum quia post illam sentenciam se a dicta curia obtinuisse dicebat sentenciam, per quam legiptimatus fuerat ad petendum predicta. Ad id uero, quod dicebatur et arguebatur ex dictorum forma statutorum capitulo: Cum vltima cuiuscumque etc. et capitulo: Cum aliqua persona etc, quod in testamentis heredis institutio necessaria non erat etc, respondebat, quod ita bene per repudiationem liereditatis testator, qui secundum formam cuiusuis dictorum statutorum testamentum condidisset, fieret intestatus sicut et testator, qui condidisset testamentum secundum formam statuti predicti: Si per manum tabelionis etc. Quare dicebat, satis patere, quod licet duo predicta statuta de Ieredis institutione mentionem non faciant expresse notfari (?)], propterea volunt, quod testamentum sine heredis institucione confici valeat, dicebat tamen dicta duo statuta in hoc casu non loqui uel facere. Item ad id, quod dicebatur, quod tenet iure codicillorum etc. respondebat, quod hoc esse non poterat ex forma štatuti Jadre: De codicillis, capitulo: Quia sepe contingit, etc. cum in ipsa ordinatione totalis hereditas relinquatur. In codicillis uero ex forma dicti statuti totalis hereditas relinqui non potest. Quod autem in dicta

ordinatione totalis hereditas relinquatur, patere dicebat tam ex lictera eiusdem testamenti, quam ex allegationibus partis aduerse asserentis in ipsa esse heredem dominam Bellam vel pauperes Christi. Quibus omnibus et singulis supradictis, prout in scripturis datis a predictis partibus prolixius continentur et scribuntur et omnibus aliis et singulis, que ipse partes hinc inde dicere, allegare, respondere, replicare, duplicare et triplicare in dicta causa voluerunt, auditis, visis, intellectis et examinatis inter nos diligenter, nec non super ipsis habito sano conscilio(!) peritorum, conclusoque a predictis partibus sponte in causa, nos supradictus cornes et maior pars prenominatorum iudicum pro tribunali sedentium dei nomine inuocato per sentenciam finitiuam in hiis scriptis pronunciamus et dicimus supradictam vltimam voluntatem dicti Nicolai scriptam in forma publica manu supradicti Miche de (^igalis, notarii, de qua in supradicto precepto et petitione sit mentio et habetur codicillum fuisse et esse et pro codicillo fore habendam, ac vniuersa et singula, que in dicta ordinatione disposita sunt, prout sunt disposita, tanquam ex codicillo exequendo obseruanda et effectu demandanda et adimplenda fore, dictamque dominam Bellam ceterosque dicti Nicolai commissarios commissario nomine eiusdem Nicolai et ceteros alios, in dicto precepto citatos, scriptos ab omni petitione dicti Francisci per eandem sententiam absoluentes, dictoque Francisco perpetuum ex dicta causa silentium imponendo, non preiudicando iuri comunis Jadre, si quod haberet ex codicillo predicto, pronunciantes predicta secundum iura et cursum ciuitatis Jadre coram Nicolao de Cucilla, tribuno curie nostre, quem damus in pristaldum, omni modo, forma et iure, quibus melius possumus et debemus, et partem victam victrici in expensis legiptimis condempnantes. Qui tribunus ex officio suo mandauit mihi infrascripto notario coram Michaele de Cigalis et Francisco Perlumbardi, ciuibus Jadre, testibus ad hec vocatis. vt supradictam sentenciam in publicum redigerem documentum.

(Drugi rukopisi.)

Ego Nicolaus Faletro comes Jadre manum misi.

Ego Vitus Galellus iudex manum misi.

Ego Filipus Miche Rose iudex manum misi.

(Signum not.J

Et ego Alexander condam Vgolini de Stella, Jadrensis notarius et ad ciuilia eiusdem ciuitatis deputatus, scripsi et publicaui et meo signo et nomine roboraui.

Original u guber. arkivu u Zadru, odio samost. sv. Nikole no. 14.6. — Gornji dio poderan, oštećen i slabo čitljiv.

39.

1333, 29. januara. U Trogiru.

Knez Mladen sin kneza Jurja sklapa mir s općinom trogirskom.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Anno nativitatis domini nostri Jesu Christi 1333., indictione L, die veneris 29. mensis ianuarii, in civitate Traguriensi in ecclesia cathedrali beati Laurentii, praesentibus nobilibus et sapientibus viris dominis Andrea Baseio cive civitatis Venetiarum, Petro Premarino de Venetiis, comite Petro de Almissa, Cosa de Nisamnis (!) de Jadra, Cipriano Bonzani cive Spalatensi, Nicole Simonis, Pelibra Stepi testibus rogatis, et Gregorio quondam Mathei Lucii examinatore. Congregatis in unum egregio et potenti viro domino comite Mladino filio bonae memoriae nobilis et notentis viri domini comitis Georgii, nomine et vice sua et egregiae et prudentis dominae, dominae L. honorabilis comitisse, nec non fratrum suorum heredum et successorum ac etiam promittente pro omnibus eis, et eorum districtualibus et subiectis ex parte una, et magnifico et potenti domino Joanne Gradonico honorabili comite civitatis Traguriensis et districtus, nomine aliorum comitum successorum suorum, et nobilis viri domini Daniele Jacobi de Tragurio sindico communis et hominum dictae civitatis Traguriensis ex altera; habita diligenti deliberatione et consilio et dictis, et ratiocinatis quamplupies, et quam pluribus ad invicem, et inter se pro bono, pace, concordio et modo vivendi amicabiliter insimul firmaverunt ab hinc in antea, et ut de cetero amicitia vigeat, et sit inter partes fructifera ad tales conventiones et pacta unanimiter et concorditer pervenerunt prout hic inferius sententiarunt, et per ordinem declaraverunt, et ea omnia et singula subtus scripta prout iacent de puncto in punctum, ut superius est "expressum et declaratum, . tactis sanctissimis reliquiis beati Joannis confessoris super altare dictae ecclesiae positis et existentibus iuraverunt attendere et observare fraternaliter sine fraude. Quorum pactorum, et quarum conventionum tenor talis cst: In primis promisit et iuravit idem dominus comes Mladinus suo nomine et nominibus supradictis dicto domino, domino Joanni Gradonico stipulanti et recipienti, ut supra scriptum est, dicto domino Danieli Jacobi stipulanti, et recipienti nomine suprascripto, firmam, bonam et veram pacem habere, servare et tenere ab hinc antea fraternaliter sine fraude, et dictae paci non contraiacere vel venire per se vel per alios quoquomodo, et non comittere ipse vel illi, quorum nomine stipulavit, nec comitti faciet aliquod damnum iniuriam vel gravamen alicui civi seu

districtuali civitatis Traguriensis et districtus, et si aliquis civis districtualis vel quilibet dicti domini comitis Mladeni, vel eorum quorum nomine stipulauit ab hodierna die in antea faciet vel committet aliquod damnum, iniuriam vel gravamen alicui civi seu districtuali Traguriensi et districtus, quod ipse dominus comes Mladenus seu illi quorum nomine promisit et iuravit, ut sibi faciat ius et iustitiam dictis damnificatis fideliter et ceieriter sine fraude. Item promisit et iuravit, ut semper via strata seu passus Clissae castri seu a modo in antea erit libera et expedita insuper et aperta absque aliquo datio vel gabella seu extorsione, et aliquo impedimento cuilibet civi, seu districtuali civitatis Traguriensi eundo, stando et redeundo cum mercimoniis, personis et habere, et cuilibet eorum conductori, ac etiam cuilibet alteri persone Traguriensis aplicare volenti, et eius districtum cum personis et rebus, et redeundi seu aplicare volenti de Tragurio et eius districtu ad alias partes quascumque. Idem vero dominus comes Traguriensis nomine quo supra, et dictus dominus Daniel Jacobi sindicario nomine quo supra promiserunt et iuraverunt dicto domino comiti Mladeno stipulanti et recipienti pro se et nominibus suprascriptis suprascriptam bonam, fidelem et veram pacem a modo in antea, et non contrafacere dictae paci, et quod per cives seu districtules Tragurienses seu aliquem eorum non comittere, nec fiet aliquod damnum, iniuria vel gravamen alicui civi seu districtuali eiusdem domini comitis Mladeni seu alicuius eorum, quorum nomine stipulavit et promisit, et si per aliquos, seu aliquem districtualem civitatis Traguriensis a modo in antea factum erit aliquod damnum, iniuria vel gravamen aliquibus seu alicui districtuali eius domini comitis Mladeni, vel eorum quorum nominibus stipulavit per ipsum comitem Traguriensem et suos successores. commune et homines Tragurienses fiet et reddetur ius et iustitia bona fide et celeriter sine fraude. Item, quod quilibet civis comitis Mladeni et eorum quorum nominibus promisit civis et districtualis videbitur et tenebitur in dicta civitate et disfrictu tamquam bonus et fidelis civis et districtualis ciuitatis Traguriensis eundo, stando et redeundo. cum personis rebus, et habere, honoribus et preceptis, ac insuper unionibus civitatis Traguriensis, Spalatensis et Sibenicensis aliis retrofactis unionibus quibuscumque.

Ego Gregorius Mathei Lucii examinator conscius examinaui.

Ego Geruasius de Rainonis de Feltro imperiali auctoritate notarius* cancellarius iuratus dicti domini comitis et civitatis Traguriensis hiis omnibus interfui, et rogatus scripsi et in hanc publicam formam reduxi.

Lucuis Memorie di Trau. 210- — 212.

Feje'r Cod. dipl. Hung. VIII., 6, p. 125.—126.

40.

1333, 7. februara. U Zadru.

Alatija Grubonja daje Petru Radovanovu zemljište u Babmdubu na obradjivanje.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo secundo, indicione prima, die septimo mensis februarii, Jadre. Tempore domini Francisci Danduli incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouanno venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Nicolai Falletro egregii comitis. Ego Matheus condam Grisogoni de Grubogna ciuis Jadre concedo tibi Petro Radouani de villa sancte Marie ad Babindub gognai unum et dimidium terre mee posite ad Babindub ad pastinandum vineam et complendum cum uitibus et arboribus oliuarum et aliis necessariis secundum statuta et consuetudines Jadre usque ad aliam hyemem proxime futuram, sub pena sex yperperorum et de toto, quod exinde prouenerit mihi dare debes quartam partem conductam ad domum meam Jadre anuatim tuis expensis. Item singulis vindemiis mihi dare debes unam galinam et duas placentas; item si dampnum fraudulenter comisseris contra meam racionem, mihi sex yperperos soluere debes pro qualibet vice; de iure autem tuo exinde facies tuum uelle sicut de proprio, iure meo predicto et omni alio secundum consuetudines et statuta Jadre semper saluo. Promittens ego dictus Matheus per me meosque heredes et successores tibi predicto pastinatori tuisque heredibus et successoribus dictam terram cum suis pertinenciis excalumpniare in racione ab omni persona super me et bonis meis Cui terre de austro terra mea, de trauersa terra Andree fratris mei, de quirina terra monasterii sancti Grisogoni et de borea terra mea. Quam pastinacionem Stanoy et Radman fratres et ego predictus Petrus laudo et affirmo omnia et singula predicta et attendere promitto super me et bonis meis. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Michaelis de Zadulinis et Jacobo condam Nicolai de Calcina ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis.)

f Ego Valcina(i) Miche de Matafaro examinator manum missi.

(Signum not.).

Et ego Blasius Michaelis Leonardi Jadrensis iuratus notariusinterfui rogatus, ut audiui, scripsi et roboraui.

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru.

41.

1333, 10. februara. U Zadru.

Luka sm Draškov prodaje fiopu Andngitu vmograd u Bibanu.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo trigessimo secundo, indiccione prima, die decimo intrante mense februarii, Jadre. Temporibus domini Francisci Dandulo incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Nicolai Faletro egregii comitis. Fateor ego Lucas caligarius filius condam Drasci habitator Jadre, quomodo vendo atque transacto tibi Andrigito clerico sancte Anastasie cathedralis ecclesie filio condam Georgii totam vnam meam uineam positam ad Bibanum super terra monasterii sancte Marie monialium de Jadra cum hac condicione apposita, quod tu dictus Andrigitus debeas et tenearis facere perpetuo portare ac sustinere honera et factiones comunis Jadre atque de ipsa vinea predicta et redditu ipsius respondere coram domino comite et eius curia; cui de austro est via publica, de trauersa vinea Dobre relicte Jurgii aurificis, de borea vinea Petri Guscice et de quirina vinea Gurci et vinea heredum Uulete et vinea Peruoslaui; que reddit decimam partem pro terratico hic in Jadra de tina; a modo cum plena uirtute et potestate omnimodam tuam et tuorum heredum et successorum ex ea libere in perpetuum faciendi uoluntatem sine alicuius persone contradicione, saluo semper omni iure dicti monasterii. Precio cuius vendicionis ego dictus Lucas habui et recepi a te dicto Andrigito libras viginti quinque denariorum paruorum, quas michi persoluisti. Vnde cum heredibus et successoribus meis me obligo et promitto tibi dicto Andrigito et tuis heredibus et successoribus dictam vineam excalumpniare et defensare in ratione ab omni homine et persona super me et omnia bona mea presencia et futura, et specialiter super unam meam vineam positam super sanctum Ciprianum super terra heredum Madii de Uaricassis. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Petro fabro condam Stoyci et Radossio fabro condam Bogdoy Jadrensibus.

(Drugi rukopis).

j Ego Nicolaus Madii Galelli iudex examinator examinaui.

Ego Duymus de Spaleto iuratus Jadrensis notarius hiis interfui, rogatus cripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Monog. not.).

Original u gubemialnom arkivu n Zadru, odio satnoslana sv. Dominika. no. 708.

42.

1333, 12. februara. U Višegradu.

Karlo kralj ugarski z hrvatski nalaže bačkom kaptolu, da istrnži da li je Petar sin File kriv kod filijenjenja posjeda Kerestura, kako ga je Ivan Botuš ofitužio.

Karolus dei gracia rex Hungarie fidelibus suis capitulo ecclesie Bachyensis salutem et graciam. Dicit nobis magister Petrus filius Phyle, quod Johannes dictus Bothus in quibusdam conuentibus huiusmodi inquisiciones nequiciose contra ipsum fieri procurasset, quod ipse magister Petrus cum suis complicibus possessionem eiusdem Keresthwr uocatam spoliando destruxisset, ipse uero magister Petrus in facto predicto se penitus inscium asserit, inculpabilem et immunem; super quo fidelitati vestre precipientes mandamus, quatenus cum Martino de Dumbov vel Demetrio filio Blasii altero absente homine nostro vestrum hominem ydoneum pro testimonio transmittatis, qui a comite et iudicibus nobilium et quibuslibet hominibus comitatus de Wolkow sciat et inquirat omnimodam ueritatem super: vtrum idem magister Petrus in dicta possessionaria spoliacione et destruccione sit culpabilis nec ne, et post hec, secundum quod vobis veritas constiterit premissorum, nobis fideliter rescribatis. Datum in Wyssegrad, feria sexta proxima post dominicam exurge, anno domini M°. CCC°. XXX°. tercio.

Iz originalnog prijepisa baćkog kaptola od 30. marca 1333. u kr. ugar. drž. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.580. -~ Stara signalura N. R. A. fasc. 150?. no. 29.

43.

1333, 15. februara. U Sreberniku.

Ban bosanski čini ugovor s Dubrovnikom za Rat i Prevlaku uz godišnji dobitak.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Anno domini millesimo trecentesimo tricesimo tercio, indictione prima, die decimo quinto mensis februarii. Stephanus dei gracia banus Bosne, Sale, Vzore ac dominus generalis tocius terre Chelmie. Si amicos deuotos et seruitores nostros diligimus et eis graciam nostram inpendimus cum amore sicut

expedit immutatam bona singulis ostendentes. Xotum igitur facimus vniuersis tam prcsentibus quam futuris, quod nos inspecta deuocione ac beniuolencia sincera nec non prerelata seruicia, que comune et homines Ragusii ei (!) sui successores nobis et nostris ante[ceJssoribus magnifice prestiterunt et sunt prestituti (!) annuentes (!)[1] domino in futurum, per nos et nostros filios heredes et descendentes ex linea masculina vsque ad finem mundi damus, concedimus et donamus comunitati et hominibus Ragusii amicis predictis et deuotis nostris karissimis totam Puntam Stagni cum Preulaca et omnibus suis pertinenciis supra se et infra se habitis et constitutis, et cum omni iuris accione et iurisdiccione, que modo quolibet ad illas pertinere noscuntur et cum omnibus villis, planis, montanis, siluis, buscis, aquis, bannis, placitis, seruiciis et sanguine in pariter et quiete vsque ad caput Loyste habendas, tenendas, possidendas et vsufragandas (!), et de ipsis perpetuo quodlibet eorum velle faciant tamquam de eorum propria re. Et quod dictum comune et homines Ragusii ipsas Pontam(I), Preulacam murare et fortificare possint et foveam facere a vno mari vsque ad aliud et alibi vbicunque eis videbitur et placuerit intus ad eorum beneplacita uoluntatis. Et si quo tempore ipsa Punta et Preulach (!) seu pars ipsius aut terra seu pertinencia ipsarum intra uel intus murum existencia mole starent uel inquietarent dicto(!) comune Ragusii et hominibus suis in generali uel speciali per aliquam seu aliquos locum, uniuersitus (!) et homines Ragusii, vsque ad finem mundi illam defendere autoritate et disbrigare toto nostro posse. Cuius rei causam (!) nos comune et homines Ragusii cum obligacione omnium bonorum dicti comunis promittimus et nos obligamus eadem domino bano recipienti et stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus et descendentibus ex linea masculina dare et soluere pro tributo et censu dicte Punte et Preulache omni anno in festo beati Blasii vsque ad finem mundi perpcros quingentos in Ragusio, illa in moneta, que tunc temporis habebit cursum in ciuitate Ragusii, tam si ipse dominus banus et eius filii et descendentes ex linea masculina tenerent terram Chelmi quam non, nichilominus habere et recipere debeat omni anno a dicto comuni in festo dicti Blasii supradictos quingentos perperos modo predicto vsque ad finem mundi. Et si accideret, quod ipse dominus banus uel eius filii masculini seu descendentes ex Iinea masculina vellent venire aliquo tempore ad habitandum Ragusii, nos comune et liomiiies Ragusii teneamur eis dare et concedere vnam domum decentem p . . . et calcinas(!)[2] pro sua habitacione, donec staret in Ragusio, sine aliquo •affictu soluendo, promittentes eciam nos et comune et

[1] Ima biti: Prestitituri annuente. [2] Valjda: calcineas.

homines Ragusii non tenere vel receptare in Stagno vel Preulacha siue in ysulis(!) nobis datis et concessis a dicto domino bano aliquem eius nobilem hominem qui fuerit rebcllis uel inobediens eidem domino bano et suis filiis uel descendentibus ex linea masculina vsque ad finem mundi. Que omnia nos Stephanus banus predictus per nos et nostros filios masculinos condescendentes ex linea masculina tenere et non contrafacere uel venire de iure uel de facto aliqua racione uel causa per me uel per meos filios et heredes masculos et successores ex linea masculina usque ad finem mundi iuramus ad sancta dei evangelia et quatuor ewangelistas et XII. apostolos et omnes uirtutes, que sunt in ciuitate Ragusii habere firma et rata omnia suprascripta et non contrafacere uel uenire de iure uel de facto aliqua racione uel causa. In cuius rei testimonium et veritatem euidencie pleniorem presentes scribi fecimus et nostro aureo pendenti munimine roborari. Actum sub Zerebernik, presentibus nobilibus viris Vilano Thehoradich, Radozlao Hlapouich, Milos Vlkazoch, Horuatin Sthepanich, Sthepano Druschich, Tuerthko Anachnouich; pristaldi autem huius rei hii sunt: Diuosius videlicet Tehoradich, Stechko Hlapovich, Mihael de Menche ciuis Ragusinus. Et de predictis omnibus facta et scripta sunt quatuor priuilegia simile vnum alteri, duo scripta in gramatica latina, et alia in sclauonico, de quibus idem dominus banus habet duo, vnum videlicet in latino et aliud in sclauonico, et comune et homines Ragusii similiter habemus alia duo vnum in Iatino aliud in sclauonisco.

Original u đubrovačkom arkivu. — Vrvce crvene ostale a pečai .otpao. — Zbirka saec. XIV.

44.

1333, 15. februara. U Sreberniku.

Stjepan ban bosanski daje Dubrovniku Rat, Ston, Prevlaku i otoke oko Rata.

Вь нaчeтaкь отьцa, и испльнeниe синa и cвeтaгo дyxa. Кa лиeтa рoжacтвa хриcтoвa .АТЛГ. лиeтo, индикциa прьвa, .ЕІ. дaнe нa 8 . . фeвpapa миeсьцa. Ми гocпoдинe Стeфaн, пo милocти бoжнoи бaнe Бocни и Уcopи и Coли и гocпoдинe хoмскoи зeмли, ...и прь . . . и cлoгa нaшa любимo, и ... милocть нaшa дa... cь кoрисню и cь любoвию, кaкo сe дoстoи удрьжaти, кa

скд(кома) кдздге, гако дд знд№ ксдкн сен днн н кд каднше, кон те ноcлне кнтн ДМННБ,. 1Л прт.знрлнге, клдгоколенге скнеднтедг, н много пордкотднге со г.дцише н клдстелк н лгодге дакрокдуцн н нлшнемБ прлроднтелемк н ндмк келе много, н хоте оод|, селе порлкотдтн сд кожгемг. хотненгемк, зд то мн, господнш. кдннк СтефднА, н мон синоке н анауге, н до колше снме моге ккде, до кнекд векомд, ддсмо н длроклсмо до внекд кнекомл к клшннк н к племенито ЛГОДСМБ даЕровдукнемк д пдшнемк дрдзнемЕ пригателемБ ВДСБ РДТВ Н СТОН Н Привлдка н (Отоке, кон са школо Рдтд, н сд СВНСМБ, ЦЈО ее ндходн кнатрл Рдтд н Прт.вллке, н горе н ПЮЛЛІД, дккрлке, лнесБ, трдке, коде, селлд н ксе, ЦЈО іе оодк Нрт.клдке до ЛОНЦЈД, н садкцко н глове н крквн к мнра, дд вада нд шда ВОЛЛНЈ, дд нмдт н дрБже, н дд YHite вса свок) воллго н хотнеше кчко <адћ своге кдцшне, до внекн внекомд, н да ск волнн знддтн зддн, торне, дг-н-еМt. Јсотненге, н прт,копдтн Преклдкк «ДБ морд до морд н ндпрдвлгдтн нд СЕОІО КОАіо н хотненге, н ©ше се (Океtаге господннк БДНЕ Стефдш, сег,е н своге снеме, дко се слауи к ннекоге врт.нме нлн господннк нлн вллстелнш, нлн ГрДЖДДНННЕ НЛН Л(0Д1€, КОН КН ПДКОСТИЛН PhT8 НЛН ПрТ.КЛДЦН, ДД номоже, колнко може ндшд ИКОСТБ. Л ЗД ТО МН 0ЈПКННЛ Н лгодге грддд Давровннкл все докро ©пкено господнна влна Стефлна н неговемк СННОВОМЕ н снменк неговк до внекд СОДБ машке глдве н до згоренга скнетд длгемо зд Приклдка д зд Стош, .€. цдтк первперл до згорешд скиетд <ОДБ тогдзн ДОКНТКД, КО нме ходнтн межда ндмн а Дакрокннцн 8 онои вринме, дко' кднк н неговн сннове н негове снеме машкон глдке, н не вкдк господд хомскон землн, мн (опкннд даврокдукл ддгемо (»нзн докнтдк нд сонзн ддне скетдго Еллсшд .6. ЦДТЕ перкперл, кдко te згорд пнсдно. Н (Otue се (океtаге (оикннд дакрокдукд, дко 8 ннекоге крнеме приде госиодннк ЕЛНБ Стефдш, 8 Дакровннкк нлн неговн сннове нлн негово снеме до згорнешл свнетд машке глдке, дд ма ддмо полдуе знддне прикнкдтн, до кол-и-ем іе стдтн, кезг, ннедногд нлнмл. Н софе се (оветкге сапкннл дакрокдгкд, дд не кримемо 8 Прт,1Јеклпк<; н а СТОНБ н а Ртлк н к оонезн шчже, ке смо кзелн ОЈДБ господннд кднд Стефлнл, негокд влдстелннд, кн вкде немк некердн н

негокем СННОКОМЕ н негокк снменевн до згорешд скнетл. б\ и госноднннк кднк Стефдш, здклннк се к скетоге вожге евлнгелнк н а .Д. евднгелнстд н s .81. дпостолд н к все МОЦЈН скетнз, коге ск к Дккрокннцн, зл мене н зл могехк сннокл н зд мош снеме по машкомк колненк зо згорнени свнетд, ске тон твркдо нмлтн н дркждтн н не поткорнтн до згорнешл скнетд. Н все кнше пнсдно д мн ОКЦЈННД н всн лк)Д1€ дквровдуцн клкнемо се к скето вожге гекдпгелнге н к .Д. екднгелнстн н к .81. дпостолд н а ске свете МОЦЈН, коге са а Дакровннцн, зд ндск н зд нлше сннове н зд нлше (н)дтрджге до згорненк свнетд, все твркдо дд нмдмо н дркжнмо до концд свнетл непомдуно. Н зд то стлвлго га (господннк) ЕЛНЕ Стефднк своrо злдта пеудтк, дд ге веровдпо, свдкн дд знлгет!. н вндн нстннк. & томан са .Д. повелле . . д . . двне лдтннсцн д двн сркпсцне, д ске ск пеудкене злдтнемн пеудтн: Двне стд повелле к госнодннд кднд Стефднд, д двне повелле а ДКЕрОВННЦН. Л ТО Н5 ПИСДНО ПОДЕ грдДОМК П0ДБ СрЕЕрhННКОМЕ. Л тома скедоцн звлнн моленн Внтднк ТнхорлднкЕ Рддослвк Хлдпог.НКh, Унлонп, Влаклснкв, ХрЕвлтннБСтефлннкБ, Стефлш, ДркшункБ, Тврвтко ИВДХННКБ , и зл то дл .Г. пристдве ДНВОШЕ Тнхорлнннк, фнтко Хлдпокнкк, Мнхлнло ИенуетнкЕ даЕрокудннв.

Miklosich Mon. Serb. 105.—107.

45.

1333, 19. februara. U Čazmi.

Kaptol čazmanskujavlja l/anu Mikiću, da je fiozvao na banski sud naznačene mu fto banu plemiće.

Viro magnifico et potenti domino Mykch [ba]no tocius Sclauonie capitulum Chasmensis ecclesie inclinacionem et oraciones in domino proˇeodem. Cum fidely(!) famulatu litteris vestre magnitudinis receptis cum Ladizlao filio Demetri homine vestro Paulu'm sacerdotem capelle beate virginis de Gelekouch, hominem nostrum misimus pro testimonio ad citandos Alexandrum filium Moys, Detricum filiu'ni Dominici, Paulum filium Andree et Jacobum fiiium Andree contra Dominicum. filium Gregorii in vestram presenciam. Qui. homo noster de[nuo] ad nos

rediens nobis dixit, quod homo vester prefatus in presencia et testimonio eiusdem citasset predictos nobiles feria tercia proxima ante festum sancte Scolastice virginis proxime transacta, videlicet Alexandrum antedictum de porcione possessionis s[ue] Cheresneu vocata, et Detricum de sessione sua, quam Jacobus filius Andree sibi contulit cum sorore sua possidendam; item eundem Jacobum similiter de sua sessione ac Paulum supradictum de porcione possessionis sue, quam habet in Hocoua[1]; feriam secundam proximam post dominicam inuocauit proxime affuturam eisdem pro termino assignando coram nobis comparendi. Datum feria sexta proxima ante dominicam iam dictam, anno domini millesimo CCC°XXX° tercio.

Iz vana: Viro magnifico et potenti domino Mykch bano pro Dominico filio Gregorii citatorie.

Original na papiru u knjiznici narodnoga muzeja u Budimpešti: a. 1333. (pridošao g. 1897.)

Na krphi vidi se trag pečata, kojim bijaše listina zatvorena.

46.

1333, 25. februara. U Trogiru.

Suci kurije trogirske dosudjuju, da ljudi iz sela Gusterne i Dobrojce moraju plačati biskupu trogirskomu četvrtinu repe.

In Christi nomine amen. Anno eiusdem natiuitatis domini millesimo trecentesimo trigesimo tercio, indiccione prima, die vigesimo quinto februarii. Regnante domino Karolo serenissimo rege Vngarie, et temporibus illustris domini nostri, domini Francisci Dandollo incliti ducis Venecie, ac venerabilis patris domini Lampredii episcopi, et nobilis et potentis viri domini Johannis Gradenico honorabilis comitis ciuitatis Tragurii, suorumque iudicum dominorum Gregorii Salinguerre, Nicole Simonis, Thomxe Stepi et Marini Cancii. Super questione vertente inter Dessam Johannis Lucii aduocatum curie et aduocatum domini Lampredii dei et apostolice sedis gratia episcopi Traguriensis ex una parte agente, et Gregorium Mathey Lucii aduocatum curie et aduocatum hominum ville Gusterne et ville Dobroyce ex parte altera se deffendente, in eo et super eo, quod dictus Dessa aduocatus nomine quo supra petebat et requirebat, quod dicti homines dictarum villarum deberent dare et soluere dicto domino episcopo quartam partem rapparum

[1] Hotoua?

quarum ipsi homines seminauerunt in terris domini episcopi anno proxime preterito, secundum quod ipsi dant et soluunt quartam partem bladi, et secundum quod de iure soluere tenentur secundum pacta instrumenti pactorum dicti domini episcopi. Et dictus Gregorius aduocatus nomine quo supra dicebat et allegabat, qaod dicti homines dictarum villarum non tenentur soluere dictam quartam partem rapparum dicto domino episcopo, quia nunquam fuerunt consuetudines soluere aliquam partem de rappis. Vnde visis(!), auditis, intellectis et diligenter examinatis ratione, allegatione et iure dictarum parcium et omnia que dicte partes allegare et opponere uoluerunt, dominus comes suaque curia, iudices et consciliarii de octo, exceptum Petrum Gregorii Sussii consciliarium de octo, qui non erat in ciuitate, sentenciauerunt et per diffinitiuam sentenciam dixerunt, quod dicti homines dictarum villarum dent ct soluant prefato domino episcopo quartam partem rapparum, quas anno proxime- preterito seminauerunt, secundum quod extimata erunt per extimatorem; et dati fuerunt extimatores per dictum dominum comitem et curiam: Ciprianum Buble et Nicolam Johannis Starege, qui debeant ire ad extimandum rappas dictarum villarum, que fuerunt in cupis dicti domini episcopi. Actum Tragurii, in communi palatio ad banchum vbi ius reditur pro iure redendo, presentibus Petro Desse Petri et magistro Superantio notario et iurato communis Tragurii testibus rogatis et aliis satis.

(Drugi rukopis).

Ego Nicolaus Casiotti examinator de mandato domini comitis supradicti examinaui.

(Signum not.J

Ego Fredericus condam domini Albcti de Sartoys de Luca impedali auctoritate notarius publicus et nunc communis Tragurii iuratus hiis omnibus interfui, rogatus scripssi (!) et de mandato prefati domini •comitis publicaui.

Original u arkivu kaptola u Trogiru no. 43.

Nalazi se još s drugom tistinom istoga datuma na istoj perganieni />dozgo.

47.

1333, 25. februara. U Trogiru.

Suci kurije tragirske odredjuju, da seljaci sela Ceginin-dul poprave kuću biskupa trogirskoga.

In Christi nomine amen. Anno eiusdem rtatiuitatis millesimo trecentesimo trigesimo tercio, indicione prima, die vigesimo quinto februarii. Regnante domino Karolo serenissimo rege Vngarie, et temporibus illustris domini nostri domini Francissci Dandollo incliti ducis Venecie,. ac venerabilis patris domini Lampredii episcopi, et nobilis et potentis viri domini Johannis Gradenico honorabilis comitis ciuitatis Tragurii suorumque iudicum dominorum Gregorii Salinguerre, Nicole Simonis, Thomae Stepi et Marini Cancii. Sentenciatum est per dominum comitem et curiam, iudices et consciliarios de octo, exceptum Petrum Gregorii Sussii, qui non erat in ciuitate, quod homines ville Cheginin-dub ad omnes eorum expenssas debeant actare uel actari facere domum domini episcopi positum in dicta villa; quam domum Prodanus Michauich dimisisset bene et decenter, secundum quod ipsa erat, quandodictus Prodanus recessit de ea; hinc per totum mensem iullii proxime venturum sub pena quinque librarum venetorum paruorum, quam (!) penam(!) deuenire debeat in dominum episcopum uel infra dictum terminum debeant dicere et denunciare, quis fuit ille uel illi, qui deuastauerunt dictam domum, quod si fecerint predicta, absoluti sint a dicta sentencia. Actum Tragurii, in communi palatio ad banchum ubi ius reditur pro iure redendo, presentibus Petro Desse et magistro Superancio notario iurato comunis Tragurii testibus rogatis et aliis satis.

(Drugi rukopis).

Ego Nicolaus Casiotti examinator de mandato domini comitis supradicti examinaui.

(Signum not.J.

Ego Fredericus condam domini Alberti de Sartoys de Luca inpeperiali auctoritate notarius publicus et nunc communis Tragurii iuratus hiis omnibus interfui, rogatus scripsi et de mandato prefati domini couiitis publicaui.

Ori^inal ɛ1 arkivu kaptota u Trogiru no. 43.
Nalazi se na isloj pergameni s listinom jednakog datuma odozdo..

48.

1333, 2. marta. U Zadru.

Franjo de Ursulino opominje Pavla Galcinju na platei neke svote.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo secundo, indicione prima, die secundo mensis marcii, Jadre. Tempore domini Francisci Danduli incliti ducis Venecie, et domini Johannis de Butouano de Jadra venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Nicolai Faletro egregii comitis. In presencia examinatoris, testium ac mei notarii infrascriptorum, Franciscus condam Marci de Vrsulino, ciuis Jadre, presentauit Paulo de Galcigna, ciui Jadre, ibidem presenti et audienti quoddam instrumentum breuiarii incantus, confectum manu mei Mauri de Cosic>, Jadrensis notarii infrascripti, subanno incarnacionis domini millesimo trecentesimo trigesimo secundo, indictione prima, die quartodecimo mensis februarii, in quo quidem inter cetera continetur, qualiter ad peticionem dicti Francisci de Vrsulino deliuerate (!) fuerunt eidem Paulo due partes commissarie olim Johannis uocati Siloch cuiusdam ligni uocati sanctus Martinus cum diiabus partibus coredorum. spectancium ad ipsum lignum pro libris centum quadraginta una paruorum, cuius reliqua tercia pars est commissarie Johannis Metcafcich et hoc pro exsecucione ćuiusdam curie consulum de libris sexaginta paruorum, pena et expensis iuxta continenciam dicte sentencie, prout in dicto instrumento breuiarii incantus plenius continetur, et presentando cum protestacione ipsum requisiuit et protestando dixit ei, quod infra terciam diem proxime futuram forma statutorum Jadre idem Paulus dare et soluere deberet dicto Francisco predict'as libras sexaginta parudrum et penam quarti et expensas, nomine et occasione quando dicte due partes predicti ligni et suorum coredorum, ut predicitur, fuerunt deliurate, alioquin intendit et uult ipse Franciscus, quare dicturh Paulum et eius bona petere dictas libras sexaginta paruorum et penam et expensas cum pena et penis forma statutorum Jadre suo loco et tempore. Actum est hoc et firmatum coram hiis'uocatis et rogatis testibus, scilicet' Vite de Cerne et Grisogono Frahcisci de Qadolinis, ciuibus Jadre et afiis.

(Drilgi rukopis).

f Ego Paulus de Vitcor examinator manum missi.

Ego Maurus de Cosiga Jadrensis iuratus hotarius interfui, et rogatus. ut audiui, scripsi et roboraui.

(Monog. not.).

Original u guiem. arkivu u Zadru; odio samosiana sv. Nikole no. 147.

49.

1833, 11. marta. (ГJ Djakovu.)

Pred kaptolom bosanskim svjedoči mnogo plemića, da je neki dio imanja Pachey djedovina Stjepana Dionizijeva.

Nos capitulum ecclesie Boznensis damus pro memoria, quod cum secundum continenciam literarum comitis Pauli iudicis curie domini regis magister St[ephanus] filius Dyonisii contra Elyam filium Johannis de Syrimia in[1] die medii quadragesime testimonium producere debuisset coram nobis super eo, vt possessionaria porcio in possessione Pachey, quam predictus Elyas possideret, sua sit hereditaria; ipso itaque die medii quadragesime adueniente Symon de Telekus pro eodem domino suo, magistro videlicet Stephano cum literis procuratoriis[8] sancti Mychaelis archangeli de Castro ferreo ad nostram accedendo presenciam, ipsum testimonium nomine et uerbo eiusdem magistri Stephani domini sui, presente Thoma filio Ipoliti fratre eiusdem Elye patrueli pro eodem Elya personaliter comparente, produxit in hunc modum, quod primi tres prolocutores, Dyonisius scilicet de Bela, Dominicus filius Petri de Sumug et Petrus dictus Zel de Syrimia cum ceteris nobilibus infrascriptis ad nostram accedentes presenciam, ex quibus tribus prolocutoribus idem Dyonisius de Bela in nostri presencia astando dixit eo modo, vt ipsa possessionaria porcio, quam Elyas filius Johannis in possessione Pachey vocata possideret, ipsa possessionaria porcio magistri Stephani filii Dyonisii esset hereditaria; item idem Dominicus filius Petri[3] dixit eo modo, vt ipsa possessionaria porcio, quam Elyas filius Johannis in possessione Pachey uocata possideret, ipsa possessionaria porcio magistri Stephani filii Dyonisii esset hereditaria; item idem Petrus dictus Zel dixit eo modo, vt ipsa possessionaria porcio, quam Elyas filius Johannis possideret, ipsa possessionaria porcio esset magistri Stephani filii Dyonisii hereditaria; item Dyonisius filius Hozug, Nicolaus filius Petri, Finta filius Benedicti*, Paulus filius Nicolai, Andreas et Johannes filii Gregorii, Georgius filius Petri, Martinus filius Zentus, Dyonisius filius Demetrii, Adrianus filius Pauii, Vida filius Thome et JaGobus filius Ine nobiles de Hferjman; item Demetrius et Valentinus de Kese; item Johannes dictus Feldes, Johannes filius Mathe et Lewkus

[1] Ovaj datum umetnut iznad linije.
[2] Očito ispušteno: conventus.
[s] Iznad Iinije.
[4] Slijedi precrtano: Nicolaus.

filius Martini nobiles de Ponyth; item Bartolomeus filius Heym de Nazad; item Dominicus, Sebastianus et Iwanka de Gamanyas, Nicoiaus de Munuhy; item Fabianus, Nicoiaus et Gregorius nobiles de Wruzy; item Dama et Gregorius de Zumbor, Jacobus filius Serephei, Paulus filius Johannis, Petrus filius Puruzio, Georgius filius Demetrii de Palagar, Martinus de Werey; item Demetrius filius Johannis et Georgius filius Vitalus de Zumbur; item Johannes filius Jacobi de Sumug; item Petrus fiiius Stephani de Chazma, Nicolaus filius Thome de Hferjman; item Thomas et Petrus filii[1] Jacobi[1] nobiles de Bancha, ac Georgius filius Stephani[3] Nitriensis;[1] item Stephanus filius Mathie de genere Zabo, Philippus et Petew filii Jacobi nobiles de Barana cum ducentis minus decem communibus hominibus pari et communi voce ipsam possessionariam porcionem, quam idem Elyas filius Johannis in possessione Pachey uocata possideret, ipsius magistri Stephani filii Dyonisii esse hereditariam alta voce proclamarunt. Datum in crastino diey productionis testimonii, anno domini MCCCXXX[0] tercio.

Original u narodnom mtczeju u Budimpešti: arkiv barona Baiase.
Na hrptu vidi se trag okrugla pritisnuta pečata. — Biljes'ka istom rukom: »Pro magistro Stephano filio Dyonisii contra Elyam filium Johannis super producto testimonio et ad octauas beati Georgii martiris ad iudicem«.
Vjesnik kr. zem. arkiva. VIII. 165—167.

50.

1333, 21. marta. U Zagrebu.

Pred zagrebačkim kaptolom očituje Ivan prepošt bački, daje za djecu svoga pokojnoga brata za imanje Toplicu kod sv. Gfurgja preuzeo skrbništvo.

Capitulum Zagrabiensis ecclesie vniuersis presencium noticiam habituris salutem in domino sempiternam. Honorabilis vir dominus Johannes Bachiensis ecclesie prepositus pro se et pro suis ex fratre suo nepotibus procreatis et aliis coram nobis personaliter constitutus asseruit, quod cum Petro fratre suo de hac luce subtracto pauci iam remansissent de sua generacione, qui gubernare valerent sua et suorum nepotum predictorum iura specialiter in possessione Thoplica apud sanctum Georgium,

[1] Iznad linije.
[2] Slijedi precrtano: de.

idcirco volens sibi et eisdem suis nepotibus futuro tempore utiliter prouidere, omnes possessiones et iura quecunque alia ac bona tam in Thoplica quam alias ipsum et prefatos suos nepotes contingentes, suo et eorundem suorum nepotum nomine communicauit ad plenum et ex nunc communes esse voluit, prehabita deliberacione sufficienti cum honorabili viro domino Johanne archidiacono de Guerche suo consanguineo et proximo, per cuius industriam sperabat firmiter posse se et sepedictos nepotes suos proficere tam in conseruandis illis possessionibus quam eciam aliis quibuscunque, saluis semper porcionibus et iuribus, quas ipse Johannes archidiaconus et sui nepotes iuxta assercionem eciam dicti prepositi m predicta possessione Thoplica iure hereditario et alio quocunque noscuntur habere. In cuius rei memoriam presentes eidem domino Johanni preposito concessimus litteras sigilli nostri munimine robor^tas. Datum; in festo beati Benedicti abbatis, anno domini millesimo CCC°XXX° tercio.

Original u kr. ugar. drždv. arkivu ti Budimpešti: M. O. D. L. no. 34.371. — Stara signatura: Acta clatistri Paul. .Lepoglavensis fasc. I. no. 1.

Na hrptu lisline vidi se trag pritisnuta pečata.

51.

1333,* 22. marta. U Zadru.

Samostan sv. Demetrija u Zadru daje u najam Matiji Domkovu s otoka Pašmana svoje solane.

In Christi nomine-arrien. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo šecundo, indictione prima, die vigesimo secundo mensis marcii, Jadre. Tempore domini Francisci Danduli incliti ducis Venecie, et domini Johanne do Butouano olim Jadrensis archiepiscopo defuncto vacante Jadrerisi archiepiscopatu, ac domini Nicolai Falletro egregii comitis. Domina soror Gratia priorissa monasterii sancti Demetrii de Jadra cum ceteris sororibus dicti monasterii et de uoluntate nobilis viri Michaelis Jacobi de Zadulinis aduocatoris ipsius monasterif affictarunt Matheo Domchou[1] de Pestimano omnes salinas dicti monasterii cum presalia apud ipsas salinas, quam presaliam dictus Matheus fecit

* Za god. 1332. jest indikcija XV.; ovdje se mora uzeti početak godine od 25. marta. • ". ʳ

[1] Ima i kratieu, koja je valjda suvišna.

nomine dicti monasterii positam in Pestimano ad Iaborandum et tenendum usque ad annos viginti quinque proxime futuros; et de toto quod exinde prouenerit tres partes debet dare dicto monasterio annuatim et sibi reliquas duas retinere. Promittentes predicte domina priorissa cum ceteris sororibus predictis per se suosque successores dicto Matheo suisque heredibus et successoribus dictas salinas cum dicta presalia et cum aliis suis pertinenciis excalumpniare in ratione ab omni persona super bonis dicti monasterii pressentibus et futuris. Quibus salinis et presalie de borea sunt saline heredum Jarssfe] Danduli, de trauersa mare, de austro terra Francissci de Bogde et de quirina terra dicti monasterii. Et predictus Matheus laudauit et affirmauit omnia et singula predicta: Actum est hoe et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Micha de Bogde de Cande et Johanne de Miligosto ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Velcina Miche de Matafaro examinator manum missi.

(Signum notarii).

Et ego Blasius Michaelis Leonardi Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo consueto signaui..

Original u gubemijalnom arkivu u Zadrii. odio samostana rogovskog 110. 57; " '

52.

1333, 25. marta. **U Zadru.**

Deša udova Dminka de Stella prodaje svoju kuću brijaču Stefanelu.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo.tertio, indictione prima, die vigesimo quinto mensis marcii, Jadre. Temporibus domini Francisci Dandnli incliti ducis Venecie, et vacante archiepiscopatu Jadrensi archiepiscopo, ac domini Nicolai Falletro egregii comitis. Ego Dessa uxor olim Dmincii de Stella, Jadratina, de uoluntate et consensu Petri et Qoilli filiorum meorum ibidem presencium do, uendo et transacto tibi Stephanello barberio, filio naturali Nicolai de StumuIIo, ciui Jadre, totam domum meam partim muratam cuppis cohopertam cum omnibus suis habitaculis, iuribus, habenciis, proprietatibus, accessibus et egressibus ac pertinenciis, positam Jadre; in confinio ecclesie sancti Vigilii cui tales dixit esse confmes: De trauersa est curia Luce Berualdi, de austro possidet Chualcius caligarus,

de quirina est locus dicte ecclesie, de borea est partim locus dicte ecclesie et partim est domus Chrinchi zuppari et partim est ambitus huius domus, quam tibi uendo, et domorum conuicinorum (!) positarum in curia ubi predicta domus uendita est situata, ut deinceps possis tu dictus Stephanellus per te tuosque heredes et successores ex ipsa domo confinata et omnibus predictis suis iuribus, habitaculis, habenciis, proprietatibus superioribus, inferioribus et exterioribus, accessibus et egressibus et pertinenciis facere omnem tuam voluntatem, utilitatem, comodum et profectum sicut de re tua propria, absque alicuius contradictione. Precio cuius vendicionis ego predicta Dessa recepi et habui a te dicto Stephanelo libras centum et viginti denariorum uenetorum paruorum, et hoc im pronta(i) et numerata pecunia. Vnde ;per nos nostrosque heredes et successores obligamus nos predicta Dessa et predicti Petrus et (Joillus de uoluntate predicte Desse matris nostre, ipsa presente et conseniente, tibi predicto Stephanello iuisque heredibus et successoribus predictam domum cum omnibus et singulis suis habenciis et pertinenciis excalumpniare et deffensare in racione ab omni persona et personis super nos et bonis nostris omnibus presentibus et futuris, et super alterum seu alteros nostrum ad quem seu quos te volueris tenere in solidum, et per te ab vno uel pluribus nostrum exinde asumpta a reliquo seu reliquis aliam possfessionem] reasumere, et e conuerso reiterando quociens volueris quousque de predicta excalumpniatione tibi fuerit effectualiter satisfactum, omni nostra et alterius nostrum deffensione et allegacione postposita et remota et nullo pretermisso tibi obstante. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Damiano condam Marini Stumulli et Micha olim Damiani de Miligosto et Bono sartore condam Johannis Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Nicolaus de Vitcor examinator manum misi.

Ego Marinus Simonis de Saracho imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus interfui rogatus, ut audiui, scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole no. 150.

53.

1333, 30. marta. U Baču.

Kaptol bački javlja kralju Karlu, da j'e Petar sm File neđužan kod plijenjenja Kerestura.

Excellentissimo domino eorum Karolo dei gracia illustri regi Hungarie capitulum ecclesie Bachyensis oraciones in domino debitas et deuotas. Litteras vestre regie excellencie honore quo decuit recepimus sub hac forma: *(Slijedi nalog kralja Karla od 12. februara 1333. upravtjen na kaptol bački.)* Nos igitur mandatis et preceptis vestre regie mayestatis satisfacere uolentes, ut tenemur, vnacum predicto Demetrio filio Blasii homine vestro, nostrum misimus hominem, videlicet Andream clericum chori nostri ad premissa exsequenda ydoneum (!) pro testimonio fidedignum, qui deinde ad nos reuersy(!) nobis concorditer retulerunt, quod cum idem homo vester sub testimonio eiusdem hominis nostri comitem, iudices nobilium et nobiles vniuersos comitatus de Volkow feria[1] quinta proxima post dominicafmj iudica in loco ipsorum iudiciali in congregacione eorum generali existente, et alios quoslibet comunes homines in locis debitis quibus decuisset, super eo vtrum predictus magister Petrus filius Phyle in premissa possessionaria spoiiacione et destruccione possessionis eiusdem Johannis dicti Bothus Keresthwr uocate prescripte sit penitus inculpabilis et immunis ac inscius nec ne. diiigenter inquisiuisset, qui quidem comes, iudices nobilium et nobiles ac alii communes homines in eodem comitatu de Volkow, facta et audita insa inquisicione communiter vna uoce ipsa possessionaria spoliacione et destruccidne possessionis eiusdem Johannis dicti Bothus Keresthwr nuncupate eundem magistrum filium Phyle penitus et per omnia modis omnibus inculpabilem, eidem homini uestro presente eodem nostro testimonio asseruissent immunem et innoxium affirmassent Datum feria tercia proxima post dominicam domine ne longe, anno prenotato.

Na hrptu: Domino regi pro magistro Petro filio Phyle contra Johannem dictum Bothus super inquisicione relatorie.

Original u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.580. — Stara sign. N. R. A. fasc. 1507. no. 29.

Na hrptu listine vidi se vezica i trag pečata, kojim bij'aše listina zatvorena.

[1] Siijedi prekriženo »sexta«.

54.

1333, 6. aprila. U Zadru.

Stana udova Lampredija de Civalelis pravi svoju oporuku.

Hoc est exemplum cuiusdam testamenti, cuius tenor sequitur sub hac forma:

In dei nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo tercio, indicione prima, die sexto mensis aprilis, Jadre. Tempore domini Francisci Dandulo incliti ducis Venecie, et domini Nicolai Faletro honorabilis comitis, Jadrensi archiepiscopatu vacante. Domina Stana relicta Lampredii de Ciualellis egra corpore, sana tamen per gratiam Jesu Christi mente, intellectu, memoria atque sensu, per presens nuncupatum, testamentum bonorum suorum disposicionem fecit in hunc modum: In quo quidem ordinauit et constituit suos fidei commissarios specialiter et tantum ad infrascripta pro anima ipsius facienda et exercenda dominam Probam vxorem condam Iohannis de Ziualellis sororem suam, Andream de Sloradis et Nicolaum de Victore ciues Jadrenses. In primis quidem voluit, quod dicti comissarii sui exigant et recipiant a Cosa fratre suo libras octingentas paruorum sibi relictas a Bartholomeo de Saladino patre dicti Cose et dicte domine Stane in ipsius testamento, de quibus libris octingentis dicti commissarii debeant dispensare pro anima dicte domine Stane et dicti eius patris libras trecentas paruorum in hunc.modum: Videlicet libras centum pro missis cantandis, secundum quod ipsa commisit dicte domine Pribe; item libras quinquaginta paruorum diuidendas inter moniales monasterii sancti Nicolai, monasterii sancte Marie et monasterii sancti Demetrii pro centum psalteriis cantandis, videlicet pro quolibet psalterio grossos quatuor; reliquas uero libras centum quinquaginta paruorum dimisit et ordinauit pro pauperibus induendis maxime verecundis, prout dictis commissariis suis videbitur secundum deum; item reliquid(l) dictis Andree de Sloradis et Nicolao de Victore eius commissariis in premium eorum libras centum paruorum diuidendas inter eos equaliter, rexiduas(!) vero libras quadringentas reliquid dicte domine Pribe eius sorori ad gaudendum, dispenssandum et distribuendum prout sibi secrete comisit, onerans ipsius conscienciam et animam, ut de ipsis faciat quid sibi commisit; item reliquid dicte domine Pribe eius sorori villam suam de Trececi, qiie est sortes sex ad tenendum et vsufructuandum in vita sua, post uero obitum suum uel in uita sua, si eam vendere voluerit, • voluit et ordinauit, quod vendatur, et si Saladinus filius Cose voluerit eam emere

voluit, quod vendatur ac pro libris ducentis minus et precio quod ab aliis poterit haberi et de precio eius voluit, quod expendatur per suos comissarios in fabrica uel in aliquo ornamento monasterii sancti Grisogoni pro anima et memoria anime dicti olim Lampredii eius mariti libre ducente, prout eis videbitur; item libras centum pro fabrica ecclesie sancti Stephani de Jadra; item trecentas dandas per dictam dominam Pribam vbi eidem secrete comisit; rexiduum(l) uero dicti precii diuidatur et dispensetur pro ipsius domine Stane et dicti olim domini Lampredii anima, prout dicta domina Priba voluerit ordinare et dispensare ita, quod dicla domina Priba debeat et teneatur dare dimidietatem fructuum dicte ville, donec eam vsufructuare voluerit pro ipsius anima vbi et sicut eidem scerete commisit; item reliquid dicte domine Pribe suum gardinum positum ad Caualaita cum hoc onere, quod ipsa annuatim debeat facere fratribus Predicatoribus, apud quorum ecclesiam sibi eligit sepulturam, anniuersare et prandium et post ipsius obitum faciat de ipso vt ei comisit; item voluit et ordinauit, quod vinea sua posita in territorio None vendatur et de precio eius voluit, quod compleantur paramenta, que habet dispensanda et danda per ipsam dominam Pribam [prout] et quibus sibi commisit; item reliquid dicte domine Pribe eius sorori ad vtendum et fruendum in uita sua derrum suum positum ad sanctum Johannem, post obitum uero suum voluit, quod ipsa domina Priba debeat ipsam terram siue derrum ordinare prout eius fidei commisit. In omnibus uero reliquis bonis suis mobilibus et immobilibus, iuribus et actionibus instituit sibi heredem dictam dominam Pribam. Quibus comissariis suis dedit auctoritatem et potestatem in predictis et c rca predicta et quodlibet predictorum in iudicio et extra agendi et gerendi, que quilibet veri et legiptimi commissarii facere posunt. Et hanc voluit esse suam vltimam voluntatem, quam valere uoluit iure testamenti, et si iure testamenti non valeret, voluit eam valere iure eodicilorum uel iure cuiuscumque vltime voluntatis; et predicta omnia et singula obseruari et adimpleri voluit a quolibet eius successore. Acta sunt hec et firmata et per dictam testatricem approbata coram Cresio Cresti de Grubogna et Paulo de Perlombardo ciuibus Jadrentibus testibus rogatis et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Paulus de Galcigna procurator comunis Jadre manum meam missi.

(Signum not.)

Et ego Alexander condam Vgolini de Stella publicus ciuitatiš Jadre notarius rogatus scripsi et publicaui et meo signo et nomine roboraui.

f Ego Vitus Grisogoni de Zadulinis iudex examinator, quia hoc exemplum de suo autenticho concordare inveni et manum missi.

f Ego Stephanus condam Miche de Scppe iudex examinator, quia hoc exemplum de suo autenticho concordare inveni et me subscripsi.

(Signum not.j

Ego Coradus condam Rangerii de Padua imperiali auctoritate notarius Jadre ad ciuillia cancellarius supradictum testamentum siue exemplum testamenti ad suum autenticum scriptum per Alexandrum notarium supradictum cum supradictis ser Vito de Zadulinis et ser Stefano de Sope iudice examinatore et infrascripto Isuardo notario fideliter ascultavi, et quia utrumque concordare inueni me subscripsi.

("Signum not.)

Et ego Isuardus condam domini Romanati de Padua imperiah auctoritate notarius et notarius iuratus ad criminallia Jadre supradictum exemptum ad suum auctenticum (!) scriptum per Alexandrum notarium supradictum cum supradictis dominis iudicibus examinatoribus et Conrado notario de litera ascultaui, et quia utrumque concordare inueni, me subscripsi.

(Signum not.).

Ego Bartholomeus Andree de Padua imperiali auctoritate et nunc comunis Jadre iuratus notarius prout inueni nil addens uel minuens preter forte puntum(I) quod sentenciam mutet uel intellectum variet fideliter exemplaui.

Original u gubernial. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Dominika no. 704.

55.

1333, 13. aprila. U Zagrebu.

Fred kaptolom zagrebačkim prodaju vlasnici svoj posjed Koznicu.

Capitulum ecclesie Zagrabiensis omnibus Christi fidelibus presens seriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod Iwan filius Dazlau, Raden filius Obrad, Barnabas filius Jaxa, Maren filius Martini et Gregorius filius Andree, Thomas filius Chepani ex vna parte, ex altera autem Chernk filius Pause coram nobis personaliter constituti, idem Iwan, Raden, Barnabas, Maren Gregorius et Thomas possessionem eorum Coznicham vocatam vltra Zauam inter possessiones Marco filii Ladizlai, Nicolay filii Arlandi iobagionum de Selyn, Mykech filii Micus existentem, de consensu et voluntate eorundem commetaneorum suorum, dixerunt et confessi sunt se vendidisse, tradidisse et assignasse cum omnibus vtilitatibus suis, videlicet siluis, fenetis, pratis ac aliis omnibus ad eandem spectantibus, antedicto Chernk et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo possidendam, tenendam pariter et habendam, pro triginta et duabus marcis denariorum monete Zagrabiensis plene ab eodem habitis et receptis, vt dixerunt. Mete autem ipsius possessionis, sicut nobis Gregorius sacerdos ecclesie beati Georgii de Odra, quem ad reambulandum eandem transmisimus, ad nos rediens in scriptis attulit, hoc ordine distinguntur: Prima meta incipit in fluuio Cozniche vocato, vbi est arbor thopol, ab hinc vadit per eandem Choznicham (!) et exit in magnum Budesen, per eundem vadit ad orientem et peruenit ad Prezekam et per eandem vadit supra, peruenit ad fluuium Ribnicha, et per eandem vadit supra et exit ad Letuenam, et per eandem vadit supra, peruenit ad Ocruglichret, per eandem vadit ad Breztouam Mlacam, vbi est arbor hrazt cruce signata, inde vadit per eandem Breztouam Mlacam et cadit ad fluuium Zaue, et per eandem Zauam vadit supra, exit ad Obonin, per eundem vadit vsque arborem hrazt cruce signatam, inde vadit ad Jalseu Chreth, inde vero ad Boznicham et per eandem vadit et cadit ad Coznicham, per eandem vadit, peruenit ad priorem metam ibique terminantur. In cuius rei memoriam presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum feria tercia post octauas resurreccionis domini, anno domini millesimo trecentesimo tricesimo tercio.

Iz prijepisa kapto/.г zagrebačkoga od 29. juna 1550.
U arkivu plem. iuropoljske općine.
Laszowski Spom. Tiirop. I. 49.

56.

1333, 19. aprila. U Zadru.

Alaripa udova Mihajla Rose de Scolatura i sinovi njezini zamjenjuj'u solane i kuću svoju na Pa^u za solane Marij'e udove Bogdine i njenih sinova.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millestmo trecentesimo tricesimo [tercio], indicione prima, die decimo nono mensis aprilis, Jadre. Tempore domini Francisci Danduli incliti ducis Venecie,

et domino Johanna de Butouano olim Jadrensi archiepiscopo defuncto, vacante archiepiscopatu Jadre, ac domini Nicolai Faletro egregii comitis. Domina Maria relicta Michaelis Rose de Scolatura, Philippus et Petrus fratres, filii condam dicti Michaelis de uoluntate dicte domine Marie matris sue, ciues Jadre, permutarunt et tradiderunt domine Marie relicte Jacobi de Bogde, Laurencio et Petro fratribus, filiis condam dicti Jacobi, ciuibus Jadre, infrascripta bona cum suis pertinenciis: In primis videlicet salinas octo positas in valle Pagi in loco vocato Studeno; quibus de austro est potoch conuicinalis, de quirina partim saline Premunde et partim saline Bogdani Schaibig et partim saline heredum Stipchi, de borea sunt saline archipresbiteri Pagensis et sociorum eius, et de trauersa terra Marci Radosteni; item murale positum in Pago, cui de borea et de quirina est via publica, de trauersa domus archiepiscopatus Jadre, de austro domus Dragogne Schitchouig mediante androna; item aliam (!) murale positum in Pago, cui de borea est mare, de trauersa locus heredum Subini Plistig, de austro domus Grisogoni de Gramaco mediante androna, de quirina est partim domus Discici Ambrosig et partim. via conuicinalis, que bona fuerunt deliberata dicto Philippo ad incantum publico instrumento scripto per me notarium infrascriptum sub anno domini milesimo trecentesimo trigesimo secundo, indicione quinta decima, die vigesimo primo mensis aprilis; ad habendum et quicquid sibi deinceps placuerit perpetuo faciendum sicut de suo proprio; et hoc pro salinis octo cum suis pertinenciis et-iuribus positis in Pago, quibus de austro, trauersa • et quirina sunt saline dictorum heredum Mathei Rose et de borea est pothoch. Quas octo salinas cum suis pertinenciis et iuribus et finibus dicti vxor et filii Jacobi de Bogde dictis uxori et filiis Michaelis Rose permutauerunt, tradiderunt eodem modo in concambium ad habendum et quicquid sibi deinceps placuerit perpetuo faciendum sicut de suo proprio. Promittentes per se suosque heredes et successores dictas res permutatas ad inuicem excalumpniare in racione ab omni persona super se et bonis suis omnibus presentibus et futuris. Et quia dictus Petrus filius dicti olim Jacobi non st adhuc etatis legitime, predicta domina Maria mater sua promisit super se et bonis in predictis pro dicto filio suo de ratihabiciorie. Super quibus ad predictorum cautelam et pleniorem euidenciam facta sunt duo consimilia publica instrumenta, unum videlicet dictis uxori et filiis Michaelis Rose, et unum dictis uxori et filiis Jacobi de Bogde. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Martinussio de Butouano et Coillo de Fera ciuibus Jadre et aliis. ~

(Drugi rukopis).

f Ego Valcina Miche de Matafaro examinator manum misi.

(Signum not.J

Et ego Blasius Michaelis Leonardi Jadrensis iuratus notarius interfui rogatus, ut audiui, scripsi et roboraui.

Originai ti arkivu samoslana sv. Marije 71 '/.adru.

57.

1333, 29. aprila. U Koprivnici.

Mikić ban oslobadja Zagrepčane od fodavanja lucri camerae.

Nos Mykch tocius Sclauonie banus memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis. Quoniam ea, que geruntur in tempore, ne in posterum diffluant cum tempore et labantur, ad cautelam scripti solent patrocinio perempnari. Hinc est, quod postquam volente domino celi, cunctorum conditore, ex dileccione serenissimi principis domini Karoli dei gracia incliti regis Hungarie, domini nostri naturalis, in banatum Sclauonie mansuri intravimus, continuis nostris inquisicionibus et investigacionibus agnovimus, ut cives de monte Grecensi, universaliter et singulariter de ipsorum bonis et rebus quibuslibet lucrum camere seu aliquid pro. lucro camere comitibus ipsarum vel eorum officialibus pro tempore constituendis, nullis temporum curriculis, in nullo locorum in terminis regni Hungarie et Sclauonie existencium habitaculo dedissent et solvissent, nec enim nos nostris in temporibus eosdem cives Grecenses vel quemlibet eorum ad solvendum ipsum lucrum camere nostre comitibus earumdem vel ipsorum officialibus aut aliquid pro eodem lucro dandum et tribuendum duximus coercendos; sed ut in posterum per nostros successores vel eorum officiales memorati cives Grecenses universaliter et singulariter in facto ipsius lucri camere in terminis regni Sclauonie in quolibet non possint in ipsorum rebus et bonis aliqualiter lacerari et condempnari, pro eo commisimus, quod prenominati cives Grecenses universaliter et singulariter cum bonis et rebus eorum mercimonialibus universis in facto ipsius lucri camere sint liberi penitus et exempti iugiter et in evum, locorum quolibet habitaculo in terminis regni Sclauonie situatorum. In cuius rei testimonium uberiorem ad cautelam presentes concessimus litteras nostras pendentis sigilli nostri munimine roboratas. Datum in

Koproncha, quinta feria proxima post festum beati Georgii martiris, anno ab incarnacione domini MCCC. tricesimo tercio.

Original u arkivu grada Zagreba. Vrvce crveno-ze/ene postoje, pečnt otpao.
Tkalčić Mon. civ. Zagr. I. 140.

58.

1383, 10. maja. U Dubrovniku.

Općina dubrovačka prima pismo kralja srpskoga 'Sfj'epana (Dušdha) gdje moli. da mu se za Stonski Rat dade predujam.

Accedens die X. madii Nicola filius quondam Marchi in presentia nobilis et potentis viri domini Marchi Justiniani honorabilis comitis Ragusii et sui minoris consilii sono campane more solito congregati presentavit et exhibuit eidem quasdam litteras serenissimi domini, domini Stephani dei gracia dignissimi regis Raxie bullatas suo sigillo secreto, in fine quarurn licterarum erant scripte certe lictere rubee, et continebatur in eis inter cetera, quod verbis eidem domino comiti 'et comuni Ragusii referendis per dictum Nicolam ex parte ipsius domini regis tamquam de suo proprio ore prolatis crederetur. Quibus licteris reverenter receptis per dictos dominum comitem et suum paruum consilium et intellectis, tenore ipsarum ipse Nicola multis precibus et rogaminibus ex parte ipsius domini regis deprecauit eosdem dominum comitem et suum paiuum consilium, quod si diligebant regiam maiestatem, placeret eis de gracia speciali sibi tradere et mittere nomine ipsius domini regis yperperos duo milia quingentos quadraginta de illa quantitate pecunie, quam comune Ragusi eidem domino regi dare tenetur ex dono pro facto Punte in festo sancti Petri proximi, quamvis terminus solutionis non sit, ex quibus vult soluere sex equos ipsius domini regis missos sibi Ragus'um per dominum comitem Gregorium de Coriach. Qui dominus comes cum suo minori consilio moti suplicationibus eis pro parte ipsius domini regis factis per dominum Nicolam, affectuantes omnia ipsa facere que eidem domino regi debeant complacere et sint grata quamvis terminus solutionis non sit et hoc iaciant cum multo grauamine comunis, dederunt et tradiderunt et miserunt nomine comunis Ragusii eidem Nicolao recipienti et scripto nomine et comite ipsius domini regis predictos yperperos duo milia quingentos quadraginta Junius de Voicasso et funius de Luccaro et quilibet eorum in sollidum cum obligatione

omnium eorum et cuiusquam eorum bonorum promiserunt et se obligauerunt eidem domino comiti et suo minori consilio recipere, ut supra vice et nomine comunis Ragusii facere et procurare. . . . quod predictus dominus rex habebit ratam et firmam dictam solutionem, et quod predictos yperperos duo milia quingentos quadraginta computabit in solutione dictbrum VIII. miliorum[1] yperperorum et de hoc faciat comun; Ragusii unam apoveliam sigillatam suo sigiho proprio hic ad festum sancti Petri proximi, quod si non fecerint in dicto termino, ut supra dictum est, teneantur et debeant reddere et refacere eidem domino comiti et suo minori consilio recipienti nomine et vice comunis Ragusii vperperos duo milia quingentos quadraginta in festo sancti Petri proximi sine inducio et questione aliqua.

Diversa cancellariae g. 1334. u dubrovačkom arkivu.
Pucić Spom. srp. II. br. 9, 9—10.

59.

1333, 12. maja. (U Zagrebu.)

Sinovi Blaževi daruj'u svoj' vinograd na Griču svom rodj'aku županu Pavlu.

Nos comes Dionisius et quatuor iudices nobilium, uidelicet Mirozlaus, Martinus et Petrus filius Blasii damus pro memoria significantes tenore presencium quibus expedit universis, quod accedentes in nostri presenciam Lucas et Paulus filii Heidrici de Thuria, confessi sunt coram nobis dedisse et contulisse quandam vineam ipsorum. hereditariam iacentem in monte Grech, que fuit quondam vinea Prihod, Paulo comiti terrestri, filio Daach, cognato ipsorum, propter consanguinietatem, tam sibi quam suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo possidendam et habendam. In cuius rei testimonium atque certitudinem sigillorum nostrorum[2] duximus presentes roboratas. Datum in vigilia ascensionis domini, anno domini millesimo CCC. tricesimo tercio.

Ori^inal u arkivu iugoslavenske akadeiuij'e. — Vrvce ctveno-biiele s peeatom.
Tkalčić Mon. civ. Zagrab. I. 140.—141.

[1] Pisac pogrešno napisao **VII.**
[2] Očito manjka: »munimine«,

60.

1333, 25. maja. U Zadru.

Laurencije prior bolnice sv. Martina i sestra mu Marija prodafu svoju kuču u Zadru Dragoslavu Močibobu.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo tercio, indictione prima, die vigesimo quinto mensis maii, Jadre. Tempore domini Francisci Danduli incliti ducis Venecie, et domino Johanne de Butouano olim Jadrensi archiepiscopo defuncto vacante archiepiscopatu Jadre, ac domini Nicolai de Falletro egregii comitis. Nos presbiter Laurencius prior hospitalis sancti Martini ante portas Jadre, et Maria, frater et soror ad inuicem, filii condam Brathochne, Jadrenses, uendimus tibi Dragoslauo condam Mocibobbi duornico Nicolai Galelli ad Bibanum totam unam domum nostram patrimonialem, amuratam cuppis chopertam cum quoquina totaque curia sua, positam Jadre in confinio sancti Georgii, ad habendum et quicquid tibi deinceps placuerit perpetuo faciendum sicut de tuo proprio, cum omnibus suis pertinenciis et iufribus], que habet supra se, infra se et integre infra et intra se pro precio libr[arum] centum uiginti denariorum paruorum, quod pretium a te integre recepimus. . . . ., . . promittimus nos predicti uenditores per nos nostrosque heredes et suc[cessores]. . . . . Dragoslaus tuisque heredibus et successoribus dictam domum cum sua quoqfuina], [curia et] suis pertinenciis excalumpniare in *-atione ab omni persona super nos et bonis [nostris omnibus] preseatibus et futuris. De qua excalumpniacione possis te tenere ad quem nostrum. . . . . .. in solidum sicut et quociens uolueris reiterando. Cui domui, quoquine et cfurie] de austro est via publica et partim locus Galcii mercatoris mediante muro comunali, de quirina domus Galcii marinari siue Prodane uxoris sue, de borea domus Radouani zappatoris et partim domus Mare de Pestrice, et de trauersa est domus dicti Galcii mercatoris. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet presbitero Georgio sancti Michaelis de Jadra et Pribac aurifice, filio condam Slafcho, Jadrensibus, et aliis.

(Drugi rukopis.)

f Ego Volcina Miche de Matafaro examinator manum misi.

(Signutn not.)

Et ego Blasius Michaelis Leonardi Jadrensis iuraftus notarius] interfui rogatus, ut audiui, scripsi et roboraui.

Origmai u gubern. arkivu tt Zadru, odio samostana sv. Nikole Ar. 151. — Lijevi rub mjestimice oštećen.

61.

1333, 11. juna. U Zagrebu.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski potvrdjufe listinu kaptola stolnobiogradskoga ob obhodnji posjeda biskupije zagrebačke.

Nos Karolus dei gracia rex Hungarie memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis. Quod cum nos ad peticionem venerabilis in Christo patris Ladizlai dei et apostolice sedis gracia episcopi Zagrabiensis et honorabilium virorum capituli eiusdem ecclesie fidelium nostrorum, iuxta regni nostri consvetudinem bonam et antiquam et ab antiquo approbatam, iuxta formam litterarum nostrarum generalium pro reambulandis possessionibus universis pretacte ecclesie Zagrabiensis et metarum earumdem possessionum ereccionibus, fidelibus nostris capitulo ecclesie Albensis, ut ipsi hominem eorum fide dignum pro testimonio ad requisicionem memoratorum episcopi et capituli fidelium nostrorum unacum Jacobo aule nostro iuvene thavarnico vel Iwachino filio Thome fili Beriuoy, altero absente, homine nostro, ad reambulandas possessiones eiusdem ecclesie, contradictoribus, si qui fierent, ad nostram presenciam legitime evocatis, transmitterent, et tandem facti seriem nobis rescribere debentibus, scribentes dedissemus in mandatis; post hec.dictum capitulum, fideles nostri, super hoc nobis rescripserunt in hec verba: *(Slijedi listina od 1. augusta 1338.)* Nos itaque- ex tenore literarum rescripcionalium prelibatorum capituli ecclesie Albensis fidelium nostrorum super reambulacione et metarum ereccione prenotatarum possessionum et villarum dicti capituli ecclesie Zagrabiensis tempore prioris et immediate precedentis sigilli nostri facta modo premisso informati, quatenus nobis per prememoratos fideles nostros capitulum ecclesie Albensis antedictum super reambulacionibus et metarum ereccionibus earumdem rescriptum extitit, ipsas reambulaciones et metarum grecciones sine preiudicio iurium nostrorum et quorumlibet aliorum patenter presencium patrocinio litterarum approbantes ipsi ecclesie Zagrabiensi et capitulo eiusdem confirmamus promittentes, ut quam primum presentes littere ad nos fuerint reportate, in formam nostri pri-

uilegii easdem redigi faciemus. Magnifico tamen viro Mykch bano tocius Sciauonie, fideli nostro predilecto, premissa omnia articulatim diiigenter examinante, annuente et ad ea consensum prebente et assensum. Datum Zagrabie, in festo beati Barnabe apostoli, anno domini MCCCXXXIII.

Liber stat. cap. Zagrab. p. IV. cap. IV.
Tkalčić Monum. episcop. Zagrab. II. 115.
Tka/čic' Mon. civ. Zagrab. I. 141:—142.

62.

1333, 13. juna. U Zagrebu.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski nalaie, da stranci u Zagrebu imadu plaćati daću za dovеženu plodinu, šol i vino.

Nos Karolus dei gracia rex Hungarie significamus tenore presencium quibus expedit universis memorie commendantes, quod consideratis fidelitatibus et fidelium serviciorum meritis fidelium civium et hospitum nostrorum Grecensium, speciaJiter advertentes dampna, que ipsis per gentem nostram, scilicet per continuos exercitus super eosdem descendentes sunt illata, annuimus eisdem in aliqualem recompensacionem dampnorum eorundem, ut de illis rebus et bonis, que in eadem civitate deponuntur, scilicet vino, frugibus et salibus quorumcumque extraneorum hominum et cuiuscunque condicionis populorum eadem deposita existant, exaccionem seu collectam prout conveniens et congruurri fuerit, recipiendi singulis annis habeant facultatem, ut predictam civitatem nostram firmare valeant et in bono statu conservare. Volumus itaque et vobis universis hominibus et cuiusvis condicionis populis in eadem civitate Grecensi deposita habentibus et habendis, quibus presentes ostendentur, precipimus firmiter et districte, quatenus de depositis vestris, sicut prediximus, collectam seu exaccionem eo modo, prout sepedicta civitas nostra vobiscum ordinabit, singulis annis dare et persolvere debeatis, et in hoc, quod per nostram maiestatem est ordinatum, contradictores esse non presumatis, alioquin ipsis civibus et hospitibus nostris commisimus, ut illud, quod conveniens et congruum fuerit super depositis vestris, nostra auctoritate mediante, recipiendi habeant facultatem. Datum Zagrabie, in dorhinica proxima [post festum beati Barnabe. apostoli], anno domini millesimo CCCXXX tercio.

Original poderan u arkivu grada Zagreba.
Pečat mali na ledjima utisnut. — Tkalčić ga je popunio iz potonjega prijepisa.
Tkalčić Mon. civ. Zagrab. I. 142.—143.

63.

1333, 16. juna. U Avignonu.

Ivan XXII. papa poivrdjuje samostanu remetskom kraj Zagreba sve posjede.

Johannes episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis priori et conuentui monasterii beate virginis Marie de Zagrab per priorem soliti gubernari, ordinis sancti Augustini Zagiabiensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum [a] nobis petitur quod iustum est et honestum, tam ingfenio] equitatis [quam et] ordo exigit rationis, ut [id] per solicitudinem otficii nostri ad debitum perducatur effectum- Eapropter dilecti in domino filii uestris iustis. . . . s postulationibus grato concurrentes assensu personas uestras et locum, in quo diuino estis obsequio mancipati cum omnibus bonis, que in presentiarum rationabiliter possidetis aut in futurum iustis modis prestante domino poteritis adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, spetialiter autem decimas, terras, domos, vineas, possessiones et alia bona Uestra sicut ea.omnia iuste et gratiose possidetis, uobis et [per] uos monasterio uestro auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, salua [de] predictis decimis moderatione concilii generalis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hec attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Auinione, **XVI.** kalendas iulii pontificatus nostri anno decimo septimo.

Originai ti kr. - sematfskom arkivu u Zagrebu: Doc. medii aevi a. 1333. Stara sipiatura: Actor. conventus Remethensis fasc. I. no. 5.
Na hstini visi o crveno-žutim svilenim koncimu olovna bula.

64.

1333, 17. juna. U Zagrebu.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski oslobadja Zagreb od nekih daća.

Nos Karolus dei gracia rex Hungarie significamus tenore presencium quibus expedit universis memorie commendantes, quod iudex et fideles cives ac hospites nostri de monte Grecensi, ad nostre celsitudinis accedentes presenciam, exhibuerunt nobis quoddam privilegium serenissimi principis domini Bele, olym incliti regis Hungarie, avi et progenitoris nostri karissimi, in cuius tenore inter cetera continebatur, ut ipsi infra regales terminos tributa in nullo loco solvere tenerentur, celsitudini nostre humiliter supplicantes, ut quemadmodum ipSam habeant privilegiatam libertatem, sic et nos ipsos in eadem libertate ex benignitate regia dignaremur conservare. Nos itaque, qui ex innata nobilitate regia cunctis nobis fideliter subiectis libertates per progenitores et predecessores nostros reges Hungarie concessas non diminuere, quin pocius augmentare tenemur, premissum articulum libertatis ipsis fidelibus civibus nostris firmantes, presentibus duximus innovandum. Igitur vobis bano tocius Sclauonie, comitibus, castellanis, nobilibus et cuiuslibet status et dignitatis hominibus tributa habentibus, eorumque tributariis intra terminos regni nostri constitutis, quibus presentes ostendentur, firmiter precipimus per presentes, quatenus ab ipsis civibus nostris Grecensibus et rebus eorumdem quibuslibet, quocienscumque per loca tributorum vestrorum transitum fecerint, nullum tributum exigere debeatis, sed ipsos libere et absque exaccione tributaria qualibet abire permittatis; secus sicut nostra gracia vobis placet non facturi. Datum in Zagrabia, feria quinta proxima post festum beati Barnabe apostoli, anno domini MCCCXXX tercio.

0?"iginal u arkivu grada Zagreba. •— Trag na ledjima o postojalom peeatu. — Drugi pi imjerak u arkivu jugoslavenske akademije.
Tkalčić Monum. civ. Zagrab. I. 143.

65.

1333, 17. juna. U Zagrebu.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje Samoboru povelju Belinu od g. 1242.

Nos Karoius dei gracia rex Hungarie memorie commendantes tenore presencium quibus expedit significamus vniuersis, quod Johannes villicus de Zomobur cum Mykech quondam villico, Gerdan, Vilczylaw, Matheo et Martin cohospitibus et consociis suis ad nostram personaliter suo et vniuersorum hospitum nostrorum de eadem Zomobur vice et nomine accedendo presenciam exhibuerunt nobis quoddam exemplar seu registrum tenorem priuilegialium litterarum quondam serenissimi et incliti principis domini Bele eadem gracia jllustris similiter regis Hungarie, aui et progenitoris nostri karissimi felicis recordacionis tenoris infrascripti, petentes nos precum instancia, vt tenorem dicti registri continenciam ipsius littere priuilegialis continentis de verbo ad verbum transscribere et apposicione nostri autentici sigilli communiri facere dignaremur. Cuius exemplaris seu tenoris tenor talis est: *(Slijedi listina kralja Bele od god. 1242. izdana u Viiovitici)?* Nos siquidem iustis et modestis peticionibus dictorum villici et hospitum nostrorum de Zomobur regio cum fauore inclinati, attendentes, quod iusta et modesta peticio auribus regie pietatis displicere non debet, ymo magis ad exaudicionis graciam admitti meretur, recordatis et reuocatis in memoriam nostri, ymo memoriter adhuc retinentes, quod dum nos pridem quasdam litteras priuilegiales dicti domini illustris Bele regis continenciam litterarum inciiti ducis domini Colomani fratris sui confirmantes super liber--tatibus quarumdam ciuitatum seu liberarum villarum nostrarum Petrina, videlicet Jastrabraczka (!) et ipsius Zomobur vocatarum confectas confirmari fecissemus, ipsas tres ciuitates seu villas in vna et eadem predicta libertate fore constitutas comperimus seriose, qui quidem villicus et hospites nostri fideles de Zomobur par dicte priuilegialis littere ipsius domini Bele regis pro ipsis confectas super predictis prescriptum tenorem continentes in specie casualiter amisisse asserebant, prenotatas libertates

[1] Nakon listine kralja Bele slijedi slijedeća klausula:. »Ego Cristoforus prior deZagrabia, istud exemplar ia presencia mei rescripserunt, tcstificor omnibus et propter maiorem credenciam cum meo sigillo sigillaui.«

Prema tomu potvrdnica kraija Karia uslijedila je na temelju prijepisa rećenog priora Kristofora.

eatenus, quatenus per dictum dominum inclitum ducem Colomanum primitus concesse et ordinate ac demum per prefatum dominum serenissimum principem Belam regem illustrem approbate et confirmate eisdem tribus ciuitatibus seu villis ac cuilibet earundem extiterant toto tenore dicti registri seu exemplaris dicte priuilegialis littere domini Bele regis, quod sigillo prenotati Cristofori prioris de Zagrabia consignatum fore videbatur, de verbo ad verbum inserto ipsis fidelibus hospitibus nostris de Zomobur presencium patrocinio approbantes valere perpetuo confirmamus; presentes dum nobis fuerint reportate, in formam nostri priuilegii easdem redigi faciemus. Datum Zagrabie. in quindenis festi corporis Christi.anno eiusdem M°CCC°XXX° tercio.

Iz originatne potvrdnice kralja Ljttdevita od god. 1367. u kr. zent. arkivtt H Zagrebu : Doc. medii aevi a. 1242.

66.

1333, 24. juna. Kraj rijeke Kupe.

Karlo kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje listinu kralja Bele od g.
' -.- . 1244. izdanu plemenu pribićkom.

Nos Carolus dei gracia rex Hungarie memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod Georgius dictus Azarias filius Raduzlow filii Harkata, Kelemyn filius Wlchk filii Dragota et M[ych]e filius Chernek filii Crase de generacione Priba de Podgoria, suo, item Stephanus filii (!) Bork et Ivvan filii eiusdem Stephani ac Elye fili; Iv/an, item Lukowoj filii Ladizlai. Paul filii Crisman nec non Myke fili Kuyalou fratrum proximorum et generacionum suorum de eadem nominibus ad nostram accedentes presenciam exhibuerunt nobis quoddam priuilegium serenissimi principis condam Bele similiter illustris regis Hungarie, aui et predecessoris nostri carissimi felicis memorie super libertate et condicione eorumdem confectum tenoris infrascripti, petentes nos prece subiectiua, ut ipsum priuilegium acceptantes presentibus nostris pate[n]tibus litteris transscribere facere ac appo[s]icone nostri noui et autentici s[igijlli confirmare dignaremur. Quarum tenor talis est: *(Slijedi listina kralja Bele od 12. novembra 124-1.)* Nos siquidem iustis et rriodestis peticionibus dictorum Georgii dicti Azarie, Kelemyn [et] Myche fidelium nostrorum fauore regio benignius inclinati predictas litteras priuilegiales pretacti domini incliti regis Bele de verbo ad verbum presentibus inserftas] acceptantes eatenus, quatenus dicte libertates

ipsorum nobilium de Podgoria vice et legitime per eundem date et graciose concesse extiterunt, eisdem generacionibus Priba prenotatis et eorum quibuslibet, qui scilicet nunc nobis et sacre corone regie debitam fidelitatem obseruant et intendunt obseruare in filios filioruro eorumdem perhempniter valere presencium patrocinio confirmamus. Datum iuxta fluuium Culpa, in festo natiuitatis beati Johannis Bapt|ist]e, anno domini millesimo CCC° XXX° tercio.

Iz potvrde kralja Ljudevita od 10. jula 1380.
Original te potvrde nalazi se u arkivu jugoslavenske akademije « Zagrebtt: Diptomata a. 1244.

67.

1333, 26. juna, U Spljetu.

Notarski priyepis bule pape Honorija III., kojom ovaj potvrdjuje koptolu spljetskom zemljišta, na kojem stajaše stari Solin, sto ga je poklonio kaptolu kralj Andrija.

In dei nomine amen. Hoc est exemplum cuiusdam priuilegii papalis roborati sigillo plumbeo ad cordulam de serico. pendenti, in quo sunt sculpta capita beatorum apostolorum Petri et Pauli, cuius tenor in omnibus et per omnia talis est: *(Slijedi listina pape Honorija III. oa 28. jula 1220.)* Anno domini millesimo trecentesimo trigesimo tercio, indictione prima, hoc exemplum per me Bonacursum notarium infrascriptum sumptum ex autentico cum sigillo plumbeo ad cordulam de serico pendenti, in quo sunt sculpta capita beatorum Petri et Pauli, reuerendissimo in Christo patri et domino domino Dominico dei et apostolice sedis gratia insinuatum fuit et in eius presentia per me Bonacursum et dompnum Lucanum et Benedictum notarium diligenter cum autentico ascultatum, et cum dictus dominus archiepiscopus congnouerit(!) illud cum ipsd autentico per ordinem concordare, ut eidem exemplo adhibeatur de cetero plena fides, suam auctoritatem interposuit et decretum archiepiscopo Spalatensi nec non sui sigilli fecit appensione muniri et roborari.

fSignum not.)

Drugi rtikopis.

Et ego Lucanus Bertani ecclesie Spalatensis primicerius auctoritate imperiali notarius hoc exemplum sumptum ab autentico cum sigillo plumbeo ad cordulam de serico pendenti, ut supradictum est, coram

reuerendissimo in Christo patre et domino domino Dominico dei et apostolica gracia archiepiscopo Spaiatensi vna cum infrascriptis Benedicto et Bonacurso notario cum ipso autentico diligenter et fideliter ascultaui. et quia utrumque concordare inveni, ut eidem instrumento adhibeatur de cetero plena fides, de dicti domini archiepiscopi licentia et mandato me in testem subscripsi meoque consueto signo signaui et roboraui.

i Signum not.j

Et ego Benedictus Johannes imperiali auctoritate notarius hoc exemplum ab autentico cum sigillo plumbeo ad cordulam de serico pendenti, ut supra dictum est, coram reuerendissimo in Christo patre et domino domino Dominico dei et apostolica gracia archiepiscopo Spalatensi vna cum suprascripto Lucano et infrascripto Bonacursio notario cum ipso autentico diligenter et fideliter ašcultaui, et quia utrumque concordare inveni, ut eidem exemplo adhibeatur de cetero plena fides, de dicti domini archiepiscopi licencia et mandato me in'testem subscripsi meoque solito signo signaui et roboraui.

(Signum not.)

Ego Bonacursus condam Pini parentis de Florentia imperiali auctoritate et nunc comunis Spaleti iuratus notarius hoc exemplum sumptum ex autentico priuilegio papali sigillato sigillo piumbeo ad cordulam de serico pendenti, ut supra dictum est, fideliter scripsi et exemplaui nichil addens uel minuens quod sensum mutet uel intellectum, et postmodum in presencia dicti reuerendissimi in Christo patris et domini domini ,Dominici dei et apostolice sedis gracia dignissimi archiepiscopi Spaleti una cum supradictis Lucano et Benedicto notariis cum ipso autentico diligenter et fideliter ascultaui, et quia utrumque concordare inueni, ut eidem instrumento adhibeatur de cetero plena fides, de dicti domini archiepiscopi licencia et mandato me in testem subscripsi meoque consueto signo signaui et roboraui, anno domini millesimo trecentesimo trigesimo tercio, indictione prima, die XXVI. iunii, regnante domino Karulo Roberto serenissimo rege Vngarie, ac domino nostro domino Francisco Dandulo inclito duce Venecie. Temporibus venerabilis patris domini Dominici archiepiscopi Spaleti, nobilis et sapientis viri domini Jacobi Gradonico comite(l), ac nobilium virorum dominorum Jacxe Domaldi, Johannis Egidii et Sirechie Lucari.

Origincu u arkivu kaptola u Spljetu g. 1220. (XVI 2. 3-1.)
Na listini vide se tragovi, gdie su, o uzican.a visjeta dva pečata.

68.

1333, 27. juna. Kraj Kupe.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski mijcnja sa Donkom Domtnikovim posjede, te mu daje za Štrigovo i Cakovac druge posjede u komoranskoj zupaniji.

Nos Karolus . . rex Hungarie . . significamus . . quod cum nos nobili viro magistro Donch filio Dominici comiti de Zolio, fideli nostro mediantibus litteris . . capituli . . ecclesie Strigoniensis privilegialibus in permutacionem castri Arwa nuncupati, quod idem nobis et nostris . . successoribus restituit et reliquit cum toto districtu eiusdem et suis pertinenciis universis ac singulis perpetuo possidendum, tenendum pariter et habendum, quedam castra nostra Strigow et Chaaktornya nominata,. inter fluvios Drava et Mura habita et situata similiter cum suis districtibus . . dedissemus . . perpetuo possidenda, que quidem castra idem pleno iure sibi statuta pluribus diebus titulo dicte permutacionis habuisset et tennuisset, tandem placuit sibi et eciam nobis, maxime propter hoc, ut idem ad nos in nostram curiam propius fieri possit, et sua nobis fidelia servicia magis coram nobis existendo commodius valeat frequentare, de supradictis castris Strigow et Chaaktornya vocatis ac castro nostro Kamarun nuncupato in comitatu de Camarun in insula Danubii habito, secundariam permutacionem inter nos et ipsum facere subsequentem; ita videlicet, quod nos predictum castrum nostrum Kamarun vocatum, cum omnibus . . pertinenciis, villis . . et aliis universis et singulis iuribus rite et iuste ad ipsum castrum . . pertinentibus eidem magistro Donch, qui ipsum castrum Kamarun sibi fore magis utiie quam castra predicta allegabat et a nobis ei dari instantissime postulabat,. dedimus . . iure perpetuo . . possidendum . . predicto tamen comitatu Kamariensi nobis et nostris heredibus sive successoribus reservato. E converso quidem idem magister Donch in permutacionem dicti castri Kamarun supradicta castra Strigow et Chaaktornya cum omnibus pertinenciis eorundem, quibus sibi erant statuta, nobis et . . successoribus reddidit et restituit . . promittentes, ut quamprimum nobis presentes in Wysegrad fuerint reportate, in formam nostri privilegii easdem redigi faciemus. Datum iuxta fluvium Culpa, in festo beati Ladizlai, anno domini M° trecentesimo tricesimo tercio.

Original u kr. ug. državnom arkivu u Budimpešti: M. 0. D. L. no. 2787. — Stara sign.: N. R. A. fasc. 536. no. 26.
Nagy Cod. dipl. Andeg. III., 31.—32.

69.

1333. 28. juna. U Dubrovniku.

Općina dubroz'ačka prima pismo kralpa srpskoga Stjepana (DuSana) o primljenom novcu.

Veniens in presentiam nobilis et potentis viri domini Marchi Justiniani honorabilis comitis Ragusii et sui minoris consilii sono campane more solito congregato Lampre filius quondam Mence de Menge die XXVIII. juni huius, prime inditionis, presentavit et dedit ipsis domino comiti et consiliariis parvi consilii quasdam licteras serenissimi domini domini Stephani dei gracia regis Raxie bullatas duobus sigillis secretis ipsius domini regis, quarum tenor talis est.

Al caro parente de reame conte de Ragusa Marcho Justinian, iudici et a gentili homeni e consilieri et a tuto lo comune de Ragusa. Vuy save, come vuy mi se debitori VIII. M. yperperi de Venecia e lo termine si e de sancto Piero, ancora V. C. yperperorum per lo omagio de reame e lo termino si e passato de pasqua, e so, che vuy deste de queli al conte Gregori de Coriacho VI. yperperi, li quali save, come inanci ve scrisse lo reame. Jo mando Lampre de Mence a Venexia per comperare quello che abisogna al reame e scrissi vi, che a lui debie dare tutti li dicti denari li quali mi se debitori e dir vi, che no debie credere de nuovo a nulla altra lectera. Ancho mo vi scrivo per questa lectera, che li debie dare a Lampre de Mence overo a colui a cui lo dicto Lampre avesse comesso in Ragusa tucti VIII. M. yperperi, e cosi vi sia vita che nolli tenere plu del termine neuno die ad cio che le bisogni de reame no mi debiano dimorare, e quel che vi scrissi, che dobie dare a duaneri di sancto Sergi, ellino anno a far ragione co reame a custi de[nari] et altro niente per li destrieri del conte Gregori, ellino anno a far ragione co reame, elli m e debitori ed a quei di questa a neuna carta no debie credere. Ouesta lectera e sugiellata (!) col sugello de reame con do bolle ad cio, che dobie ben credere. Sosan comite.

Quibus licteris reverenter receptis per ipsum dominum comitem et suum parvum corsilium dederunt et numeraverunt eidem Lampre accipienti et stipulanti nomine et vice ipsius domini regis dantibus et solventibus nomine et vice comunis Ragusii et de persona propria dicti comunis predictos VIII. M. yperperos computatos in dicta soiucione yperperos quos receperat dominus comes Gregorius de Coriach de consensu et voluntate dicti domini regis, cum venerit de Raxia Ragusium. Quos VIII. M. yperperos exceptis dictis yperperis idem Lampre nomine

et vice ipsius domini regis et pro ipso domino rege contentus et confessus fuit penes se habuisse et recepisse ab ipso domino comite et suo minori consilio, dantibus et soluentibus nomine comunis Ragusii et de persona propria dicti comunis, promittens et se obligans idem Lampre suo proprio nomine et omnia sua bona presentia et futura eidem domino comiti et suo minori consilio recipienti et stipulanti nomine et vice comunis Ragusii facere et curare, ita et taliter, quod idem dominus rex habebit firmam et ratam dictam solucionem. et quod contra non faciet uel ueniet de iure uel de facto, aiiqua ratione uel causa. Et quod de hoc faciet nobis unam poveliam sigillatam suo sigillo proprio hinc per totum mensem iunium[1] proximum, quod si non faceret, teneatur et debeat reddere et restituere dicto domino comiti et suo parvo consilio recipienti nomine comuni[s] Ragusii dictos VIII. M. yperperos minus yperp. , .

Diversa cancellariae knji^e od g. 1334. u dubrovačkoin arkivu. Pucic Spom. srp. II. br. 12. 11.—12.

70.

1333, 3. jula. U Djakovu.

Pred kaptolom bosanskim čini se zamjena zemalja izmedju Ivana bana maćvanskoga i magistra Teutea.

Capitulum ecclesie Bosnensis universis Christi fidelibus presentibus simul et futuris, presencium noticiam habituris, salutem in omnium salvatore. Ad universorum noticiam harum serie litterarum volumus pervenire, quod magnifico ac potenti viro Johanne bano de Macho comite Syrimiense, de Bach, Budrug, Barana et de Wlko cum sufficienti procuratorio serenissimi ac victoriosissimi principis, domini Caroli illustris regis Hungarie personaliter ab una; item magistro Teuteus filio magistri Emerici de Bechey similiter personaliter, parte ab altera, coram nobis constitutis, per eundem magnificum virum Iohannem banum, nomine et verbo eiusdem domini nostri regis auctoritate dicti procuratorii propositum extitit et relatum, quod quandam possessionem eiusdem domini regis Moysa vocatam in comitatu de Barana existentem, de precepto et mandato eiusdem pro concambio. seu permutacione possessionis prefati magistri Teuteus Baboucha vocate, dedisset; ymo dedit et assigrfavit in

[1] Jamačno : »iulium.«

manus supradicti magistri Teuteus, tenendam, possidendam pariter et habendam. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam, litteras nostras privilegiales super premisso concambio fecimus emanari. Datum sabbato proximo post festum apostolorum Petri et Pauli beatorum, anno domini millesimo trecentesimo trigesimo tercio.

Iz vana rukom XV. vijeka: »Concambium super possessionum (!) Maysa domini Caroli regis et Bakowlcha vocata ipsius magistri Thythews«.

Origmal u arkivu grof. Zichy z/ Zselju: 211. A. 123. Na arku visi svilena vrvca crvene i žute boje. Pečata više neitta.

Cod. dipl. com. de Zichy. I. p. 416—417.

71.

1333, 4. jula. Kod Topuskoga.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatskt potvrdj'uje povelj'u kralja Ladislava od g. 1279. danu Turopoljcima.

Nos Karolus dei gracia rex Hungarie memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod accedentes ad presenciam nostre maiestatis Jacobus filius Wlkocha comes terrestris, et Mykuch filius Kelemus ac Laurencius filius Rathk, iobagiones castri Zagrabiensis fideles nostri, suo et vniuersorum iobagionum cas.tri eiusdem vice et nomine exhibuerunt nobis quoddam priuilegium serenissimi principis domini Ladizlai quondam illustris regis Hungarie felicis recordacionis, progenitoris et predecessoris nostri, tenoris infrascripti, nobis humiliter supplicantes et nostram benignitatem humili precum instancia postulantes, quatenus ipsum priuilegium toto eiusdem tenore transumpto de regia benignitate renouare et noui sigilli nostri autentici apposicione confirmare dignaremur. Cuius tenor talis est: *(Slijedi listina od g. 1279.)* Igitur nos peticionibus et supplicacionibus fidelium nostrorum pretactorum iustis et legitimis de regie pietatis clemencia fauorabiliter inclinati, tenoribus eiusdem priuilegii de verbo ad verbum presentibus insertis, dictum priuilegium eatenus, quatenus firmitatis vigorem habere dinoscitur, acceptamus presencium patrocinio litterarum nostrarum patencium confirmantes; presentibus autem ad nos reportantis(l) nostrum priuilegium exinde fieri faciemus. Datum in campis prope villam Thupulcha, dominica proxima post festum beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini millesimo CCC° tricesimo tercio.

Iz originalne potvrde kralja Ljudevita od 21. marta 1352. U arkivu općine turopoljske. — Laszowski Cod. Turop. I. 50.

72.

1333, 5. jula. U Šibeniku.

Sud šibenički sudi u parnici izmedju Dujma iz Trogira i Bogdana Bekše iz Sibenika zbog vinograda u kotaru šibeničkom kod Bisca pod Goricom.

In Christi nomine amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo tercio, indictione prima, die quinto mensis iulli, regnante domino Karulo serenissimo rege Vngarie, tempore domini Francisci Danduli incliti ducis Venecie, et domini Grisogoni de Fafogna de Jadra venerabilis Sibenicensis episcopi, ac nobilis et sapientis viri domini Pantaleonis Justini honorabilis comitis ciuitatis Sibenici, atque dominorum iudicum: Marini Berti, Johannis Radini et Nicolai Mathei. Cum per egregium virum dominum Pantaleonem Justinum comitem supradictum et per curiam Sibenici sentenciatum foret et diffinitum, quod quedam vinea posita in districtiu Sibenici ad Bissac sub Gorica de gognays tribus cum dimidio, de qua erat questio inter Doymum Stephani de Tragurio, et Bogdanum Besxa de Sibenico nomine Drogoslaue vxoris dicti Bogdani libere deberet remanere dicto Doymo, dummodo ipse Doymus soluere teneretur dicte Dragoslaue libras sexdecim venetorum paruorum secundum pactum olim habitum cum domina Prodana usque vnum mensem completum, prout de dicta sentencia patet scriptum in actis curie Sibenici manu Petri Alexandri cancellarii Sibenici sub eodem millesimo et indictione, die quinto mensis iunii ; ideo dictus Bogdanus Besxa uice et nomine dicte Dragoslaue vxoris sue fuerit contentus et confessus plene et integre ac in termino habuisse et recepisse a dicto Doymo pro dicta vinea prefatas libras sexdecim paruorum secundum tenorem et continenciam sentencie supradicte. Facjens ipse Bogdanus pro se et uice et nomine dicte Dragoslaue et suis heredibus et successoribus eidem Doymo pro se et vxore sua et suis heredibus et successoribus finem, quietacionem, securitatem et pactum de amplius non petendo aliquid de contentis in sentencia supradicta sub pena quarti rei petite et omnium expensarum, dampnorum et interesse litis et extra super se et omnia sua bona pressencia et futura. Actum Sibenici in logia, coram domino comite et iudicibus supradictis et presentibus Johanne Bertii Cipriano, Dragoy Nigoy et aliis.

(Dru^i rukopis).

Ego Johannes condam Berti bani examinator examinaui.

(Signum not.J

Ego Anthonius de Confortis de Padua imperiali auctoritate notarius et comunis Sibenici iuratus cancelarius interfui. ct rogatus vt audiui hec scripsi.

Original u arkivu sauwstana. na Trsatu.

73.

1333, 16. jula. U Modrušu.

Karlo kralj ugarski i hrvatski zahvaljuje knezu spljetskomu Gradoniku, sucima i vijeću. za priposlane darove.

Karolus rex Hungariae etc. fidelibus suis Jacobo Gradonico comiti, iudicibus, consilio, communi civitatis Spalatensis salutem et gratiam. Venerabilis in Christo pater dominus Dominicus Pereander per•eumdem archiepiscopus Spalati, nobilesque viri Theodosius Alberti et Petrus Francisci per vestram fidelitatem missi, in nostram praesentiam venientes, vestras legationes eis iunctas nobis attente audientibus retulerunt, et missa munera apportarunt, quae grata habuimus, gratiorem tamen vestrae fidelitatis constantiam et voluntatem subiectionis debitam reputantes, vestram fidelitatem nobis et sacrae regiae cpronae fore sinceram per multorum operum exhibitionem cognovimus. Praesenti processu nostro, concedente domino, feliciter expedito, dum ad nos vestros homines remiseritis, uberem gratiam et omnes peticiones vestras licitas et honestas a nobis credatis vos effectualiter obtenturos. Privilegia quedam vestra ad praesens, propter quod nequivimus confirmare, dictus dommus archiepiscopus cum dictis suis sociis verbotenus recitabit cum caeteris responsis. Datum Modrusii, 17. kalendis augustii.

Lucius Memorie di Traii p. 215.
Pray Annales III. 33.
Farlati Illyr. sacr. III. 315. — 316.
Fejer Cod. dipl. Hung. VIII. 6. 126.—127.
' *Fejer Cod. dipl. ITung. VIII. 3. p. 696.-697.*

74.

1333, 7. augusta. U Medvedgradu.

Ban Mikif nalaie Ijudima iz iupanija Gora, Dubica i Sana, da plate desetinu, koju pobire njegov sin za biskupa zagrebačkoga.

Mykch banus tocius Sclauonie dilectis sibi vniuersis nobilibus et cuiusuis status et condicionis hominibus de comitatibus Gora, Dubicha et Zana cum dileccione salutem. Cum reuerendus in Christo pater dominus Ladizlaus dei et apostolice sedis gracia Zagrabiensis episcopus decimas in eisdem comitatibuš a uobis sibi debitas magistro Akus filio nostro karissimo commiserit exigendas, vniuersitatem uestram petimus et nichilominus firmiter precipiendo niandamus, quatenus ipsas decimas secundum taxacionem nobilium regni factam eum eodem domino episcopo hominibus ipsius magistri Akus plene et integre persoluatis; secus facere non audentes, quam nos grauiter offendere formidatis. Datum in Medue, sabbato proximo ante festum beati Laurencii martiris, anno domini MCCCXXXIII".

lz kodeksa: Liber privil. episcop. Zagrab. list. 20.
Kodeks u arkivu nadbiskupije u Zagrebu 1. B. IX 167.
Fejer Cod. dipl. Hung. VIII. 7. 257.

75.

1333, 17. augusta. U Avignonu.

Tvan XXII. papa premješta Tomu ulcinjskoga biskupa na biskupiju kotorsku.

Johannes epjscopus servus servorum dei. Venerabili fratri Thome episcopo Catharensi, salutem et apostolicam benedictionem. Romani pontificis €tc. Nuper siquidem ecclesia Catharensi ex eo vacante, quod nos venerabilem-.ffatrem nostrum Agotum Venusinum, tunc Catharensem episcop.um apud sedem apostolicam constitutum, a vinculo, quo ipsi Catharensi ecclesie, cui tunc preerat, tenebatur, de fratrum nostroram consilio et apostolice sedis potestatis plenitudine absolventes, ipsum -ad Venusinam ecclesiam tunc vacantem duximus transferendum, preficiendo eum-illi in episcopum et pastorem, nos attendentes, quod nullus preter nos hac vice de ordinatione ipsius Catharensis ccclesie se intromittere potest,

pro eo, quod nos diu ante vacationem huiusmodi provisiones omnium ecclesiarum cathedralium tunc apud dictam sedem quocumque modo vacantium et vacaturarum imposterum apud eam, dispositioni nostre reservantes, decrevimus extunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari, ac cupientes eidem Catharensi ecclesie, ne ex vacatione diutina paciatur in spiritualibus et tempdralibus detrimentum, ydoneam presidere personam, post deliberationem, quam super hoc cum eisdem fratribus habuimus diligentem, demum ad te, tunc episcopum Dulcinensem, consideratis muneribus gratiarum, quibus personam tuam dominus, earum largitor, multipliciter illustravit, et quod prefata Catharensis ecclesia per te, qui eidem Dulcinensi ecclesie laudabiliter diceris prefuisse, poterit in eisdem spiritualibus et temporalibus dirigi et in suis manuteneri iuribus et etiam adaugeri, direximus oculos nostre mentis. Intendentes igitur tam eidem Catharensi ecclesie, quam eius gregi dominico salubriter et utiliter providere, te a vinculo, quo eidem Dulcinensi ecclesie cui tunc preeras, tenebaris, de dictorum fratrum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes, te ad prefatam Catharensem ecclesiam, transferimus, teque illi preficimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius tibi in dictis spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, ac Iiberam tibi tribuendi licenciam ad dictam Catharensetn ecclesiam transeundi, firma spe fiduciaque conceptis, quod prefata Catharensis ecclesia per tue circumspectionis et industrie fructuosum studium,. gratia tibi assistente divina, regetur utiliter et prospere dirigetur, grataque in eisdem spiritualibus et temporalibus, auctore domino, suscipiet incrementa. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus ad predictam Catharensem ecclesiam cum gratia nostre benedictionis accedens, curam et administrationem predictas sic exercere studeas solicite, fideliter et prudenter, quod eadem ecclesia gubernatori provido et fructuoso administratori gaudeat se commissam, tuque proinde preter eterne retributionis premium nostram et eiusdem sedis benedictionem et gratiam uberius consequi merearis. Datum Avinione, XVL kalendis septembris, pontificatus nostri anno decimo octavo.

In eodem modo. Dilectis filiis capitulo ecclesie Catharensis, populc- civitatis et diocesis Catharensis, et venerabili fratri . . . archiepiscopo Barensi.

Theiner Mon. Slav. Mer. 1. no. 250. str. 189.—190. Iz reg. an. XVIII. par. 2. ep. 39.

76.

1333, 5. septembra. U Bršljaniei.

Nikola kaštelan bršljanički fiatvrdjuje samostanu garićkomu neki -posjed koji je istom samostanu ?iekoć darovao iupan Ivan Babonić.

Nos magister Nicolaus filius Ladislai comes et castellanus de Borschanouch significamus vniuersis quibus expedit presencium per tenorem, quod nos ex mandato domini nostri Ladislai gracia dei episcopi Quinqueecclesiensis[1] particulam terre in districtu Borschanouch adiacentem, vicinam et cbntiguam terre fratrum heremitarum ecclesie beate virginis in monte Garigh, metis, terminis et signis infrascriptis, quam olim comes Juan pie memorie filius magistri Johannis filii Baboneg ob remedium et salutem anime sue predicte ecclesie beate virginis delegauit, quam donacionem pater suus confirmauit, litteris nostris, particulam terre cum vniuersis vtilitatibus suis eidem ecclesie confirmamus. Cuius particule terre mete prout fuerint assignate et erecte coram Benedicto sacerdote ecclesie beati Martini de Berschanouch(i), Paulo videlicet terrestri, Martino filio Ilianus, Prekan, Stepko iobagionibus eiusdem castri, hoc ordine distinguntur: Prima meta incipit in arbore tul cruce signata circa viam •que uadit de Garig versus forum de Gresenche, et inde descendit in uallem versus orientem et exit per aliam vallem ad arborem tul cruce signatam circa viam que uadit ad(!) heremitis versus ecclesiam beati Martini de Borschanouch, et per eandem viam procedens venit ad arborem tul cruce signatam iuxta eandem viam et inde fiectitur versus meridiem et venit ad arborem gastanearum (!) in capite cuiusdam vallis et per eandem vallem descendendo venit ad quendam riuulum et ibi commetatur terre Johannis filii Endre, et per eundem riuulum asscendendo supra versus septemtrionem venit ad arborem twl(!) cruce signatam circa viam, et per eandem viam fiectitur versus aquilonem et venit ad priorem metam. In cuius donacionis memoriam firmitatemque perpetuam concessimus litteras sigilli nostii munimine roboratas. Datum in Borschanouch, dominica proxima ante festum nativitatis beate virginis, anno dcfc mini millesimo CCC°- tricesimo tercio.

Iz prijepisa čazmanskog kaptola od 4. marta 1349. kako g-a prepisao epet isti kaptol od 4. jula 1402.

Original potonjega u kr. ugarskom drž. arkivu u Budimpešti: M. O. £>. L. no. 35.178. — Stara signdtura: Acta monast. Garigh fasc. 111: no. 3.

[1] Valjda prepisač pogriešio, a ima biti: Zagrabiensis.

77.

1333, 10. septembra. U Avignonu.

Ivan XXII. fiafia imenuje Nikolu Matafara nadbiskupom zadarskim.

Johannes episcopus servus servorum dei. Dilecto filio Nicolao de Mathafaris electo Jadrensi, salutem et apostolicam benedictionem. Duni, quantis sit onusta dispendiis, quot et quanta pericula secum trahat ecclesiarum vacatio diutina, debita meditatione pensamus, vigilancia reddimur attenta soliciti, ac opem et operam, quantum nobis ex alto permittitur, libenter impendimus, ut ecclesiis viduatis per cooperationis nostre ministerium de celeris et salubris provisionis remedio succurratur, ne contingat eas ex vacatione longeva subire spiritualium aut temporalium detrimenta: Dudum. siquidem ex certis rationabilibus causis omnes et singul&s cathedrales ecclesias provincie . Gradensis . tunc vacantes, et 'nantea vacaturas per biennium primo, et. deinde tempus huiusmodi biennale diversis successi.ve vicibus de biennio in biennium prorogandeusque ad kalendas aprilis proximo preteriti provisioni nostre, ac sedis apostolice auctoritate apostolica pef nostras diversas litteras duximus reservandas, decernentes in singulis huiusmodi nostris reservationibus irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Ac deinde cum finis huiusmodi nostre ultime reservationis instaret, nos prefatis moti considerationibus et inducti reservationem et decretum predicta usque ad duos annos, ab eisdem kalendis aprilis inantea computandos, auctoritate predicta per alias nostras Kttefas certi-tenoris modo et forma expressis superius extendenda duximus et etiam. proroganda. Interim vero ecclesia Jadrensi, que in provincia predicta consistit, per obitum bone memorie Johannis archiepiscopi' Jadrensis, qui in partibus illis diem clausit extremum, paštoris solatio destituta, nos vacatione huiusmodi ipsius ecclesie .fidedignis relatibus intellecta, ad provisionem eiusdem ecclesie,. ne prolixe vacationis incurreret detrimenta, solicitis studiis intendentes, cum nullus preter nos hac vice de provisione ipsius ecclesie Jadrensis se intromittere possit, reservatione et decreto, extensione ac prorogatione obsistentibus supradictis, post deliberationem, quam de preficiendo ipsi ecclesie personam utilem дc etiam fructuosam habuimus cum nostris fratribus diligentem, demum ad te canonicum Varadiensem, decretorum doctorem, -cui de honestate moru rh-et vite prudencia spiritualium et providencie

temporalium, aliarumque virtutum donis laudabilia testimonia perhibentur, direximus aciem nostre mentis; quibus omnibus diligenti meditatione pensatis, de persona tua ipsi Jadrensi ecclesie de predictorum fratrum. nostrorum consilio auctoritate apostolica providemus, teque ilii in archj,-episcopum preficimus et pastorem, curam et administrationem ipsius Jadrensis ecclesie tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, in illo qui dat gratias et largitur premia confidentes, quod eadem Jadrensis ecclesia per tue circumspectionis industriam et providenciam circumspectam sub tuo felici regimine, dextera domini tibi assistente propitia, salubriter et prospere dirigetur. Jugum itaque domini tuis impositum humeris prompta devotione suscipiens, et reverenter eius suavi oneri collum flectens, curam et administrationem predictas sic exercere studeas solerter, fideliter et prudenter, quod ipsa ecclesia gubernatori provido et iructuoso administratori gaudeat se commissam, tuque preter retributionis eterne premium benivolencie nostre gratiam exinde plenius consequaris. Datum Avinione, III.I. idus septembris, pontificatus nostri anno decimo octavo. ...

In eodem rfiodo. Dilectis filiis capitulo ecclesie Jadrensis, clero es populo civitatis et diocesis Jadrensis et venerabilibus fratribus universis episcopis suffraganeis ecclesie Jadrensis.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. no. 248. str. 188.—1S9.

78.

1333, 14. septembra. U Zagrebu.

Mikić ban daje dio zemlje svojih nekadanjih kmetova u donjevt Pezerju u kotaru Moravča u zamjenu za drugu neku zemt.ju Jakovu sinu Većeslavovom.

"fMjykch banus tocius Sclauonie omnibus Christi fidelibus • ' pfesencium noticiam habituris salutem in salutis largitore. Solent gesta fidelium scripti patrocinio perhempnari, ne obliuio temporibus successiuis inuoJuat caligine semel actum, aut hominum inuidiosa malicia fuscatis mendacii coloribus per calumpniam interuertat. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod nos quandam terram seu particulam terre olym castrensium nostrorum in inferiori Pezerie in comitatu nostro de Morocha habitam cum quibusdam modicis vi'rgultis ad eandem pertinentibus, ceterisque eiusdem vtilitatibus Jacobo filio Wechezlay et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus

sub metis infrascriptis in concambium cuiusdam terre sue hereditarie Kwspzarich dicte inter terras Michaelis filii Paulis (!) ex parte orientis, et Georgii filii Iwan ex parte meridionalis (!), ac terram Bozinaueulgw a parte septemtrionis situate, similiter cum quibusdam [modjicis virgultis, ceterisque vtilitatibus suis. pro nobis reseruate et recepte dedimus et tradidimus in perpetuum possidendam, tenendam et habendam. Cuius quidem terre mete hoc ordine distinguntur, proud (!) magister Sampson castellanus de maiori Kemluk et comes noster de Morocha, homo noster ad hoc specialiter deputatus presentibus Thoma comite terrestri de predicto comitatu de Morocha, Adam filio Jacobi, Nicolao dicto Kordus, Michaele filio Paulis, Petro fillio Lubna, Stephano villico, Petro filio Ch . . rnuk, Ivvan filio Johannis, Greduk filio Bene et aliis quam pluribus tunc ibi existentibus separando et distingendo a terris sibi vicinantibus nobis in registro demonstrauit: Prima meta incipit ibi, vbi via que veniet de ecclesia sancti Johannis cadit in fluuium Pezer dictum et per ipsum fluuium vadit infra per magnum spacium et venit ad magnam viam, que itur versus Zagrabiam et per viam tendit supra ad montem, versus partem meridionalem et ibi iuxta vnum monticulum vicinatur terre Stephani filii Lukachii; inde vadit per v[nam] aliam semitam ad partem septemtrionalem et venit ad quandam arborem twl vocatam et ibi vicinatur terre eiusdem Jacobi filii Wechezlay; inde venit ad viam et per uiam eundo cadit in primam metam et ibi tefminatur. Nec hoc pretermittimus, quod Georgius filius Iwan terram suam et ceteri castrenses seu alii cuiusuis status homines existant vineas in memorata terra eidem Jacobo filio Vechezlai tradita habentes absque inquietacione ipsius Jacobi et suorum heredum possidere valeant et habere. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras nostras pendentis sigilli nostri munimine roboratas. Datum Zagrabie, in festo exaltacionis sancte crucis, anno dominice incarnacionis millesimo CCCXXX° tercio.

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu. Diplomata a. 1333.

Na iistirti vidi se trag, gdje je o vrvci visio pečat.

79.

1333, 12. oktobra. U Mlecima.

Vijeće ?nleiačko odlučuje, da se izašalje izaslanik, koji bi uredio medje općina Spljela i Trogira.

Millesimo trecentesimo trigesitno tertio, die duodecimo octobris. Cum inter comunia Tragurii et Sibenicense fuerit diucius questio de facto confinium, de quibus lata fuit sentencia per nobilem virum ser Donatum Contareno olim comitem Spaleti, et comitem Tragurii ex commissione ducali sibi facta et postmodum super designatione et ostensione ipsorum confinium questio inter partes orta fuerit, que huc usque concordari non potuit; et eedem partes miserint ad nos supplicantes per nos prouideri super determinatione dicte questionis et confinium ad expensas partium; et ad nos spectet procurare quietem et amorem inter nostros subiectos et submouere inter eos omnem materiam erroris et scandali; vadit pars, quod mittatur vnus nobilis ad dictas partes ad expensas partium et non possit eligi aliquis, qui fuerit rector in illis nostris tribus terris Sclauonie, cui committatur, quod vadat ad loca, questionem et confines et tam ea quam sentenciam latam, de qua supra mentio facta est et iura partium intelligat, discutiat et examinet diligenter et dictos confines declaret et designari faciat et deffiniat secundum formam sententie late per dictum ser Donatum comitem et comitem Tragurii uel aliter plus et minus in addendo, corrigendo et diminuendo sicut et videbitur iustum; ponendo ita clare ipsos confines et terminando, quod amplius questic non possit oriri inter partes, et totum quod faciat, declarauerit et destineat, sit firmum et debeat a partibus obseruari omni occasione remota; et habeat ille qui eligetur libras octo grossorum a partibus pro dicto facto diffiniendo questionem, quam intra duos menses postquam applicuerit in Sclauoniam diffinire tenea^ tur ; et si intra duos menses non diffiniret, nichilominus non recedat de illis partibus, nisi ipsum diffiniuerit prius, non habendo propterea occasionem dicte more aliquid vltra ipsas libras octo grossorum, set habeat pro suis expensis a die qua hinc recesserit vsque ad reditum suum soldos duos grossorum in die per illam viam, quam habent ambaxiatores, qui vadunt pro comuni ad grossos XVIII. per diem; et cum illa familia et conditionibus et habeat vltra hoc agocia(!) sicut habent ambaxiatores nostri; et vadat cum ligno nostro Ystrie, sed partes faciant eum in suo reditu conduci Venećias.

Iz odluke mletačkoga izaslanika Rertucija oa 31. decembra 1333. Ov, edluka iz prijepisa kaptola trogirskoga od 20. januara 1426. u arkiv. kaptota u Trogiru uo. 54.

*Ljuiić Listiue **I.** 413. — 414.*

80.

1333, 20. oktobra. U Zadru.

Sud dosudjuje samostanu sv. Nikole dohotke posjeda pokojno<r Nikole de Ticiga, koje je on istom samostanu oporučno osiavio.

In dei nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimq trigesimo tercio, indictione secunda, die vigesimo mensis octobris, Jadre. Tempore domini Francisci Danduli incliti ducis Venecie, et domini Nicolai "Faletro honorabilis comitis, Jadrensi archiepiscopatu vacante. Nos Nicolaus Faletro comes, et Paulus de Varicassis, Michael de Fafogna et Grisogonus Francisci de Zadulino iudices ciuitatis Jadre, cognitores peticionis facte a Petro [de] Matafarro, aduocato et ut aduocato, ac pro parte et nomine sororum monasterii sancti Nicolai ordinis sancte Clare de Jadra contra Maurum [Barth]olomei de Grisogoho et dominam Fumiam vxorem condam Grisogofni] . . . . [commissa]rios et ut commissarios siue commissario nomine olitn ".'. ". . • - • • • - • • • . . in iudicio coram nobis sub hiis uerbis et forma: [Domi]ne comes et iudices! Ego Petrus de Matafarro" aduocatus.et ut aduocatus, ac pro parte et nomine monialium siue sororum et monasterii sancti Nicolai ordinis sancte Clare de Jadra,. peto, quod cum olim Nicolaus de Pioiga ciuis Jadre in sua vltima voluntate, scripta in forma publica per Michaelem de (Jigalis Jadrensem notarium, legauerit siue reliquerit dicto monasterio sancti Nicolai omnes redditus siue prouentus suardm possessionum positarum ad Osrignum usque mare et ad Babindub et ad Viresfchina- cum omnibus pertinenciis suis, cum certis emolumento, onere et condicione, quo videlicet de ipsis redditibus primo dmidantur equaliter inter sorores dicti monasterii libras centum paruorum et eis dentur pro earum" vestibus emendis, de residuo uero ipse sorores pascere debent certum numerum personarum et uestire ac pascere pauperes duodecim in hospitali, hedificato per "jps'um' Nicolaum, posito in ciuitate Jadra in confinio dicti frionasterii, prout hec [et] alia in predicta yltima voluntate prefati Nicolai plenius et seriosius continentur. Dictumque monasterium ac sorores ipsius, obstaculo et impedimento Iitigif ipsi monasterio et sororibus eius a magno tempore hactenus moti ac facti

per sentenciam iam oblato, parate sint et se offerant ac pi'ofiteantur et asserant predictarum possessionum redditus cum dicto emoluraento, onere et condicione adiectis secundum formam dicte vltime voluntatis assummere ac ex ipsis omnia et singula facere et exequi cum effectu, que et prout idem Nicolaus in dicta sua vltima voiuntate disposuit et mandauit, nec unquam per eas steterit(!) predicta omnia et singula, que ex forma dicte vltime voluntatis tenentur facere effectuaiiter executioni mandare. Dignemini predictos redditus supradictarum possessionum tam perceptos hactenus, quam qui percipientur in posterum secunaum formam dicte vltime voluntatis iam per sentenciam curie approbate sepefato monasterio per vestram adiudicare sentenciam. Habita quidem confessione Vulcinne Guidi de Matafarro, aduocati curie nostre, facte pro parte et nomine supradictorum commissario nomine predicto profitentis et asserentis in iudicio coram nobis se esse contentum ac volentem petita per dictum Petrum pro parte dictarum sororum et mohasterii, ut petuntur, et prout iustum fuerit, eidem monasterio fieri et dari debere secundum formam sepefate vltime voluntatis. Necnon ipsa vltima voluntate in iudicio exibita et pj-oducta, diligenter examinata et visa, pro tribunali sedentes, dei nomine inuocato, concorditer per sentenciam pronunciamus et dicimus in hiis scriptis, quod omnes redditus siue prouentus, qui. percipientur in posterum ex possessionibus in supradicta peticione dicti monasterii ac in dicta vltima voluntate nominatim expressis, quarum videlicet redditus et prouentus dicto monasterio relinquuntur, sint et .esse debeant monasterii sancti Nicolai predicti cum emolumento, onere et condicione in ipsa vltima voluntate expressis. Cuius laltime voluntatis formam semper in omnibus et per omnia obseruari volumus et iriandamus, per eandem decernentes sentenciam, quod de redditibus et prouentibus hactenus ab obitu dicti olim Nicolai ex pvenominatis, possessionibus perceptis et habitis primo conpleri et perfici debeat hospitale predictum et ipsum necessariis omnibus fulciri et muniri, prout conuenit hospitali esse munitum pro oportunitate et commodq personarum in ipso hqspitali ex forma dicte vltime voluntatis existere et morari. debentium. Si quid uero a predictis de prefatis iam perceptis redditibus restiterit siue superfuerit, diuidatur equaliter inter sorores. dicti mqnasterii pro emendis indumentis earum; pronunciantes predicta cqram Vulcinna Petri de Slorado, tribuno curie nostre secundum nqstram. bonam discretjonem et omni modq, forma et iure, quibus rnelius possumus et debemus. Qui tribunus ex officio. .suo mihi infrascripto notario mandauit, vt ipsam sentenciam in publicum redigerem documentum coram Marco de Pomo et Nicplao de Cande, ciuibus Jadre testibus rogatis et aliis.

(Drugi rukopisij.

Ego Nicolaus Faletro comes Jadre manum misi.

Ego Maurus de Cosica imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus, rogatus domini Pauli de Uaricassis, iudicis maioris curie Jadre nescientis scribere, me Ioco sui subscripsi.

Ego Michael de Fafogneis iudex manum misi.

Ego Grisogonus Francisci Cadullinus iudex Jadre manum misi.

(Signum not.)

Et ego Alexander condam Vgolini de Stella, publicus civitatis Jadre notarius et ad ciuilia eiusdem ciuitatis cancellarius deputatus scripsi et publicaui et meo signo et nomine roboraui.

Original 'u guiemial. arkizm u Zadru, odio samostana sv. NikoU no. 152.

81.

1333, 31. oktobra. U Zadru.

Jakov de Fafogna uzajmljuje od Mihe Cerne de Ptetbno 300 dukata.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo tricesimo tercio, indictione prima, die ultimo mensis octubris, jadre. Temporibus equidem domini Francisci Dandulo incliti ducis Venecie, et vacante archiepiscopatu Jadre per mortem domini Johannis de Butouano olim Jaderensis archiepiscopi, ac tempore domini Nicolai Faletro egregii comitis. Fateor per hoc presens instrumentum ego Jacobus condam Desse de Fafoneis ciuis Jadre, quomodo recepi et habeo a te Micha Qerni de Betono ciue Jadre trescentos(f) ducatos boni auri et iusti ponderis, quos mihi causa amoris in meis negociis peragendis mutue concesisti. Vnde ego predictus Jacobus cum heredibus et successoribus meis me obligo et promitto tibi dicto Miche tuisque heredibus et successoribus predictos ducatos trescentos boni auri et iusti ponderis dare et soluere hic in Jadra saluos in terra absque omni periculo ad omnimodam tuam peticionem et requisicionem sub pena quarti et omnium expensarum litis et extra super me et omnia bona mea presencia et futura, omni excepcione remota, nulloque pretermisso obstante. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Nicolao Galello et C°ᵛ"° condam Damiani de Nassi, ciuibus fadre et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Michael Leonardi imperiaii auctoritate notarius et Jaderensis iuratus interfui rogatus-, ut audiui, scripsi et roboraui.

(Signum not.J.

Originai u ark. grojova Begna u Posedarju. P. uo. 56

82.

1333, 1. deeembra. U Zadru.

Prodana udova Grisogona de Laurencio obvezuje se isplatiti Mateju de Cesamo 1000 libara kao miraz, koji ima dobiti sa svojom ženom Prodanom, kćerju Gregorija de Betona.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo tercio, indictione secunda, die primo mensis decembris, Jadre. Tempore domini Francisci Danduli incliti ducis Venecie, et domini Johanne de Butouano olim Jadrensi archiepiscopo defuncto vacante archiepiscopatu Jadre, ac domini Nicolai Falletro egregii comitis. Cum tu Matheus condam Georgii de Cesamo, ciuis Jadre, confessus sis te recepisse a me Prodana relicta Grisogoni de Laurencio, ciue Jadre libras mille denariorum paruorum pro dote domine Prodane uxoris tue, filie condam Gregorii de Betono, sicut de. . . . . . patet publico instrumento scripto die predicto per notarium infrascriptum [confjiteor te a me proinde nullum denarium recepisse, set(!) promitto tibi de dicta dote satisfacere pro modo infrascripto, videlicet soluere tibi Iibras trecentas denariorum paruorum hoc modo, quando dictam uxorem tuam traducere uolueris, videlicet dare tibi pro libris ducentis denariorum paruorum gognaios triginta terre vineate, que reddit terraticum, posite in Gelano, quam mihi uendidit Nicolaus de Butouano, gener meus, tenendum et usufructuandum quousque tibi dedero dictas libras ducentas, reliquas uero libras centum de dictis libris quidem trecentis debeo tibi soluere in rebus mobilibus extimatis, pro residuo autem dictarum librarum mille debes petere et exigere tuis expensis partem dicte uxoris tue bonorum dicti olim Gregorii patris sui, et optenta per te dicta parte dicte uxoris tue dictotum bonorum paternorum debet dicta pars optenta tunc extimari tibi in ratione soluc[ionis] dictarum ibrarum mille dotis predicte per comunes homines, quos tunc eligemus et extimata dicta parte exigenda dictorum bonorum, ut dictum est, debeo tibi residuum dictarum librarum mille denariorum paruorum dotis

predicte tuisque heredibus et et successoribus soluere per me meosque heredes et successores usque ad quinque annos proxime futuros, conputandos a die extimacionis predicte post optentum dicte partis bonorum paternorum dicte uxoris tue, sub pena quarti et omnium expensarum litis et extra super me et bonis meis omnibus presentibus et futuris. Et pena soluta uel non, presens tamen instrumentum pro modo predicto firmum sit, omni excepcione remota, nulloque pretermisso obstante. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Michaele condam Cerni de Betono, et Michaele condam Bogdi de Cande, ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Damianus Miche Pasque de Varicassis iudex examinator manum misi.

(Signum not.)

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui.

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole no. 153.

83.

1333, 8. (9.) decembra. U Sibeniku.

Općina šibenićka odredjuje Grgura sma Dagoja Kuz?ne zastupnikom svojim kod odredjivanja medja izmedfu teritorija šibeničkoga i trogirskoga pred mletačkim izaslanikom.

In Christi nomine amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo trecentesimo trigcssimo (!) tertio, indiccione prima, die octauo[1] mensis decembris/regnante domino Karolo serenissimo rege Vngarie, tempore domini Francisci Dandulo incliti ducis Venecie, et domini Grisogoni de Fafogna de Jadra venerabilis Sibenicensis episcopi, ac nobilis et sapientis viri domini Marci Cornario honorabilis comitis ciuitatis Sibenicensis,- atque dominorum iudicum Marini Bertii, Joannis Radini et Xicolai Mathei, presente Helia Mihe de Mutto de Jadra habitatoris Sibenici, Pet.ro Alexandri de Pistorio canonico comunis[2] Sibenicensis, ipriano[3] Dragoe[3], atque Nigoi de Sibenico et aliis. Generali et vniuerso

[1] Qdozgo ispravljeno : »no.no« drugom tintom.
- Očito pogriješka prepisaca mjesto: »capituli«.
^ LFmetnuto sa strane.

consilio ciuitatis Sibenici, ut moris est voce precona proclamato et dic predicta ad sonum campanarum in palatio comitis dicte ciuitatis solemniter congregato, in quo consilio computatis omnibus fuerunt consiliarii septuaginta quatuor congregati speciaiiter pro. . . . . . sinfdicum] et procuratorem dicti comunis faciendo ad infrascripta specialiter deputandum, egregius ac prouidus vir dominus Marcus Cornario superius nominatus comes Sibenici, iudices et consiliarii curie Sibenicensis nec non vniuersum predictum consilium generale, ut premittitur in uicem congregati, capta et firmata parte inter ipsos de sindico constituendo et ad infrascripta specialiter eligendum et celebrata electione, modo et ordine constituto, requisitis omnibus et singulis de dicto consilio generali et singulariter vniuersis personaliter et oretenus per me notarium infrascriptum eorum nemine discrepante et omnes vnanimiter et concordes pro se et nomine ac vice comunis et vniuersitatis ac singularium personarum ciuitatis predicte Sibenicensis fecerunt, constituerunt et ordinauerunt nobilem virum Gregorium Dragoi Cosme ciuem Sibenicensem presentem et mandatum suscipientem suum et dicti comunis et vniuersitatis ac singularium personarum ciuitatis predicte sindicum, procuratorem ac nuncium specialem ad essendum et specialiter comparendum pro parte, vice ac nomine dicti comunis coram egregio et prudenti viro domino Bertucio Bocassio honorabili ambaxiatore ducalis dominii misso et specialiter deputato ad terminandum, designandum et imponendum confines ac terminos inter territorium comunis Sibenici et territorium comunis Tragurii, super quibus huc usque questio et dissessio noscitur orta fore. Dantes et concedentes prefati dominus corries, iudices et vniuersum consilium supradictum prefato eorum sindico, nuncio et prdP curatori in predictis et circa predicta plenam virtutem et omnimodam pro eis et eorum nomine ac vice et nomine prefati comunis et singularium personarum eiusdem agendi, defendendi, petendi, respondendi, placitandi, aduocandi, aduocatum tollendi, litem contestandi et protestandi, prosequendi, libellos dandi et recipiendi, exceptionibus opponendi et oppositioni respondendi, instrumenta, scripta, priuilegia, rationes et iura quelibet proponendi et introduccndi testes et quaslibet probationes et introductiones reprobandi, prote-standi[1] et[1] protestationes[1] prosequendH, procuratorem vnum vel plures, sicut et quando opus fuerit, substituendi et sUbstitutos reuocandi, iudices et arbitros eligendi compromittendi ac compromissum faciend: cum pena et obligatione et qualibet cautione. in causa concludendi, sententiam petendi et audiendi et executioni nxandari faciendi, nec. non. in facto et circa factum ipsorum confiriium

[1] Umetnuto iznad linije drugom tintom.

determinandorum et designandorum componendi, concordandi, paciscendi, imponendi et imponi faciendi, statuendi et designandi et designari faciendi confines ipsos inter Traguriense territorium et Sibenicense, et superinde contractus quoslibet faciendi et pacta et fieri mandandi, cum fine, quietatione, remissione, securitate et pacto de amplius non petendo et non molestando, cum securitate et obligatione partium et apposite pene et qualibet cautione et generaliter faciendi et exercendi tam per se quam per sustitutum(f) procurratorem pro ipsis domino comite, iudicibus, consilio et comuni dicte ciuitatis Sibenici, et eorum nomine omnia et singula, que in facto predictorum confinium terminandorum et in omnibus ab inde dependentibus fieri neccessaria uisa forent, et que merita causarum per singula capitula postulant, etiam si mandatum exigerent speciale, prout et sicut ipsi constituentes presentialiter facere possent et sicut quilibet verus procurator et sindicus alicuius facere ct exercere potest. Promittentes dicti dominus comes, iudices et consiliarii supradictum firmum, ratum et gratum habere et tenere perpetuo quicquid per ipsum sindicum et procuratorem et per substitutum uel substitutos ab eo in predictis et circa predicta pro eis et eorum nomine factum fuerit, ordinatum, statutum et finitum, et nulla causa uel ingenio premissis uel alicui premissorum contradicere, facere aliqua ratione uel causa de iure uel de facto sub obligatione bonorum omnium [comunis] et singularium personarum eiusdem ciuitatis mobilium et stabilium, presentium et futurorum. Actum in palatio dicti comunis.

Ego Tollinus condam. Lirach[1] Striani examinator manum misi.

Ego Antonius de Confortis de Padua imperiali auctoritate notarius et comunis Sibenici iuratus cancelarius interfui et rogatus, ut audiui hec scripsi.

Iz odluke mletačkog izaslanika Bertucija od 31. decembra 1333. Ova odluka iz prijepisa kaptola trogirskoga od 20. januara 1426. u arkivu kaptola u Trogiru no. oi.

84.

1333, 10. decembra. U Zadru.

Marin i Stjepan sinovi Blaia de Soppe, dijele svoja imanja na Velikoj i otoku Ravi.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo tercio, indicione secunda, die decimo mensis decembris. Tempore domini Francisci Dandulo incliti ducis Venecie, et domino Johanne de Butouano olim Jadrensi archiepiscopo defuncto vacante archiepiscopatu Jadre, ac domini Nicolai Falletro egregii comitis. Marinus et Stephanus fratres, filii condam Blasii de Soppe, ciues Jadre diuiserunt inter se infrascripta bona inter eos comunia, ponentes in una parte omnes terras de Macina positas in insula Magna; item omnes vineas in insula Raue a parte austri in Puncta; item omnes vineas a parte boree dicte insule Raue cum r. . . . . tis omnium e. . . . . in dicta insula Raue et murahas positas Jadre ad Pusterlam cum locis quirinalibus usque ad angulum camini (Joilli fratris eorum. Et hec pars uenit dicto Marino proiccta sorte inter eos. Quibus muraliis et locis de borea est hospicium Nicolai fratris eorum et partim curia dicti (Joilli, de trauersa via publica, de austro loca Petri de Matafaris, de quirina loca dicti Stephani. In alia uero parte posuerunt omnes terras de Cistino positas in dicta insula Magna; item omnes vineas de Martinadragha positas in dicta insula Raue cum vineis de campo, ubi sedent uillani et medietatem omnium terrarum ibidem et loca ad Pusterlam de quirina curie, muralium et usque ad dictum angulum dicti camini predicti (Joilli, in quirinam usque ad fabros; et hec pars uenit predicto Stephano proiecta sorte inter eos; quibus locis de austro partim loca Petri predicti et partim domus Johannis Qualis, de quirina via publica, de borea partim loca Michaelis de Cande et partim hospicium et ortus dicti Qoilli, de trauersa loca cum muraliis dicti Marini. Ita, ut deinceps quilibet dictorum Marini et Stephani fratrum cum heredibus et successoribus suis possit facere de sua parte predicta cum suis pertinenciis et iuribus suum uelle sicut de suo proprio. Promittentes dicti fratres Marinus et Stephanus per se suosque heredes et successores ad inuicem hanc diuisionem pro modo predicto firmam et ratam habere et tenere perpetuo et non contrafacere de iure uel de facto super se et bonis suis omnibus prestentibus et futuris, omni excepcione remota nulloque pretermisso obstante. Super quibus facta sunt duo consimilia publica instrumenta, videlicet unum dicto Marino et unum predicto Stephano ad cautellam et maiorem euidenciam predictorum. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Rainerio de Bitthe et Thomassio de Nosdrogna ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Damianus Miche Pasque de Varicassis iudex examinator manum misi.

(Signum not.),

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo consueto signaui.

Original u arkivu grofova Begna u Posedarju. P. no. 58.

[1] Slijedi precrtano : >notarius«.

85.

1333, 11. decembra. U Trogiru.

Općina trogirska odredjuje Barona Silurina zastupmkom svojim kod odredjivanja medja izmedju teritorija trogirskoga i šibeničkoga.

In Christi nomine amen. Anno natiuitatis eiusdum millesimo trecentesimo trigesimo tercio, indictione prima, regnante domino Karulo serenissimo rege Vngarie, ac inclito domino domino Francisco Dandulo Venetiarum duce, et temporibus venerabilis patris domini Lampredii episcopi, et magnifici domini domini Johannis Gradonico honorabilis comitis Tragurii, suorumque iudicum nobilium virorum dominorum Bere (!) Amblasii, Danielis Jacobi, Mengace Dese et Martini Duymi die undecimo decembris. Cum alias per dictum dominum comitem et eius curiam ac consilium generale ciuitatis Tragurii factus et constitutus fuisset sindicus et procurator comunis hominum Tragurii nobilis vir dominus Daniel condam Jacobi specialiter ad hec infrascripta, et dictus Daniel infirmitate opressus predictis non valeat superesse; dictus dominus comes, curia, iudices et consiliarii ac consilium generale Tragurii in palacio comunis congregati, ut moris est, vnanimiter et concorditer nemine discrepante et singillatim, requisitus quilibet solemniter per me notarium subscriptum, ratificantes et approbantes, que facta sunt huc usque per dictum Danielem Jacobi sindicario nomine supradicto, fecerunt, constituerunt et ordinauerunt nobilem virum dominum Baronum Siluri[ni] presentem et volentem suum certum nuncium et procuratorem ac sindicium specialem ad comparendum coram nobili viro domino Bertucio Bocassio per ducale dominium delegato tam ad agendum, quam ad defendendum contra comune et homines Sibenici seu contra quemlibet pro eo comuni et hominibus Sibenici lege comparentem, petendum et respondendum, opponendum, libellos dandum et recipiendum, litem contestandum, iurandum de calumnia et veritate dicenda et quodlibet aliud genus sacramenti faciendum in eorum animabus, quod merita causarum et his similia exigunt et requirunt et ad iura, infrascripta priuilegia, testes, probationes cuiuslibet generis inducendum et producendum et aduerse parti produci uidendum, iudices seu aduocatos eligendum, terminos locari faciendum, deliberandum, dilationes petendum, concludendum, sententiam et sentencias audiendum, eas executioni mandari petendum et faciendum, appellandum, annullandum, protestandum et appellationes, annullationes et protestationes prosequendum, fines,

terminos seu etiam medas(!) videndum ponere per dictum dominum delegatum; et generaliter ad omnia alia et singula faciiendum, que in predictis et circa predicta requiruntur et exiguntur; et pro his omnibus et singulis obseruandis, obligandum bona comunis et specialium personarum ciuitatis Tragurii, et ad recipiendum precepta a domino delegato cum pena et sine pena. Dantes et concedentes dicto suo sindico et procuratori plenum, liberum et generale mandatum ibi presenti, volenti et sponte recipienti hoc mandatum agendi et complendi o т ф a et singula supradicta, sicut ipsimet facere possint, si personaliter interessent. ['W' Promittentes mihi notario subscripto stipulanti et recipienti pro omnibus quorum interest uel interesse posset se firmum, gratum perpetuo habiturum quiquid per dictum suum sindicum seu procuratorem actum seu gestum fuerit in predictis et circa predicta sub obligatione omnium bonorum comunis et specialium personarum Tragurii. Actum Tragurii in pallatio comunis, presentibus Cone[1] Domiche, Frederico Mathei Luci testibus rogatis et Joanne Desse examinatore.

Ego Tohannes Desse Petri conscius examinaui.

Ego Gorustus(!) de Raynone de Feltre imperiali auctoritate notarius cancelarius Tragurii iuratus hiis omnibus interfui, ac rogatus scripsi et publicaui.

Iz odtuke mletackog izasianika Bertucija od 31. decembra 1333. Ova • odluka iz prijepisa kaptola trogirskoga od 20. januara 1426. u arkivu kaptola u Trogiru no. 54.

86.

1333, 28. deeembra. U Zadru.

Marilo Marignoh zadarski trgovac prodaje Tomašu de Sloradis trećinu svoje barke.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo tercio, indicione secunda, die vigesimo octauo mensis decembris, Jadre. Tempore domini Francisci Danduli incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Johannis de Butouano olim Jadrensis archiepiscopi defuncto corpore uacante Jadre archiepiscopatu, ac domini Nicolai Faletro egregii comitis. Ego Marillus condam Marci Marignolli • mercator Jadre uendo tibi Thomasseq de Sloradis ciui Jadre terciam

[1] Mjesto: »Quoe-

partem unius mei ligni uocati »Sancta Maria« vadagna(!) et terciam partem omnium coredorum, masaraticium, iurium et pertinenciarum dicti ligni ad dictam terciam partem ipsius ligni, quam tibi uendo pertinentes; quod lignum est in portu Grauose in partibus Raguse; vt deinceps de dicta tercia parte dicti ligni et de tercia parte omnium corredorum, masaraticium, pertinenciarum et iurium dicti ligni tu dictus Thomassius possis facere tuum uelle sicut de tuo proprio, pro pretio librarum decem denariorum venetorum grossorum, quod pretium ego dictus Marillus confiteor, me a te dicto Thomassio integre recepisse. Promittens ego dictus Marillus per me meosque heredes et successores tibi dicto Thomassio tuisque heredibus et successoribus dictam terciam partem dicti ligni et terciam partem omnium corredorum, masaraticium, pertinenciarum et iurium ipsius ligni ad ipsam terciam partem predicti ligni tibi uenditam pertinencium excalumpniare in ratione ab omni persona super me et bonis meis omnibus presentibus et tuturis. In quo ligno debeo ego dictus Marillus nauigare usque ad festum sancti Andree, mensis novembris proxime futuri et patronicare dictum lignum iam pro parte tua per totum predictum terminum super me et bonis meis omnibus presentibus et futuris. Actum est hoc et firmatum coram hiis et rogatis testibus, scilicet Michaele de Zigalis et Vulcigna condam Guidi de Matafaris ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis.)

f Ego Grisogonus Damiani de Fafogna examinator examinaiii.

(Signum not.)

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo consueto signaui-

Original u gtibemijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Dominika no. 709.

87.

1333, 31. deeembra. In valle Stolpone.

Po nalogu vijeća mletačkoga odredjuje Bertucije Bocassio medje teritorija grada Trogira i Šibenika.

In Christi nomine amen. Anno eiusdem nativitatis millesimo trecentesimo trigesimo tertio, indictione prima, die vltimo mensis decembris. Cum instigante humani generis inimico, qui nunquam cessit inter propinquos et amicos scandala seminare, multe et diuerse questiones orte

forent inter commune et homines Sibenici ex vna parte, et commune et homines Tragurii ex altera, fideles et deuotos domini ducis et communis Venetiarum occasione certorum confinium suorum territoriorum, qui dicebantur non cognosci per ipsas partes in impedimentum amoris et dilectionis inter eos hactenus obseruate et pro sedandis predictis questionibus, et vt vtraque dictarum partium sciret quod esset suum, ad petitionem, postulationem et supplicationem ipsarum partium plures et pluries factam inclito domino duci et communi Venetiarum per eas et vtramque earum per litteras et ambassatas, ipse dominus dux, qui cupit quietem esse inter omnes suos subditos, ad videndum et terminandum ipsos confines commisisset nobilibus viris dominis Lodoyco Mauroceno tum comiti Sibenici, et Joanni Gradonico comiti Tragurii, et Donato Contareno comiti Spalatensi, ut eos confirmarent, sicut pro bono et quiete partium sibi vtile videatur, et nobiles viri domini Donatus Contareno et Johannes Gradonico super terminatione ipsorum confinium quandarh suam sentenciam protulissent et post prolationem ipsius sententie iterato prefatus dominus dux commisisset nobilibus viris dominis Blasio Geno tunc comiti Sibenici, Joanni Gradonico comiti Traguriensi et Nicolao de Molino comiti Spaleti, quod imponerent confines super dictis territoriis secundum formam sententie superius nominate. Et cum predicti nobilJes vellent mandatis(f) domini ducis totaliter adimplere, id facere nequiuerunt propter quendam locum vocatum Meclinam, existentem inter dictas partes, de quo et aliis pluribus orta fuit questio inter eas. Que questio a probatione dicte sententie citra nullatenus defectu partium potuit ammoueri, et dum dicta comunia Sibenici et Tragurii viderent se in tam magno danno(!) et dispendio permanere ob dictos confines super dictis territoriis secundum formam sententie et in confinatis remanere, miserunt nuper predicto domino duci et comuni Venetiarum suos ambaxiatores cum ambaxata et postulatis infrascriptis, quarum tenores hic sequuntur, et primo videlicet ambaxate comunis et hominum Sibenici torma talis est: Coram vobis illustri et excellentissimo domino domino Francisco Dandulo dei gratia Venetiarum, Dalmatie atque Croacie inclito duci et domino quarte partis et dimidie totius imperii Romanie, suo domino reuerendo, vestroque honorabili consilio exponit et dicit Radoslauus filius Georgii Custignach de Sibenico ambaxiator comunis, hominum et vniuersitatis ciuitatis Sibenici, vestrorum fidelium vice et nomine dicti comunis et vniuersitatis, quod cum dudum questio uerteretur et esset inter comune et homines de Tragurio et comune et homines de Sibenico occasione aliquorum confinium terminaodorum territorii dictorum comunium, vestra ducalis preheminentia (!) desiderans et affectans ipsi questioni debitum finem imponere, et vt omnis materia

scandali euitaretur, set magis amor et dilectio uigeret inter vestros fideles predictos, placuit committere ipsam questionem termiuandam nobilibus viris dominis Lodoyco Mauroceno Sybenicensi, Donato Contareno Spalatensi, et Johanni Gradonico Traguriensi tunc temporis de vestro mandato comitibus. Et per dictos dominos comites Spalatensem et Traguriensem lata fuit quedam sententia super predictis, videlicet: Quod deberet incipefre] . . . . . . nentis . . . . nte proceden[do] versus Meglinam; et tunc tempore nobilium [virorum] domiliorum Nicolai de Molino Spalatensis, Joannis Gradonico de sancto Paulo Traguriensis, et. Blasii Geno Sibenicensis comitum, quibus per vestrum ducale domi[nium commis]sum fuerat . . . . mam et cont . . . [la]te sententie inceptum fuisset ponere et signare confines a puncta de Stolpona et volendo ire sic directe usque Meclinam, fuit questio de dicto loco Mecline inter homines de Sibenico et iilos de Tragurio, quia vna . . . . in vno loco, et akera pars in alio loco; et sic dicti domini comites non poterant esse concordes de ponendo ipsos confines secundum sentenciam vsque Meclinam, quia partes non concordabant in dicendo et ostendendo vbi esset locus qui Meclina nominabatur. Et tunc per ipsos dominos comites de voluntate partium acceptis tribus nobilibus viris, vno de Spaleto, altero de Tragurio et tercio de Sibenico, qui debeant ire, inquirere et examinare ubi esset et appellaretur Meclina; ipsi tres nobiles iuerunt et requisiuerunt a villanis de Tragurio et a transeuntibus per partes illas, ipsi inquisiuerunt et inuenerunt locum verum qui appellatus Meclina, et reperto dicto loco visum fuit illis de Tragurio ipsos confines nimis appropinquare versus Tragurium ita, quod nullo modo potuerunt inuicem concordari. Et sic hucusque negocium dictorum confinium in discordia permansit. Nunc autem, cum iterato per vestrum ducale dominium commissum fuisset domino Jacobo Gradonico de vestro mandato comiti Spalatensi predictas partes conducere ad concordium, si posset, et videndum et examinandum dictos confines secundum modum in ducalibus litteris comprehensum; et cum ipse dominus comes Spalatensis conuocatis partibus et comitibus Traguriensi et Sibenicensi non potuerit adimplere mandata ex discrepatione partium uon potentium aliqualiter concordare inuicem, destitit a proposito; et sic remansit negocium non finitum. Quapropter idem Radoslauus ambaxiator predictus nomine supradicto vestre ducali preheminentie supplicauit reuerenter, quatenus postquam dicte partes de dictis confinibus imponendis non possunt aliquatenus concordari, ad hoc ut amor et dilectio semper uigeat inter ipsos vestros fideles et omnis sintila (!) scandali euitetur, ac ipsi questioni finis perpetuus imponatur et vnusquisque possit possidere et valeat quod est suum, ipsa vestra ducalis excellentia.

dignetur committere et ordinare expensis partium predictarum vni nobili viro, qui dicta occasione in partes nunquam fuerit nec de dicta questione fuerit aliqualiter informatus, qui ire debeat ad locum dictorum confinium et ibi ponere confines, secundum quod ei videretur iustum iuxta formam late sententie; cui etiam per ipsum vestrum ducale dominium sit attributa potestas recidendi et detruncandi ab utraque parte ponendo confines predictos, sicut ei pro statu pacifico ambarum partium videbitur conuenire; et vt amplius dicte partes expensis uel laboribus non grauentur examinando et inquirendo predicta a nobilibus de Spaleto et de Sclauania (!), ut .sue prudentie videbitur expedire; et quod comites ciuitatum interesse non debeant in dicto negocio, set solum certi nobiles pro parte, qui iura dictorum comunium debeant ostendere et allegare eo maxime, quia nunc ad presens ciuitates tam diu non bene starent absque eorum comitibus propter longitudinem negocii supradicti. Forma autem ambaxate comunis et hominum Tragurii per omnia talis est: Coram vobis illustri et magnifico domino meo domino Francisco Dandulo dei gratia Venetiarum, Dalmatie atque Croatie duce, serenissimo domino quarte partis et dimidie totius imperii Romanie, vestroque honorabili consilio expono et dico ego Gregorius condam Mathei Luce de Tragurio nuncius et ambaxiator comunis et hominum Tragurii, quod cum alias per Casotum de Tragurio ambaxiatorem dicte ciuitatis deposita fuerit querella coram magnificentia vestra super damnis datis per comune et homines Sibenici in valle Drasiuice districtus Tragurii dictis comuni et hominibus Tragurii accipiendo et comburendo bladum dicte vallis, humiliter supplicantes, quod dignaretur vestra serenitas committere cuicumque vobis placeret super dictis damnis et etiam confinibus inter dicta comunia Tragurii et Sibenici, et per dominationem vestram commissum fuisset nobili viro domino Jacobo Gradonico de vestro mandato comiti Spaleti, quod deberet audire partes et videre confinia, et si posset concordare partes, bene quidem, aliter uero consilium suum preberet vestre excellentie. Et dictus dominus comes Spaleti ac etiam dominus comes Tragurii et dominus comes Sibenicensis cum certis nobilibus dictarum ciuitatum fuerint integre in Stolpina, ad locum confinium, et quod actum est in predictis, vestre sit magnificentie declaratum per dominum comitem Spaleti et dominum comitem Tragurii per literas suas; missus sim ad excellentiam vestram tamquam domino humiliter supplicando, quod dignemini prouidere de illis vestris fidelibus et subiectis, videlicet committere domino Donato Contareno, qui fuit iudex sentencie, quod veniat clarificare dictam sentenciam et quid luit sue intentionis in dicta sentencia; qui habeat plenum mandatum a dominatiore vestra de videndo, examinando iure

partium ac in iniungendo, minuendo in dicta sentencia, prout sibi videbitur fore iustum, ac ponendo confines signando taliter, quod de cetero inter dicta comunia nullum scandalim oriatur; et faciat reficere dicta damna, sicut sibi uidebitur conuenire. Et si dominus Donatus non posset venire, dignetur vestra dominatio comittere domino comiti Spaleti uel alii (!) nobili de Venetiis velle vestro, qui habeat plenum mandatum de ponendo confines et signando et damna emendari faciendo sicut sue disectioni (!) videbitur apparere in honorem dominationis vestre et in statum pacificum illarum vestrarum ciuitatum. Etoffero.pro dicto comuni Tragurii de soluendo dicto vestro delegato salarium per vos taxandum ad expensas comunis nel partis perdentis, sicut vestra serenitas duxerit iniungendum.

Super autem predictis ambaxatis et postulationibus exhibitis in scriptis per ipsas partes dicto domino duci, que sibi iuste apparuerunt pro tranquilitate suorum fidelium predictorum, capta fuit infrascripta pars ner ipšum dominum ducem et suum consilium rogata, cuius tenor per omnia talis est: *(Shjedi listina vijeća mletačkoga od 12. oktobra 1333.)*

Ad hec autem omnia supradicta percomplenda et terminanda iuxta formam partis predicte et ambaxatorum supradictorum ipse dominus dux et consilium prelibatum eligentes in ambaxatorem et iudicem virum nobilem et prudentem dominum Bertucium Bocassium honorabilem ciuem Venetiarum, transmiserunt eum ad dicta loca questionum et confinium et ad videndum ea et dictam sentenciam ac iura partium examinandum et ad ipsos confines declarandos et consignandos secundum formam dicte partis, sicut sibi iustum apparuerit. Qui dominus Bertucius Boccassio supradictus perueniens ad ipsa loca, et ipsa loca ad oculum videns et audiens, intelligens et examinans pluries et pluries omnia que dicere, allegare, proponere et ostendere super predictis et quolibet predictorum uoluerint partes predicte et vtraque ipsarum, silicet ser Baronus Silurifni] vir providus, sindicus et sindicario nomine pro parte comunis et hominum Tragurii, vt patet per sindicatum per eum productum ; cuius tenor per omnia talis est: *(Slijedt listina općine trogirske od 11. decembra 1333.)* Ac providus vir ser Gregorius Dragoi sindicus et sindicario nomine pro parte comunis et hominum Sibenici, vt apparet ex sindicatu per eum producto, cuius tener per omnia talis est: *(Slijedi listina općine šibeničke od 8. (9.) decembra 1333.).* Christi nomine inuocato, qui iustitie et . . . omnium fons est et origo, ex arbitrio superius sibi dato et sedens pro tribunali sentenciam latam per nobiles viros dominos Donatum Contareno et Johannem Gradonico olim comitem Tragurii et Spaleti et scriptam per Alexandrum Joannis Albertonis de Firmo nota-

rium, in MCCCXXVIIIL, indictione XII., die XVI. septembris p[er omnia] annullando taliter, quod nullius sit valentie vel vigoris nec ullo tempore ea aliquis vti valeat modo aliquo uel ingenio tamquam re irrita atque uana, dixit diffiniuit, laudauit et sententiauit, videlicet hoc modo, quod a latere superiori versus septemtrionem fossa de Blissai versus occidentem sit et esse debeat communis et hominum Sibenici, descendendo uersus austrum uel quirini(!) vsque caput montis Coctelini a latere leuantis versus Tragurium; reseruata semper sententia lata per nobiles viros dominos Aloysium Mauroceni et Donatum Contareno, et ab alio latere, videlicet Tragurii veniendo versus occidentem vsque dictam fossam de Blisai cum Bestrice sit confinium comunis et hominum Tragurii; a dicto vero capite montis Coctelini veniendo per viam garbini uel quirini dimittendo Castrouidolag a parte orientis versus Tragurium, in quo Castrouidolac signatum est in lapide viuo vna f, et a dicto signo et per vallem et viam austri vsque ad aliam f in petra uiua signatam in valle predicta, et ab ipso signo veniendo per ipsam vallem ad aliam f positam in capite vallis vocate Pethgnich in petra uiua; ac ab inde recto tramito veniendo per montem uocatum ut supra Pethgnich, in cuius montis descensu versus occidentem est quedam fossa uocata etiam Pethgnich, ad quam fossam signata est vna f in petra uiua usque ad quandam aliam f signatam in petra uiua uocata »arca petre« ; et demum etiam recto tramite veniendo vsque ad quandam aliam f signatam in petra uiua in terris episcopi Traguriensis confinantibus cum terra quadam Mihaelis et Georgii filiorum condam Dragoy de Sibenico, et ab ipsa f vltima ascendendo versus orientem sit et esse debeat confinis comunis •et hominum Tragurii, et ab eadem f vltima descendendo versus occidentem sit et esse debeat confinis comunis et hominum Sibenici; et ab ea predicta f vltima veniendo per viam garbini uel quirini recto tramite vsque vallem Dracnice signatam a parte leuantis in petra viua cum vna f sit et esse debeat confinis comunis et hominum Tragurii versus orientem et dicta vallis Dragnice tota cum aqua a Iatere occidentis sit comunis et hominum Sibenici; a valle vero Dracnice ueniendo recto tramite usque caput Machali, quod inuenitur signatum cum vna cruce in lapide viuo et in tantum, quantum comprehendit et extenditur ipse Machalus, sit totaliter versus Traguriense comunis et hominum Tragurii; a capite vero Machali predicto signato veniendo per garbinum uel quirini recto tramite usque caput uallis Stelpone signatum cum vna f in petra uiua a parte orientis totaliter sit a parte orientis confinis comunis et hominum Tragurii, et a dicta signata in capite ipsius vallis Stalpone eundo versus septemtrionem ut confinis, et exinde veniendo a Machali usque ad vallem et etiam exinde caput ponentis totum usque in mare

sit confinis comunis et hominum Sibenici; et totum aliud iatus a dicta f versus austrum siue mare eundo versus occidentem ponendo etiam montem qui uocatur Siatoglao, cuius montis caput bibit in aqua in ore vallis dicte Stalpone, que vallis vadit in mare signata cum vno frusto episcopi et vna cruce f in petra uiua sit comunis et hominum Tragurii et etiam a frusto episcopi et f predicta signata vsque in mare cum scopulo uocato Fici, qui est in capite starie uocate »Puncta Mauri« et parua et magna, que sit et esse intendatur ipsius starie, que staria vadit in mare, a parte leuantis, sit et esse debeat confinis comunis et hominum Tragurii; alii vero duo scopuleti et quidam alius scopulus vocatus Caurera et slauonice Copara, sint et esse debeant comunis et hominum Sibenici; saluis semper et reseruatis iuribus cuiuslibet persone tam ecclesiastice quam secularis ius habentis in confinibus antedictis, que debeat petere et consequi iura sua in Sibenico vel in Tragurio, ut debitum postulat rationis iniunctis locis et terris ipsorum confinium. Quam quidem sententiam supradictam protulit dictus dominus Bertucius ambaxiator et iudex in predictis perpetuo duraturam inter ipsas partes et eam obseruari iussit per partes easdem et vtramque ipsarum per se et suos successores et in nullo contrafieri per se uel alios de iure uel de facto sub pena librarum mille pro vtroque dictorum comunium; quam penam licitum sit parti obedienti petere et exigere cum effectu a parte per quam foret contrafactum in predictis uel aliquo predictorum; et similiter obseruari iussit per speciales personas vtriusque partium predictarum sub pena librarum ducentarum, que pena similiter peti possit et recipi cum effectu, ut supra de libris mille dictum est et tam per comune quam per diuisum qualem vice et in quolibet capitulo, in quo foret modo aliquo contrafactum. Et etiam precepit utrique parti, quod signa predicta in dictis confinibus posita et signata debeant perpetualiter existere et manere, et quod neutra partium ipsarum audet dicta signa uel aliquid predictorum tempore aliquo remouere per se uel alios aliquo modo uel ingenio sub pena librarum ducentarum; quam penam licitum sit etiam parti aggrauate petere et exigere effectualiter a parte contrafaciente; et tamen ipsa pars, per quam remota forent ipsa signa uel aliquid ipsorum, teneatur ipsa refici facere et designari in eodem loco uel circa ipsum, et nichilominus penis solutis uel[1] non[1] exactis[1], hec sentencia in sua permaneat firmitate. Cuius sentencie duo publica instrumenta iussit idem dominus Bertucius perfici per me notarium infrascriptum, vnum videlicet pro parte dandum. Lecta, lata fuit et pronunciata sentencia supradicta per dictum dominum Bertucium Bocassio

[1] Dva puta pisano.

ambaxiatorem et iudicem delegatum, presentibus partibus supradictis in predictis millesimo, indictione et die in valle Stolpone penes viam terdam (!), presentibus prudentibus viris dominis Cipriano condam Bosani ciue Spalatensi, Menegello de Clugia habitatore Sibenici, Dobrosio Sagarich ciue Sibenicensi, Benedicto Siluri[ni] de Tragurio, ac Steffano et Lanfranco de Mediolano et aliis testibus ad hec vocatis et rogatis.

(Post hec stabantur infrascripta verba in dicta sententia, que videbantur cancellata videlicet)[1]: Omnia vero supradicta processerunt de ambarum partium voluntate, excepto quam in diffinitione scopulorum dictum ego Laurentius subscriptus de mandato domini predicti ambaxatoris supradicta verba cancellaui[2].

(Inferius vero erat ipsius iudicis delegati subscriptio in hunc modum):

Ego Bertucius Bocassio de mandato domini ducis Veneciarum iudex delegatus manum misi.

(Subtus quam subscriptionem erat subscriptio notarii in hunc modum):

Ego Laurentius Bonconscio imperiali auctoritate notarius et ducalis aule Venete scriba, predicte pronunciationi et sentencie ac omnibus in ea contentis presens fui et de mandato dicti domini Bertucii ambaxiatoris et iudicis ea scripsi et in publicam formam redegi.

Iz prijepisa kaptola trogirskoga od 20. januara 1426.
Originai ovoga prijepisa u arkivu kaptola u Trogiru no. 54.
Lucius Mem. di Trait 182.—183. priopćio samo medje.

88.

1333. U Čiču.

Pred Mikićem županom zemskim biva prodaja zeml]e.

Nos Mykec comes terrestri(I) damus pro memoria vniuersis quibus expedit, quod comparuerunt coram nobis nobili(!) viri ab una parte Blasius filius Cihan cum suis cognatis et cum generacionibus suis cum Bratko, Rathen filius Raden, Carnec filius Malsic, Mladec filius Ozren, ab altera uero filii Ivan: Johannes, Mateus, Ivan; illi idem Blasius, Bratko, Rathen, Carnec, Mladec antenominati confessi sunt coram nobis uiua uoce, terram suorum (!) hereditariam vendidisse antedictis filiis Ivan, quindecim vretenos pro tres marcas bonorum denariorum; illi uero antedicti

[1] Ovo u zaporci komentira prepisivač od 20. januara 1426.
[2] Iznad toga ispravljeno : cancellata.

dixerunt se solutum (!) et filiis Ivan ipsi asignauerunt et dederunt illam terram in perpetuo abere (!) et possidere heredibus suis heredumque suis successoribus; illa uero terra iacet in Sep, commetaneus uero ab vna parte Stefanus filius Luchachii, ab altera uero Andreas filius Verkes. Ad hoc uero nos eis litteras nostras contulimus. Pristaldus uero Petko filius Petros. Datum in Ch[ic]ha, anno domini M°CCC° trigesimo tercio.

Original u arkivu općine turopoljske, pečat sativen visi na svilenoj ćrveno-zeleno-plavoj vrvci. — Laszowski Cod. Turop. I. 51.

89.

1334, 1. januara. U Zagrebu.

Kaptol zagrebački proglašuje, da će izgubiti svi oni vinograde, koji ih za fiet godina ne obradjuju.

Nos capitulum Zagrabiensis ecclesie significamus quibus expedit per presentes, quod quamvis sepius per nostros decanos fecerimus pupplice(!) proclamari, ne aliquis vineam suam in territorio nostre ecclesie dimittat desertari ita, ut ad plus per quinque annos non colatur, adhuc tamen tenore presencium notum esse volumus, quibus expedit in futurum, ut suas colant vineas et terram nostram non teneant occupatam •cum talibus desertis vineis; quia si infra tempus, ut premittitur, vinee huiusmodi non colantur, extunc comuni estimacione non consveverunt vinee appellari, maxime pro eo, quia nulla utilitas nobis, ymmo nec eorum olim dominis iure acquisito vel empticio provenire consvevit. •Cjuicumque autem secus fecerint, eo ipso amittant ius, quod in ipsis habeant olim vineis, nec possint aliquid habere querimonie contra illos, sive sint nostri prediales, sive alio iure possessiones a nostra ecclesia obtinentes; qui dictas olim vineas reparaverint, dummodo de licencia dominorum, in quibus extiterint hoc processerit, ymmo eis extunc . conpetant in perpetuum, prout est moris alias pleno iure. In cuius rei memoriam presentes concessimus litteras sigilli nostri pendentis munirnine roboratas. Datum in festo circumcisionis domini, anno eiusdem MCCCXXX quarto.

Lib. staf. capit. zagrab. part. IV. cap. XIX.
Tkalčić Mon. episcop. Zagrab. II. 139.
Tkalčić Mon. civit. Zagr. I. 144.

90.

1334, 3. januara. U Zadru.

Lazar glasonoSa zadarske kurije prodaje po nalogu sudišta vinograd i solane Nikole sina Vulcinje de Martinussio u Bavcu, Petru de Matafaris.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo tercio, indiccione secunda, die tercio mensis ianuarii, Jadere. Tempore domini Francisci Danduli incliti ducis Venecie, et domino Johanne de Butouano olim Jadrensi archiepiscopo defuncto uacante archiepiscopatu Jadere, ac domini Nicolai Falletro egregii comitis. Testificor ego Lacarus Jadrensis curie preco, quod de mandato predicti domini comitis et iudicum Jadere incantaui per unum mensem et ultra per plateas et loca consueta Jadere et denunciaui per ecclesias Jadere, ut moris est, ad peticionem Nicolai condam Dobri de Begna ciuis Jadre salinas Nicolai filii de Vulcigna de Martinussio ciuis Jadere positas in Bauac cum omnibus suis pertinenciis infra hos quatuor ueros confines, quibus de quirina est scapulus Bauag, de trauersa borea et austro est mare; item unam vineam positam in Tuclecano propriam dicti Nicolai condam Vulcigne, cui de quirina est mare, de austro et borea vinea domine Nicolote relicte Laurencii de Ziualellis, et de trauersa est via publica, et hoc pro euidenti debito dimidietatem tercie paghe librarum duorum millium denariorum paruorum, [in] qua tercia pagha bona dicti olim Vulcigne fuerunt dicto Nicolao de Begna per sentenciam maioris curie condempnata ac pro ipsius execucione sentencie fuit dictus Nicolaus de Begna per tribunum curie positus in pagamentum de mandato curie set non de uoluntate dicti Nicolai condam Vulcigne pro dicta dimidietate dicte tercie paghe; et fuerunt predicti vicini requisiti de dictis confinibus per dominum Grisogonum condam Francissci de Zadulino iudicem infrascriptum et contenti fuerunt coram dicto domino Grisogono iudice de dictis confinibus ita esse ut premitiur; de mandato -autem predicti domini comitis et iudicum Jadere demum notificato dicto Nicolao condam Vulcigne die deliberacionis dictarum possessionum et obseruatis omnibus, que per statuta et consuetudines Jadre debent et consueuerunt in huiusmodi incantibus obseruari, dictas salinas et vineam confinatas cum omnibus suis pertinenciis et iuribus dedi, uendidi et deliberaui sub logia magna Ja'dere, die dominico feriato in presencia predicti domini Grisogoni iudicis, Petro de Matafaris ciui Jadrensi pro libris trecentis sexaginta una dena-

riorum paruorum nemine exinde plus nec etiam tantum dare uolente, de quibus libris trecentis sexaginta una denariorum paruorum dictus Petrus soluit dicto Nicolao de Begna Hbras trecentas triginta tres, soldos sex et denarios octo denariorum paruorum et expensas pro dicta me- •dietate dicte tercie paghe dictarum librarum duorum millium denariorum paruorum et residuum dedit dicto Nicolao condam Vulcigne; vnde plenam habeat potestatem predictus Petrus cum heredibus et successoribus suis de dictis salinis et vinea confinata cum suis pertinenciis faciendi •deinceps suum uelle sicut de suo proprio nulla persona valente sibi in aliquo contra stare. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Nicolao de Vitchor et Petro de Rosa ciuibus Jadere et aliis.

(Drugi rukopisi).

Ego Nicolaus Faletro comes Jadre manu mea subscripsi.

Ego Maurus de Cosica imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus, rogatus domini Pauli de Uaricassa iudicis maioris curie Jadere nescientis scribere me loco sui subscripsi.

Ego Grisogonus Francisci Cadullini iudex Jadre manum misi.

Ego Nicolaus Madii Galelli iudex examinator manum missi.

f Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus scripsi et publicaui.

(Signum not.).

Original u arkivti jugoslavenske akademije u Zagrebu. Diplomata a. 1334.

91.

1334, 13. januara. U Zadru.

Sud rješava Canina de Piloso, koga je tužio ujak Marin ftleban sv. Stfepana radi duga od 300 libara.

In dei nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo tercio, indictione secunda, die tercio decimo ianuarii, Jadre. Tempore domini Francisci Danduli incliti ducis Venecie, et domini Nicolai Faletri honorabilis comitis, Jadrensi archiepiscopatu vacante. Nos Nicolaus Faletro comes predictus et Paulus de Varicassis, Michael de Fafogna et Grisogonus Francisci de Cadulino, iudices ciuitatis Jadre, cognitores peticionis facte a Marino plebano sancti Stephani de Jadra contra Caninum de Piloso eius nepotem de libris in summa trecentis paruorum, quas petebat sibi dari de bohis comunibus inter eos ante

partem pro eo, quod asserebat sororem Lipam monialem monasterii sancti Nicolai et sororem Dobram monialem monasterii sancti Demitrii de Jadra, sorores dicti (^anini habuisse tempore, quo dicta monasteria intrauerunt inter denarios, res mobiles et corredia lite itaque legiptime (!) secundum morem et cursum Jadre contestata ac examinatis testibus, ab ipso Marino ad probandam suam intentionem productos, et auditis allegationibus factis pro parte ipsius Marini per Grisogonum de Vitaca, aduocatum curie nostre, nec non exceptionibus et responsionibus factis pro parte dicti (Janini per Marcum de Pomo, similiter aduocatum curie nostre, et maxime statuto: De probationibus, capitulo: Dispendia litium etc. et capitulo: Si quantitas pecunie etc. allegatis per eundem Marcum contra depositiones et dicta dictorum testium ab ipso actore in dicta causa productorum, in quibus cauetur, quod a libris decem supra credi non debet testibus quibuscumque, conclusoque per partes in dicta causa pro tribunali sedentes, dei nomine inuocato dictum (^aninum a supradicta petitione et causa dicti Marini absoluimus per sentenciam in hiis scriptis ipsum Marinum in expensis legiptimis condempnantes coram Vulcinna de Sloradis, tribuno curie nostre. Cum dictus actor obstantibus supradictis statutis non potuerit de tanta summa probare intencionem suam per testes pronunciantes predicta, ex predictis et ex nostra bona discretione et omni modo, forma et iure, quibus melius possumus et debemus. Qui tribunus ex officio suo commisit et mandauit mihi infrascripto notario coram Ghirardino Ghirardi et Juano de Schierbeco, ciuibus Jadre, testibus ad hec vocatis specialiter et rogatis, vt haric sentenciam in publicum redigerem documentum.

(Drugi rukopis).

Ego Nicolaus Faletro comes Jadre manum misi.

Ego Maurus de Cosiga imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus, rogatus domini Pauli de Uaricassis iudicis maioris curie Jadre, nescientis scribere me loco sui subscripsi.

Ego Michael de Fafognis iudex manum misi.

Ego Grisogonus Francisci Cadulinus iudex Jadre manum misi.

(Signum not.J.

Et ego Alexander condam Vgolini de Stella Jadrensis notarius, scripsi et publicaui et meo signo et nomine roboraui.

Original u gubem. arkivu u Zadru; odio samostana sv. Nikole no. 149.

92.

1334, 16. jarraara. U Rabu.

Komisari arkipresbitera Andrije prodaju vinograd u Barbatu Dobri Mergeši.

C. Anno domini millesimo tercentesimo trigessimo quarto, indictione secunda, die sexta decima mensis ianuarii, Arbi. Temporibus equidem domini nostri Francisci Dandulo incliti ducis Venecie, et domini Georgii de Hermolao Arbensis episcopi, ac domini Andree Michaelis egregii comitis, presentibus Leone Androxii de Dominico et Matheo de Sturina calefado et aliis. Nos quidem Creste Stephani de Vidico et Christolinus ^ambonini de Rodano comercarii et notarii Arbenses, comissarii et comissario nomine archipresbiteri Andree de Saraceno damus, vendimus ac ad proprium deliberamus iure proprii et in perpetuum tibi quidem Dobre de Mergessa totam vnam vineam ad vna(l) corda(!) vinee, que vadit usque ad ripam maris olim dicti archipresbiteri Andree cum arboribus in ipsa vinea ex eadem natis et plantatis, habenciis et pertinenciis, introitibus et exitibus superioribus et inferioribus et cunctis [suisj proprietatibus ipsi vinee ad corda vndique pertinentibus ; positam in Barbato prope vineam vocatam Bella pina Celli Cresti de Fusco versus boream prope vineam Cipriani de (Judnico, versus austrum, prope vineam Mare vxoris olim Domaldini de Jurisclauo versus cu[i]r[inam] (!), et prope vineam Scheme vxoris Mathei Mencosii de Machina versus cuirinam et boream, prope viam publicam versus trauersam, prope vineam heredum Sturine versus austrum et prope ripam maris versus cuirinam; pro libris centum et quindecim denariorum venetorum paruorum plene habitis et receptis ad habendum, tenendum, possidendum, vendendum, donandum, obiigandum, alienandum, pro anima et corpore indicandum et quicquid tibi dicto Dobre et tuis beredibus et successoribus de ipsa vinea ad dicta corda vinee perpetuo placuerit faciendum absque [con]tradicione, molestia et agrauamine alicuius persone. Et preco comunis hanc vendicionem • [pre]conicauit in plathea graspi secundum statutum Arbense.

(Drugi rukopis).

f Ego Damianus [Stefani] de Dumine examinator rogatus manum missi.

(Signum not.)

Ego Nicolaus Frederico de Frugerio imperiali auctoritate notarius et Arbensis [iulratus rogatus scripsi et roboraui.

Original u guberniai. arkivu гc ZađrtL, odio samostana sv. Krševana Kaps. XXIV. no. 623.

Nalazi se na istoj pergameni s izvornikom od 16. januara 1334.

93.

1334, 1. februara. U Zadru.

Draga udova Novose iz Zadra, prodaje s dozvolom samostana sv. Marije vinograd u Grbanu kod Obrovca.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo tercio, indicione secunda, die primo mensis februarii, Jadre. Tempore domini Francisci Danduli incliti ducis Venecie, et domino Johanne de Butouano olim Jadrensi archiepiscopo defunto uacantis archiepiscopatus Jadre, ac domini Nicolai Falletro egregii comitis. Ego Dragha relicta Nouose habitatrix Jadre de uoluntate dominarum sororum Pelegrine, Nise et Chotte vicariarum monasterii sancte Marie monialium de Jadra, uendo tibi Radeno condam Georgii Braidrusich villano dicti monasterii unam meam vineam positam ad Garbani ad Hobrouac super terra dicti monasterii; que reddit dicto monasterio quartum pro terratico tocius redditus et fructus exinde ad villam ibi uel ad vineam ibi, sicut dicto monasterio placuerit; vt deinceps de dicta vinea cum suis pertinenciis possis facere tuum uelle sicut de tuo proprio tu dictus Radenus, iure dicti monasterii predicto et omni alio secundum consuetudines et statuta Jadre semper saluo; precio cuius uendicionis recepi ego dicta uenditrix a te dicto emptore grossos sexdecim, promittens ego predicta uenditrix per me meosque heredes et successores tibi predicto emptori tuisque heredibus et successoribus dictam vineam cum suis pertinenciis excalumpniare in racione ab omni persona super me et bonis meis omnibus presentibus et futuris. Cui vinee de quirina est vinea Georgii Paulig, de austro vinea Tholse Blasii, de trauersa vinea Johannis Malesig et de borea via publica, omnes super terra dicti monasterii. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Jacobo condam Petri de Georgio ciue Jadre et Tholsa Scabricig villano dicti monasterii ad Hobrouag et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Damianus Miche Pasque de Varicassis iudex examinator manum missi.

(Signum notaru).

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus scripsi et publicaui et signo consueto signaui.

Original u arkivu sv. Marije u Zadru.

94.

1334, 2. februara. (U Napulju).

Tužbe na neke Dubrovoane, što ne plačaju canne na sol.

Kralj Robert se tuzi »nobilibus et discretis viris comiti, consilio, populo et comuni civitatis Ragusii« *da neki dubrovački trgovci ne plaćaju carine za sol, kupljenu od Ivana hercega Dračkog* (Johannes dux Duracii).

keg. Angioini.
Makusev Zapiski XIX. 2. pril. 3. 63.
Rački Rad XVIII 228.

95.

1334, 10. februara. U Bologni.

Dominik nadbiskup spljetski riješava Lampredija biskupa trogirskog od izopćenja, u koje bijaše pao, što je usprkos prijetnjama nadbiskupovim progonio kanonika Ivana.

ln Christi nomine amen. Anno a natiuitate eiusdem millesimo trecentesimo tricesimo quarto, indiccione secunda, die decimo mensis februarii, pontificatus sanctissimi patris et domini Johannis pape XXII. anno decimo octauo. Cum orta materia questionis inter venerabilem in Christo patrem et dominum dominum Lampredium dei gratia episcopum Traguriensem ex vna parte, et discretum virum dominum Johannem quondam Petri canonicum Traguriensem ex altera, ex eo videlicet, quod reuerendissimus in Christo pater et dominus dominus Dominicus dei et apostolice sedis gratia archiepiscopus Spalatensis ecclesiam sancti Mauri de insula Boue Traguriensis dioecesis dudum uacantem in Romana curia per promocionem dicti domini episcopi factam ad episcopatum Traguriensem et munus consecracionis susceptum ab eodem episcopo apud sedem eandem, quam quidem ecclesiam antedictus dominus episcopus ante suam promocionem possederat, memorato domino Johanni aucto-

ritate apostolica eidem archiepiscopo concessa iila uice dictam ecclesiam conferendi contulit, ipsumque per suum executorem ad hoc sibi specialiter deputatum in corporalem eiusdem ecclesie possessionem iurium et pertinenciarum ipsius fecit induci, amoto ab ea Jacobo Petri quondam Jacobi nepote domini episcopi antedicti, qui eam ex collatione supradicti domini episcopi detinebat et diu detinuit minus canonice occupatam ; et dictus dominus episcopus predictum dominum Johannem postea per predictum Jacobum clericum et Michacium dicti Jacobi fratrem ac predictum Petrum prefati domini episcopi fratrem et patrem eorundem ac nonnullos alios laicos ciues Tragurienses dictam ecclesiam iuribus, possessionibus et pertinenciis suis fecit indebite spoliari. Quos quidem spoliatores predictus dominus archiepiscopus eorum exigente contumacia manifesta apostolica auctoritate predicta excommunicacionis uinculo publice innodauit et in sua maiori ecclesia clero ac populo pulsatis campanis et candellis extinctis excommunicatos publice nunciauit; mandans eciam prefato Traguriensi episcopo predictorum ordinario per suas patentes licteras et nuncium specialem in uirtute sancte obediencie ac sub penis interdicti ingressus ecclesie, suspensionis a pontificalibus et •diuinis ac excomunicacionis gradatim tamen in ipsius persona et interdicti in eius ecclesia sentenciis, quatenus eosdem spoliatores modo simil usque ad satisfactionem condignam excomunicatos publice nunciaret. Cjuod cum idem dominus episcopus facere recusasset, dictus dominus archiepiscopus suum exequendo processum eundem episcopum uelud inobedientem suis, immo uerius apostolicis mandatis, sentencialiter in -scriptis declarauit dictas penas et sentencias incurisse. Cuius rei causa prefatus dominus episcopus motus aduersus eundem dominum Johannem per suas speciales licteras eidem Johanni existenti apud ciuitatem Spaleti et causam suam predictam prosequenti ibidem contra spoliatores predictos presentatas per Duymum filium Mengace ciuis Traguriensis, clericum ac nuncium iuratum dicti domini Traguriensis episcopi, qui eundem Johannem persequebatur odio capitali, eundem dominum Johannem peremptorie sub diuersis penis in ipsis licteris expresse contentis citari fecit, ut certo sibi prefixo termino se apud ciuitatem Tragurii coram ipso episcopo personaliter presentare deberet in predictis citacionis licteris occasione pro causa interclusa. A quibus quidem cita- •cione et com.Tunatoriis uerbis prelibatus dominus Johannes senciens non modicum se indebite aggrauari, ad supradictum reuerendum patrem dominum Dominicum archiepiscopum Spalatensem eorum metropolitanum appellauit in scriptis et causam sue appellacionis fuit coram ipso domino archiepiscopo modo debito prosecutus et uictoriam in predicta causa contra eundem dominum episcopum reportauit; et eidem Johanni

dictus dominus episcopus fuit in expensis factis in lite legitime condempnatus, quas cum soluere eidem in prefixo sibi peremptorio termino recusasset, fuit per predictum dominum archiepiscopum excomunicacionis uinculo innodatus et nichilominus eidem episcopo inhibitum extitit per dominum archiepiscopum memoratum, ne contra personam ipsius domini Johannis aut sua beneficia, que tam in ecclesia quam diocesi Traguriensi obtinebat occasione predicta presumeret aliquid innouare; qui episcopus non obstante inhibicione huiusmodi predictum dominum Johannem non confessum non conuictum de aliquo crimine nec legitime citatum, sed absentem, irrequisitum et pariter indefensum pro sue libito uoluntatis canonicatu et prebenda ac eciam omnibus suis ecclesiasticis beneficiis, quos in Traguriensi ecclesia et eius diocesi obtinebat de facto priuauit et priuatum pubiice nunciauit. Cuius rei causa dictus dominus archiepiscopus ad requisicionis instanciam ipsius domini Johannis ipsum dominum episcopum seruato iuris ordine excomunicacionis uinculo innodatum publice nunciauit et suum propterea incidisse processum aduersus ipsum factum per dominum archiepiscopum supradictum. Idcirco dictus dominus ad cor rediens et uiam ueritatis agnoscens, ac cupiens a supradictis excommunicacionum et interdictorum, ingressus ecclesie nec non suspensionum a pontificalibus et diuinis sentenciis absolucionis graciam obtinere, personaliter constitutus coram dičto domino archiepiscopo humiliter et deuote genibus flexis predictam absolucionis graciam postulauit, ut ipsum a predictis sentenciis absoluere misericorditer dignaretur; dicens et firmiter asserens in eodem instanti, quod ipse predictum dominum Johannem, quem indebite et iniuste ac ex animo, ut asseruit, priuauerat, ad omnia sua ecclesiastica beneficia, videlicet canonicatum cum prebenda Traguriensis ecclesie, ecclesiam sancti Stephani de Trimerudo, ecclesiam sancti Mauri de insula Boue, ecclesiam sancte Marie de.Spilano et medietatem ecclesie sancte Marie de Monte, quos in ecclesia, ciuitate et diocesi Tragurii dudum obtinebat, cum omnibus fructibus, prouentibus, iuribus et redditibus suis huc usque exinde perceptis et etiam qui per eundem percipi comode potuerunt et cum expensis factis per ipsum dominum Johannem occasione predicta in integrum restituebat et eciam cassabat omnem processum et sentenciam factum et factam per ipsum dominum episcopum contra eundem dominum Johannem occasione predicta et totaliter delebat; rogans et requirens me notarium infrascriptum meum propterea tabellionatus officium implorando, ut de predictis ipsi domino "Johanni ad sensum et audem venerabilis et sapientis viri domini Raymundi Bernardi de sancta Arthemia archidiaconi Bononiensis et cancellarii reuerendissimi in Christo patris et domini domini Bertrandi dei gracia Ostiensis et Velletrensis

episcopi, apostolice sedis legati et ipsius curie causarum generalis auditoris ibidem presentis conficere vnum et plura si necesse essent publicum instrumentum seu instrumenta. Post que dictus dominus episcopus Traguriensis ibidem et in ipso instanti corporaliter iurauit ad sancta dei euangelia pro omnibus et singulis supradictis et quibuscumque aliis de stando et parendo mandatis ecclesie et ipsius domini archiepiscopi ac sinodi prouincie Spalatensis et ecclesie sue metropolitane Spalatensi; et quod soluet, dabit ac restituet et satisfaciet ad plenum ipsi domino Johanni omnia et singula pro quibus fuerat excomunicatus pro omnibus et singulis supradictis, et eciam quod soluet predicto domino archiepiscopo viginti quinque florenos auri sibi et suo clero in sinodo impositos et taxatos, pro quibus etiam fuerat excomunicacionis uinculo publice innodatus. Quo iuramento sic prestito, ut premittitur, sepedictus dominus Dominicus archiepiscopus supradictus predictum dominum episcopum Traguriensem coram se flexis genibus constitutum et humiliter ac deuote absolucionis beneficium postulantem ab omnibus excomunicacionum, interdictorum ingressus ecclesie, suspensionum a pontificalibus et diuinis sentenciis, quibus per ipsum dominum archiepiscopum tam sanctissimi patris domini Johannis pape XXII. quam sua metropolica nec non eciam sinodali auctoritate innodatus fuerat, absoluit iuxta formam ecclesie consuetam et eciam remouit omne interdictum positum in sua maiori et aliis ecclesiis sue ciuitatis et diocesis Traguriensis per ipsum dominum archiepiscopum auctoritatibus supradictis; et etiam restituit eum comunioni fidelium et ecclesie sacramentis sibi mandans in uirtute prestiti iuramenti, ut predicta omnia et singula firmiter ac inuiolabiliter obseruet, alioquin. in easdem sentencias et earum quamlibet, si contradictor extiterit, reincidat ipso facto. Actum Bononie in burgo galerie in domo habitacionis dicti domini archidiaconi Bononiensis ipso presente, ut predicitur, et presentibus discretis viris Michacio Petri Duymi, Dragano condam Juani laicis ciuibus Spalatensibus, domicellis dicti domini archiepiscopi et Paulo condam domini Thadei de Bambaronis, Dano condam domini Simonis de Sala, Jacobo cui dicitur Muczolus. In cuius rei testimonium predictus dominus archiepiscopus iussit hoc instrumentum publicum scriptum manu mei Mathei notarii publici infrascripti sui sigilli appensione muniri.

(Signum not.),

Et ego Matheus quondam Nicolai Henrici de Traiecto, Gaietane diocesis publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius predictis omnibus et singulis vna cum testibus supradictis presens interfui, eaque omnia et singula de mandato dominorum archiepiscopi et episcopi pre-

dictorum scripsi et in publicam formam redegi meoque signo signaui rogatus.

Original u arkivu kaptola ti Trogiru no. 55.
Na listini visi končana uzica ; pečat je otpao.

96.

1334, 17. februara. U Zadru.

Barte Gregorijev de Slorado potvrdjuje Nikoli Bonfacmu, da mu je namirio dio duga.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo tercio, indicione secunda, die decimo septimo mensis februarii, Jadre. Tempore domini Francisci Danduli incliti ducis Venecie, et domino Johanne de Butouano olim Jadrensi archiepiscopo defuncto vacantis archiepiscopatus Jadre, ac domini Nicolai Falletro egregii comitis. Confiteor ego Barthe condam Gregorii de Slorado, ciuis Jadre, me recepisse a te Nicolao de Bonfacino de Jadra libras vigintiquinque denariorum paruorum in racione et parte solucionis debiti soldorum quadraginta grossorum, in quo mihi teneris publico instrumento, scripto per notarium infrascriptum sub anno domini millesimo trecentesimo vigesimo quinto, indictione nona, die quinto decimo mensis februarii. Vnde plenam securitatem facio tibi de ulterius non petendo dictas libras vigintiquinque denariorum paruorum in ratione solucionis dicti debiti tui sub pena quarti et omnium expensarum litis et extra super me et bonis meis omnibus presentibus et futuris, et pena soluta uel non, presens tamen instrumentum securitatis pro modo predicto firmum sit ubique locorum omni excepcione remota nulloque pretermisso obstante. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Francisco condam Stephani et Stephanello barberio, Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Damianus Miche Pasque de Varicassis iudex examinator manum misi.

fSignum not.)

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus, rogatus scripsi et publicaui et signo consueto signaui.

Original u gubern. arkivu u Zadru, odio samost. sv. Nikole br. 141.

97.

1334, 18. februara. U Dubrovniku.

Općma dubrovaćka prima pismo kralja. srpskoga, u kojem kaže, da su dubrovački trgovci namirili svoje carinske dugove.

Anno domini millesimo trecentesimo trigesimo quarto, indictione secunda, die XVIII. mensis februarii. Tuerdichus filius Posnani Mirossevich de Canale presentavit et exhibuit nobili et potenti viro domino Marcho Justiniano honorabili comiti Ragusii et suo minori consilio sono campane more sollito congregato quasdam licteras missas eidem domino comiti, consilio et comuni Ragusii pro parte serenissimi domini Stephani dei gracia regis Raxie hic appositis, quarum tenor de sclavonesco in latinum redactus talis est.

Con cio sia che Give de Volcasso, Give de Lucari, Clime de Goce et Nicola de Lucari si tenero li mercati in tempo di mio padre e nel tempo mio, e sia complito o lor termine, e siano satisfacto a mi de tuto lo tempo che tenero lo mercati da mio padre e co mio padre e co mi in fine al die presente, d' ogna (!) cosa sono franchi e liberi, de che ve prego, che quella scriptura de cancellaria che have mio padre sovra d' essi sia cancellata et cassa et mando de mio gentile homo Tverdicho co la presente Iectera secondo de usanza, che quello che vi dice debiate credere.

Qui Tverdichus ex parte ipsius domini regis dixit et exposuit eidem domino comiti et suo minori consilio in omnibus et per omnia, ut in dictis licteris continetur. Unde dictus dominus comes cum suo minori consilio ad futuram memoriam et ad conservationem iurium predictorum Givi de Volcasso, Givi de Lucaro, Clime de Goce et Nicole de Lucaro predicta omnia scribi fecerunt.

Diversa cancellariae knjiga g. 1334. u dubrovačkom arkivti.
Pucić Spom. srp. II. br. 13. str. 12.—13.

98.

1334, 20. februara. U Zadru.

Rada udova Grubenova prodaje s dozvolom samostana sv. Marije Radoslavu Boboh dvorniku istoga samostana vinograd kod sv. Sofije.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo trigessimo tercio, indicione secunda, die vigessimo mensis februarii, Jadre. Temporibus domini Francisci Dandulo incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaro de Jadra decretorum doctoris dei et apostolice sedis gracia ellecti et confirmati in archiepiscopum Jadrensem, ac domini Nicolai Faletro egregii comitis. Ego Rada relicta Grubeni nunc villani in Comorane Marie de Mauro de permissione dominarum sororum Pelagrine, Nise, Blasie et Fumie de Zauatis, vicariarum monasterii sancte Marie monialium Jadre do, uendo et transacto tibi Radoslauo Bobota duornico predicti monasterii ad sanctam Sofiam vnam vineam meam circa dimidii gognay positam in confinio sancte Sofie super terram dicti monasterii, reddentem sibi quartam partem pro terratico conductam illuc ad villam in domo predicti monasterii; cui de austro est vinea Cosme filii tui, de borea vites Jurse Liucassich, de trauersa vites Cresseuani Thorentich et de quirina vites Stoislaui, omnes in terra dicti monasterii, ad habendam et quicquid tibi tuisque heredibus et successoribus placuerit faciendum cum suis pertinenciis omnibus, saluo omni iure dicti monasterii et omni alio iure secundum statuta et consuetudines Jadre, pro precio Kbrarum sex paruorum, quos mihi dedisti et persoluisti. Vnde per me meosque heredes et successores me obligo tibi predicto emptori tuisque hcredibus et successoribus dictam vineam excalumpniare et deffensare in racione ab omni persona super me et bonis meis presentibus et habendis. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Nicolao condam Simonis castaldo sancti Grisogoni, et Suoyetino condam Slanco[1] Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis.)

f Ego Grisogonus condam Viti Domaldi de £adulinis iudex examinator manum misi.

Ego Marinus Simonis de Saracho imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Signum notj.

Origmal u arkivu samostana sv. Marije u Zadru a. 1333.

[1] Pisano najprije »Stanco«.

99.

1334, 2. marta. U **Dubrovniku.**

Općina dubrovačka prima pismo kralja srpskoga, da je Dumonj a Minčetić namirio sve canne.

Anno domini millesimo trecentesimo trigesimo quarto, indictione secunda, die secunda mensis marcii.

Stepecus Drugovich presentavit et exibuit nobili et potenti viro domino Marcho Justiniano honorabili comiti Ragusii et suo minori consilio more solito congregato quasdam licteras missas pro parte serenissimi regis Raxie eidem domino comiti et suo consilio, sigillatas sigillo proprio ipsius domini regis hic appositas, quarum tenor de slauonesco in latinum reductus talis est.

Al caro et amorevole parente de reame conte de Ragusa Marcho Justinian, iudici e conselieri et a gentiii homeni de Ragusa ad co che sappie si, come tene Domagna de Menge co fratelli li mercati de reame et altri facti che ave che far co reame e li mi pago e neiente me rimasi debitori et di co lor scrissi privilegi e carta ad co, che vuy sapie, che neiente me rimasi debitori.

Quibus licteris presentatis per ipsum Stepecum eidem domino comiti et suo minori consilio dixit et exposuit eidem domino comiti et suo minori consilio verbotenus omnia que in dictis licteris continentur. Unde dictus dominus comes cum suo minori consiiio ad futuram rei memoriam et ad conservationem iurium dicti Domagne et fratrum predictorum omnia scribi et registrari fecerunt.

Dive?sa cancellariae knjiga 1334. u dubrovačkom arkivu.
Pucić Spom. srp. II. br. 14, 13.

100.

1334, 14. marta. U Zadru.

Leonardo de Formino prodaj'e Mauru de Grisogono zemlj'u u dolini sv. Vigilija.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem miUesimo trecentesimo trigesimo tercio, indicione secunda, die quarto decimo mensis marcii, Jadre. Tempore domini Francisci Danduli incliti ducis Venecie

et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gratia electi et confirmati in archiepiscopum Jadrensem, ac domini Nicolai Falletro egregii comitis. Ego Leonardus de Formino, ciuis Jadre uendo tibi Mauro condam Barthi de Grisogonis ciui Jadre totam terram meam mundam et immundam positam in valle sancti Vigilii, cum omnibus suis pertinenciis et iuribus, ad habendum et quicquid tibi deinceps placuerit perpetuo faciendum sicut de tuo proprio. Pretio cuius vendicionis ego dictus Leonardus recepi a te predicto Mauro libras nonaginta denariorum paruorum, de qua terra sunt circa gognai quadraginta et quod plus est tuum sit; cui terre de quirina est mare, de austro terra illorum de Muto, de trauersa est partim terra Cose Saladini et partim dictorum de Muto, et de borea est garma et protenditur usque ad dictam terram dicti Cose sicut uadit maceria et gomille uersus trauersam, de borea cuius macerie est nemus. Promittens ego predictus Leonardus per me meosque heredes et successores tibi predicto Mauro tuisque heredibus et successoribus dictam terram cum omnibus suis pertinenciis et iuribus excalumpniare in ratione ab omni persona super me et bonis meis omnibus presentibus et futuris. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Nicolao de Formino et Michaele condam Petri Zauati, ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

t Ego Damianus Miche Pasque de Varicassis iudex examihator manum missi.

(Signum not.)

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo consueto signaui.

Original u gubern. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Dominika no. 707.

101.

1334, 20. marta. ***U* Čazmi.**

Pred kaptolom čazmanskim prodaje Wahta sin Matijin neku zemlju u Komorju Grguru sinu Matijinu za dvije marke.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod Wahta filius Matheus filii Martini Buysa tam pro se quam pro Stephano fratre suo a parte vna, ab altera autem Gregorius filius Mathey[1] filii Olyueri similiter pro se et pro Petro et Jacobo fratribus suis personaliter coram nobis constituti, idem Wahta quandam particulam terre sue hereditarie Chedeunafeu nuncupatam prope metas Pauli filii Selk in Camarcha existentem, cum adtinenciis et vtilitatibus ad eandem pertinentibus vniuersis, quam in antea pater eius prenominatus de voluntate Pouse fratris sui Mathey superius anotato pro duabus marcis pignori obligarat, commisit et reliquit eisdem filiis Mathey pro hiisdem duabus marcis, tam suo nomine quam fratris sui antedicti perpetuo possidendam, tenendam pariter et habendam, hoc etiam deciarato, quod ad descensus bani de ipsa particula terre predicti filii Mathey singulis annis, singulos quatuor denarios soluere tenenebuntur (!) prout per per (!) eosdem coram nobis extitit ordinatum. Datum in dominica Ramispalmarum, anno domini millesimo CCC tricesimo quarto.

Original u arkivu jugoslavenske akademiJe u Zagrebu: Diplomata a. 1334.

Na hrptzi vidi se trag ovalnog pritismitog pečata od žuta voska.

102.

1334, 22. marta. Pod Kalnikom.

Kastelan Vel. Kalnika Nikola sin Herlortov i Adrian sin Farkaiev, zemski iupan, odredjuju medje posjeda Aleksandra slobodnjaka istoga grada.

Nos magister Nicolaus filius Herborth castellanus de maiori Kemluk, ac Adrianus filius Farcasii comes terrestris eiusdem castri significamus omnibus quibus expedit presencium per tenorem ac memorie commendantes vniuersis, quod constitutis personaliter coram nobis Alexandro filius (!) Brobum iobagio sepedicti castri petens a nobis cum instancia, ut personaliter accessissemus ad possessionem eiusdem Alexandri et certas et directas metas sibi asignaremus, ut pacienter cum suis cognatis et vicinis sine rixa permanerent, ut metas ipsorum ab inuicem separassemus, quam possessionem Stremech nuncupatam quondam comitis Petri filii Zeulad magnificus vir dominus noster Mychk banus tocius Sclauonie eidem iamdicto Alexandro prorsus(!) fidelibus seruiciis contulerat, prout plenarie vidimus in litteris domini nostri bani contineri. Tandem nos vna cum nobilibus, ydoneis et probis omnibus iobagionibus sepfedicti

[1] Pred ovom riječi pisano »Olyueri«.

castri ac virys (!) infrascriptis personaliter accessimus ad possessionem sepedicti Alexandri et terreas metas assignauimus eidem Alexandro perpetuo possidendas et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus. Astiterunt eciam cognati eiusdem Alexandri, quilibet ipsorum personaliter in suis metis, uidelicet Nicolaus et Benk filii Budizlay, Wlkoy filius Dragoyk, Lucachius filius Georgii, Mark filius Iwan et Dominicus filius Tholimery. Cuius possessionis vero mete taliter distinguntur : Prima autem meta ipcipit de fluuio Goztouinchech a riuulo Marosina uocata uadit et transit ultra viam ad partem aquilonem usque metam Georgii filii Benk usque viam antiquam ubi est arbor tulpha cruce signatum(f), et de eodem arbore uadit usque metam terream ac arborem hrazth cruce signatam et de eodem arbore uadit infra ad partem occidentalem per metam terream ac arabilem Dominici et uadit et cadit in fluuium Goztinouchecb(f) ibidemque vero terminatur; alia meta eiusdem possessionis incipit a fiuuio Goztinchech(!) vocato, a riuulo Babinch uadit supra usque arborem graber cruce signatum et de eodem arbore procedit et uadit supra usque arborem piri cruce signatum, et de eodem arbore uadit supra usque viam ueterem et per eandem viam veterem uadit usque arborem hrazth cruce signatum et de eodem arbore uadit infra usque arborem nirfha cruce signatum et de eodem arbore usque terram arabilem et cadit in fluuium primo nominatum; tercia meta incipit huius possessionis a parte orientis a magna via meta terrea circumfusa, uadit supra usque arborem cerasy(f) cruce signatum et de eodem uadit usque arborem glog cruce signatum iuxta metam Symonis et per metam eandem uadit ad partem aquilonis et de meta eiusdem aquilonis uadit ad partem orientis usque viam et per eandem viam usque arborem hrazth cruce signatum iuxta metam Mark, per ueterem viam cadit in vnum riuulum ad dexteram partem et de eodem riuulo uadit usque arborem sorbelli cruce signatum et de eodem arbore uadit et cadit ad priorem metam ibique terminatur; arbores iuxta fluuium Bogacheua sunt eiusdem Alexandri sciiicet pira, cruce signata; quarta meta eiusdem possessionis incipit ab arbore tulpha cruce signatum et inde uadit iuxta metas Malchech et procedit et uadit ad partem meridionalem et uenit usque arborem piri cruce signatum et inde uadit usque arborem keleni cruce signatum in quoddam paruo fluuculo(!), et inde procedit ad partem occidentalem et uadit ad montem usque arborem hrazth cruce signatum et de eodem arbore in alium arborem cadit tulpha cruce signatum et de eodem arbore uadit et transyt(I) antiquam viam et uenit ad vnam nouam viam et flectitur ad partem meridionalem et procedit et uadit infra usque metam terream et de eadem meta terrea uadit et procedit infra per terram arabilem et cadit in fluuium Reka nuncupatum iuxta

metam castri minoris Kemluk, et per eundem fluuium procedit et uadit ad partem aquilonem et exyt(!) de eodem fluuio et uadit et procedit per unum paruum fluuiculum et peruenit ad pontem et transyt (!) eundem pontem et procedit et uadit per eundem fluuiculum ad magnum et longum spacium et peruenit usque ad antiquas metas, scilicet arbores gertyanpha cruce signatum et arbor bigk similiter cruce signatum, et de eisdem metis procedit et uadit per antiquam viam ad partem meridionalem et peruenit ad tres arbores tulpha nuncupatas ac eciam cruce signatas et uenit ad priorem metam ibique vero terminatur; mediantibus hiis probis et honestis virys(f), scilicet comite Elya filio Petus, Iwan, Juanko filiis Johannis, Woyn filio Pribegh, Georgio filio Benk, Malchech filio Dragona, Juech filio Pauli tunc temporis centurione atque aliis quam pluribus iobagionibus dicti castri. Vt hec series robur perpetue obtineat firmitatis nec processu temporis per quospiam ualeat retractari, presentes concessimus eidem Alexandro pendentibus nostris sigillis consignatas munimine roboratas. Datum sub Kemluk, feria tercia proxima post dominicam Ramispalmarum, anno domini millesimo trecentesimo tricesimo quarto.

Original u arkivti nadbisktt-pije гс Zagrebu: Donationalia fasc. VII. no. 9.

Na listini vise dvje svilene vrvce žute boje; pečati su otpali.

103.

1334, 23. marta. U Zadru.

Martinusije de Butovano komisar ftokojnog Petra Zauate, trazi na temelju isprave o javnoj dražbi od 27. jebruara 1333. od Andrije de Slorado, da ftoloii novac za kupljeni vrt na dražbi.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo trigessimo tertio, indiccione secunda, die vigesimo tercio mensis marcii, Jadre. Tempore domini Francisci Danduli incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaro decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gracia electi et confirmati in archiepiscopum Jadre, ac domini Nicolai Falletro egregii comitis. In presencia examinatoris, testium et mei notarii infrascripti Martinussius de Butouano ciuis Jadre, comissarius olim Petri Zauati comissarii racione predicto pro se et alio "comissario dicti olim Petri presentauit Andree de Slorado ciui Jadre unum publicum instrumentum breuiarii incantus scriptum per

Maurum de Cosiga notarium Jadre sub anno domini millesimo trecentesimo trigesimo tercio, indiccione secunda, die penultimo mensis februarii, per quod dicto Andree fuit deliberatum ad incantum ad peticionem dicte comissarie unus ortus positus ad caualarium comissarie olim domine Stanee relicte Lomperti de Ziualellis pro libris sexaginta quatuor et dimidiurn denariorum paruorum, requirens ipsum Andream, quod predictam pecuniam soluat dicte comissarie dicti olim Petri infra terciam diem, alioquin penam et penas contentas in statutis Jadre, quas incurret ipse Andreas, petet dicta comissaria dicti o!im Petri et recipiet cum dicta pecunia sicut et quantum debebit, contra dictum Andream et bona sua. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Coillo Cipriani de Bartholomeo et Nicolao condam Damiani de Zadulino, ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Grisogonus condam Viti Domaldi de Cadulinis iudex examinator manum misi.

Et ego Blasius Michael Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo consueto signaui.

(Signum not.)

Original ti arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1333.

104.

1334. **8. aprila. U Zadru.**

Radovan Stipkov -prima dio zemlje u Cernu od samostana sv. Nikole na obdjelavanje.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo quarto, indictione secunda, die cctauo mensis aprilis, Jadre. Xempore domini Francisci Danduli incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaro decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gratia ellecti et confirmati in archiepiscopum Jadrensem, ac domini Nicolai Falletro egregii comitis. Confiteor ego Radouanus condr.m Stipcho, uillanus Cose de Begna ad Cerno, me recepisse ad affictum a uobis domina sorore Pria vicaria monasterii sancti Nicolai de Jadra, unam sortem terre dicti monasterii positam ad Cerno, tenendam ad omnem equidem meam uoluntatem et utiiitatem sicut rem loca'am usque ad octo annos proxime futuros. In primo uero anno medietatem tocius redditus exinde prouenientis dare debeo dicto monasterio, in reliquis uero annis debeo annuatim dicto monasterio dare modia quatuor boni frumenti hic in Jadra ad dictum monasterium, sub pena quarti et omnium expensarum litis et extra super me et bonis meis. Insuper non debeo dictam sortem dimittere ante dictum terminum, nec dictum monasterium eam mihi auferre sub pena soldorum viginti grossorum soluendorum per [parjtem non obseruantem parti obseruanti super se et bonis suis. Cui sorti terre de austro [est] terra dicti monasterii, quam tenet Radoy Cesibbabich. Et ego dicta vicaria nomine dicti monasterii laudo et affirmo omnia et singula predicta. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Antonio de Guscho et Matheo de Faffona, ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

y Ego Grisogonus condam Viti Domaldi de Cadulinis iudex examinator manum misi.

(Signum not.)

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo consueto signaui.

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole no. 154.

105.

1334, 13. aprila. U Zadru.

Coillo sin Cipriana de Bartholomeo prodafe Nikoli sinu Vulcinje de Martinussio pet komada zemlje u Rači za 300 libara.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo quarto, indiccione secunda, die tercio decimo mensis aprilis, Jadere. Xempore domini Francisci Danduli incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafarro decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gracia electi et confirmati in archiepiscopum Jadere, ac domini Nicolai Falletro egregii comitis. Coillus condam Cipriani de Bartholomeo ciuis Jadere dedit, uendidit et tradidit iure proprio in perpetuum Nicolao condam Vulcigne de Martinussio ciui Jadere pro se suisque heredibus et successoribus ementi et recipienti medietatem suam pro indiuiso quinque peciarum terre posite ad Racham, cum omnibus pascuis, boschis, iuribus et pertinenciis ad ipsam medietatem pro indiuiso pertinentibus, quarum reliquam medietatem (!) est dicti Nicolai; quarum quinque peciarum terre prime pecie de borea est terra dicti Nicolai, de

trauersa via publica, de austro terra heredum olim Prodane vxoris Martinussi Petri Gaudi, de quirina terra Thomassii de Petrico; secunde vero pecie de borea terra Thomassii predicti et partim terra que fuit Andree de Ragno, de trauersa terra monasterii sancti Damiani de Rogoa, de austro partim terra heredum dicte olim Prodane et partim terra predicti Thomassii, de quirina via publica; tercie pecie de borea est via publica, de trauersa et austro terra que fuit dicti Andree, et de quirina terra que fuit heredum Petri de Galcigna; quarte pecie de borea est via publica, de trauersa terra que fuit dicti Petri de Galcigna, et de austro et de quirina terra que fuit dicti Andree; quinte uero pecie de borea est terra Petri de Matafaro, de trauersa terra que fuit dictorum heredum Petri de Galcigna, de austro terra que fuit dicti Andree, et de quirina est via publica; et si alia confinia inuenirentur dictis peciis terre uel alicui earum, non debeat preiudicari in aliquo dicto emptori; de qua medietate dicti Coilli predictarum quinque peciarum terre- confinatur mensurate per dictos uenditorem et emptorem, ut asseruerunt, sunt gognay quadraginta tres, et si plus est intra dicta confinia siue extra ubicumque ibi ad Racham de terra dicti uenditoris siue de iuribus suis, ibi illud plus uoluit dictus uenditor, quod sit dicti emptoris libere et precise absque precii addicione; quam terram dicti Coilli dictus emptor confessus et contentus est se integre recepisse a dicto Coillo ad habendum, tenendum, possidendum et quicquid dicto emptori suisque heredibus et successoribus deinceps placuerit perpetuo faciendum cum omnibus et singulis, que infra predicta cuiuslibet dictarum peciarum terre continentur confinia uel alia si qua forent, cum accessu et egressu cuiuscumque earum usque in vias publicas et cum omnibus et singulis que quelibet dictarum rerum habent super se uel infra seu intra se in integrum, omnique iure, accione, usu seu requisicione dicto uenditori nomine dictarum rerum aut ipsis rebus modo aliquo pertinentibus, pro pretio librarum trecentarum denariorum paruorum, quod pretium dictus uenditor confessus et contentus fuit se a dicto emptore integre recepisse et habuisse, exceptum non soluti pretii et omni alio auxilio omnimodo renuncians; quarum dictarum terrarum medietatem predictam dictus uenditor se dicti emptoris nomine constituit possidere usque quo ipsarum rerum possessionem acceperit corporalom, quam accipiendi sua auctoritate et retinendi deinceps ei omnimodam dedit licentiam, promittens dictus uenditor per se suosque heredes et successores dicto emptori stipulanti pro se suisque heredibus et successoribus litem uel controuersiam ei uel eius heredibus aut successoribus de dictis rebus uenditis seu. parte ipsarum ullo tempore non inferre nec inferrenti consentire, set ipsas res cum suis pertinenciis et iuribus omnibus dicto emptori suisque

heredibus et successoribus, tam in proprietate quam in possessione ab omni homine et uniuersitate legitime defendere, auctoricare, excalumpniare et disbrigare, pro quibus omnibus et singulis firmiter obseruandis dictus uenditor obligauit dicto emptori se et omnia bona sua presencia et futura. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Vulcigna condam Guidi de Matafaro et Vito condam Grisogoni de Zadulino ciuibus Jadere et aliis.

(Drugi rukopis.)

f Ego Grisogonus Damiani de Fafogna examinator examinaui.

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo consueto signaui.

Ori^mal ti arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1334.

106.

1334, 25. appila. U Križevcima.

Pred Stjepanam sinom bana Pavla iupanom križevačkim prodaje žufian Balog sin Stjepanov u ime svoje iene Margarite imanje Mykovce Nikoh smu Pelra Canjevačkoga.

Nos magister Stephanus filius Pauli bani, comes Crisyensis(l) tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod comes Balog filius Stephani vice et nomine domine Margurit consortis sue a parte vna, et Nicolaus filius Petri de Chanow ab altera coram nobis personaliter constituti, idem comes Balog quoddam predium Mykovceluke vocatum circa fluuium Rascyna existentem, cum omnibus suis vtilitatibus et specialiter cum dimidio molendino super dictum fluuium Rascyna exsystenti(l), pro tribus marcis denariorum banalium dixit et confessus est vendidisse, tradidisse et assignasse Nicolao filio Petri memorati, sibi et per eum suis hercdibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo ac irreuocabiliter possidendum, tenendum pariter et habendum. In cuius rey memoriam presentes literas nostras apposicione nostri sigilli fecimus insigniri. Datum in Crisio, feria secunda proxima post festum beati Georgii martiris, anno domini MCCC° XXX° quarto.

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1334.

Na hrptu vidi se trag malenog oki'uglog pritisnutog pečata.

107.

1334, 25. aprila. U Turnju.

Budislav, Pavao i Gjuro sinovt kneza Krbavskoga Kurjaka, potvrdjuju sinovima. Heminovim od plemena Lapčana pravo na posjed imanj'a Grabrovnik.

Nos Budisclavus, Paulus et Gregorius filii condem comitis Curiacy, comitis Corbavie memorie commendamus universis quibus expedit presentium per tenorem, quod personaliter constituti coram nobis Farcastus(!) Hemin, Georgius et Heme filii condam Hemini de genere Lapcani vive vocis oraculo ac cum digna petitione a nobis postulare curavit(!), ut possessionem Grabrounich vocatam per nobilem virum Heymin(!) patrem eorum a predecessore nostro comite Slovigna pro pretio viginti marcliarurn banalium zagrabiensium emptam et hucusque titulo emptionis possessam mediante vigore et robore litterarum sub certis metis inferius declarandis spontanea nostra voluntate, benivolenti animo ipsis et suis heredibus mediantibus nostris litteris auctenticis(i) favorabiliter confirmaremus. Nos jtaque auditis et perceptis tam petitionibus quam etiam litterarum tenoribus, ac considerati fidelitatibus et fidelitatum preclaris meritis, volentes ipsis Farcasto, Hemino, Georgio et Heme anelanti animo diligenter respondere, supradictam possessionem, quam actenus(!) possidere noscuntur, ac litteras super facto dicte possessionis per predecessorem nostrum comitem Slovignam Heymino, patri predictorum emanatas presentibus nostris litteris confirmando iure perpetuo et inrevocabiliter cum omnibus utilitatibus et pertinentiis per ipsos et suos heredes possidendam, gaudendam, pro anima et pro corpore, quo dictis placuerit et ipsorum heredibus heredumque successoribus alienandam, nullo enim contradicente in lite [et] extra, cuius enim possessionis mete in hunc modum distinguuntur: Prima meta sic incipitur a capite rivuli Hlivinich vocati et tendit ad magnam stratam et inde non proveniendo rivulum vinearum descendit ad semitam sinistralem, et tendit usque ad lac in vulgari Slavorum nomine Petri, et de hac ascendit ad vineas, et inde tendit per verticem montis et veniet ad metam de Gay, et de meta Gay tendit ad Cameni grem vocabulo, et descendit inter Cameni grem ad Buchauca, et abo(!)[1] veniet Bucauca ad Cocat herbat, et inde tendit ad vallem, et de valle ascendit ad montem et per montem tendit et circumibit predictum predium et veniet ad Clopche, et de Clopche tendit per montem ad

[1] A'aljda: »ab eo«.

predium Gozco, et de predio tendit ad rivulum nomine Slatine et tendit ultra Grabrounich et per rivulum Umena perveniet ad inchoationem iterum prime mete; presentibus comite Petro filio condam comitis Disislavi, ac comite Curiaco fratre eius, et Petro filio -condam comitis Valentini, nec non Martino filio condam Stanse, ac aliis nobilibus et ydoneis viris ad omnia premissa convocatis. In cuius rei memoriam et perpetue stabilitatis firmitatem presentes nostras litteras confirmatoriales ad maiorem et uberiorem cautelam supradictis Fracusto, Hemini, Georgio, et Heme sigillo fratris nostri comitis Pauli munimine roboratas duximus concedendas. Datum in Turan, secunda feria proxima post festum beati Georgii martiris, anno domini M° CCC° trigesimo quarto.

Iz originalnog prijepisa kaptola spljetskoga od 28. maja 1374, izdanoga na molbu plemenitoga muža Heme sina pokojnog plemića Hegmina de Lapae u c. kr. taj'nom arkivu u Beču XVI. 1. 102. Prijepis iste listine u kapt. ark. u Spljetu.

108.

1334, 19. maja. U Dobrušti.

Stjepan (Dušan) kralj srpski potvrdjuje darovanj'e Stonskoga Rata, brani Dubrovčanima primati kod sebe kraljeve ljude, i odredj'-uj'e, da moie srpski svećenik boraviti u onoj zemlji.

✠ Пише кралевьство ми, да ие вѣдомо всакомоу, како се бѣше порасрьдило кралевьство ми на властеле дубровьчьске за Стоньски Рать и они видѣвше расрьдение кралевьства ми послаше къ кралевьствоу ми властеле свое Живана Бунковикя и Живка Жарковикя и Николицоу Мартиноушевикя оу поклисарство кралевьствоу ми, и придоше кралевьствоу ми, и учинише все хотѣние кралевьства ми. Да видѣвь кралевьство ми, ере присташе на все волю кралевьства ми, и прѣдь слоужбоу ихь кралевьствоу ми, и сьтвори имь милост и записание кралевьство ми, и потврьди имь кралевьство ми Стоньски Рать, како имь га ие дало и записало кралевьство ми, такози да си га дрьже свободно безь всаке забаве с милостию кралевьство ми тьмьжде обрáзомь, како имь га ієсть записало кралевьство ми оу прьвомь повелѣнию; понеже имь потврьди кралевьство ми милость и записание кралевьства ми, и

но семв дд нт>стк меа;дн крллеввстком!. мн н мепо ннмн ннкои свддд рлзвт, прлво жнтше, клко ICCT н приге вндо. Н HTLKBMHCMO се мепо совомц клго не прт.нмн ншедногл УЛОВ*КД щдв земле крллевксткл мн лнхо мнт.хвзн лгодн крллеккстка мн, KOIIXI. злстлше b' Стонн н « Рr.тн, тозн дл сн дркже с мнлостнго крллекћсткл мн; л зл нне лгодн, кон нтхн ©ДJ, земде крдлеккстка мн, зл тозн дл не нмл пеуллн крдлек^сткд мн; н дко се нлнде кон годт. YAOKT>KI> ©Д1, земде крллеккстка мн рдзкт> ©нт.хвзн дгодн, KOIC HMI. tecTi. ддло крллеквство мн, коге здстдше н Стонк н 8 PI>TH, iepe E8Д8 прн1елн, ккдн гд нме нскдтн крллек1>ство мн нлн YAOBT,KI> крллевкствл мн, дл дл кнезк д8!>ров£у|>кн н влдстеле дакровкумш мрнстдкд мом8 улок-ћки, н дд погго н Стонк н н Рвт, дд гл нше с MOHMh уловикомћ. Н колнко се лгодн нднди ид,. земле крдлеккстка мн, дд гeств зл ксе зд то длкжнл а>ш,кнма н грлдв, дл нхћ подлде YAOKT>KH крдлеккствд мн, когд годи пошле крдлев1>стко мн; лке лн YAOBT>KI> крллеккстка мн не (ввриtе ншедногд улокт.кд №Д1. землн, крдлевкствл мн, л крллев.,етво мн ие нме вирокдтн, tере гестк снкозн, дд нлреуе крллеккстко мн уетнрем!. ндн нетнм., влдстедомв днвроввукнм, дд мн се щдвкдвн» н вогороднцн днвро-KKYK8 придв удовт,ком1> крдлеккстка мн, кдго нт, ншедногд удо-вг>кл крддевввствд мн нн н Рвта нн н Стонт,, нн iе нселеш, нн скркkеш. н ннхк сктхтн ннкзднш, УЛОКТ>КГ> крдлекћсткл мн. Н гецм. се сн здклелн крдлевксткв мн клдстеле давровћукцн, дд прт,кнкд НОШ. CphBhCKH, Н ДД П01С 8 ЦрBKKДJCБ, KOHB C8 8 CrOHH Н 8 PI.TH, клко нзстк поведт>вдло крллевкство мн. Н дке се згодн рлзкћмнрни-, междн крллевкствомв мн н грддомк днвроквувкнмв, дд не BOIOIC YAOBT,KI> H3X СТОНЛ H3h РвТД НД ЗСМI>Л10 КрДД6ВБСТВД МН НД YAO-ВЂКД крддевветвд мн. Н дке прт>ст8пн о»т.кннл днЕровкувкд сн (OBT>Th, кон C8 O)ЕТ,ЏЛЛН крддеввсткн мн, дл C8 крнкн крлдевЕствн мн, н лке нмк не нзмогке крллеккство мн длтн нмћ нзрокк крн-кнне, дд мн се »Д1>кл1>нн .1. вллстелк днвроккувкнхц кдго нг>сн крнвн нн прт>стнпнлн ГОБЂТН внше пнслш>нше, н клко ке свхрл-ннтк крлдек1>ство мн сн ©KTTh н злпнслнше крдлевћсткл мн, тлго ДЛ CKXpДHHTK Г0СП0Д1. BOГБ Д8ШН Н TT>Л0 КрЛЛеКВСТВД МН Bh CHHЗMF. вт,ци н BL прнднфемк. Н CHIC створн н здпнсд крдлеввство мн

Ki, лт>ю .Д. Н .Т. 11 .Лд., мтхецл мд|д .7\. дми>, л Цоцдш. нрт,-рнун н иодмшсл н здпеудтн нд ДоврнцJН.

₰ Стефлнt крллк.

Miklosich Mon. Serb. 107.—109.

109.

1334, 22. maja. U Zadru.

Blai Georgijev prima od Damjana de Mangaca zemlju na obdjelavanje i postavlja mu jamce za neki dug.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo quarto, indictione secunda, die vi'gesimo secundo mensis maii, Jadre. Tempore domini Francisci Danduli incliti ducis Venecie, et reverendi patris domini Nicolai de Matafaro decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gracia ellecti et confirmati in archiepiscopum Jadrensem, ac domini Nicolai Falletro egregii comitis. Ego Blasius condam Georgii de Jadra, lesus in oculo dextro, me obligo tibi Damiano de Mangaca, ciui Jadre, laborare Doiac tuum ad bladum annuatim secundum consuetudinem Jadre usque ad sex annos proxime futuros et [habjitare ibi cum ихоre et familia mea per totum predictum terminum, et de [bladjo, quod de dicto Dolac prouenerit, debeo tibi dare duas partes et michi reliquam terciam partem retinere, et debeo dare annuatim sementum pro seminando dictum Dolag, quod Dolac positum est in insula sancti Michaelis de Monte in confinio sancte Femie: Que omnia et singula predicta debeo tibi obseruare sub pena soldorum decem grossorum super me et bonis meis, et pena soluta uel non, presens tamen instrumentum firmum sit. Insuper in solutis libris vigintiquinque denariorum paruorum, in quibus tibi teneor ex causa mutui, debes annuatim accipere partem meam bladi, dimittendo michi, quod expedierit pro uita mea et familie mee, quousque tibi fuerit de eis integre satisfactum. Et nos Chincho beccarius, filius condam Stephan', Draga soror dicti Chincho et Damianus Vulcouinus faber, Radoslaus Jurislig, faber, et Vesella soror dicti Blasii, Jadrenses, ponimus nos fideiussores et principales debitores [et] solutores tibi dicto Damiano de Mangaca pro dicto Blasio de omnibus [et] singulis predictis super nos et bonis nostris, videlicet de dictis libris vigintiquinque, -tantum videlicet ego dictus Chincho de libris octo, et ego dicta Dragha de libris octo, et ego dictus Damianus faber de libris duabus, et ego dictus

Radoslaus de libris quatuor, et ego dicta Veseiia de libris tribus, ita, quod possis quemlibet nostrum ndeiussorem petere et conuincere de predictis pro modo predicto, videlicet quemlibet pro sua parte predicta. tam petito quam non petito dicto Blasio elapsis duobus annis proxime futuris quemcumque uolueris de illo, de quo tibi non fuerit satisfactum de dictis libris vigintiquinque. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Vito condam Grisogoni de Cadulinis de Jadra et Georgio Berito de insula Pestimani et aliis.

(Drugi rukopisj.

f Ego Grisogonus condam Viti Domaldi de Cadulinis iudex e.xaminator manum misi.

(Signum not.J

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus, rogatus scripsi et publicaui et signo consueto signaui.

Original u guber. arkivu u Zadru, odio saiuost. sv. Nikole no. 155.

110.

1334, 31. maja. U Zadru.

Fumija žena Krševana Fafogne očituje, da nema više prava na imetak svojik roditelja Krievana i Juane de Zaduhno. -

In dei nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo quarto, indictione secunda, die vltimo mensis maii, Jadre. Tempore domini Francisci Dandulo incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafarris decretorum doctcris, dei et apostolice sedis gracia electi et confirmati Jadrensis archiepiscopi, ac domini Nicolai Faletro honorabilis comitis eiusdem ciuitatis. Fumia vxor Grisogoni filii Michaelis de Fafogna ciuis Jadre et filia Grisogoni Francisci de C^a()^ulinis ciuis Jadre de expressa licentia et consensu eiusdem Grisogoni viri sui ibidem presentis, ac ipsi(!) Grisogono dicio Michaele eius patre familias ibidem presente et expresse consentiente, fecit per se et suos heredes et successores dicto Grisogono eius patri pro se et suis heredibus et successoribus recipienti finem, refutationem, transactionem et pactum de ulterius non petendo de omni iure et actioue et de omni eo, quod ad eam spectabat aut spectare et pertinere poterat quocumque modo et quacumque de causa in bonis dicti Grisogoni patris sui et domine C^uane^ eius matris, saluo tamen iure suo in eo, quod dictus eius vir restat habere de dotibus suis iuxta forman instrumenti facti

exinde per me notarium infrascriptum; et hoc pro illis mille denariis venetorum paruorum, quas contenta et confessa fuit ipsum Grisogonum eius patrem satisfecisse seu soluere conuenisse dicto Grisogono eius marito nomine et ex causa dotis sue; absoiuens et liberans eum et eius heredes et successores et bona ab omnibus et[1] singulis, que de dictis bonis uel eorum aut aiicuius eorum occasione dicto patri suo aut eius heredibus et successotibus quacumque de causa petere posset. Nec non promittens per se et suos heredes et successores dicto patri suo pro se et suis heredibus et successoribus stipulanti litem, controuersiam aut questionem de dictis bonis aut eorum occasione ei uel eius heredibus et successoribus ullo tempore non inferre nec inferenti consentire, set predicta omnia et singula rata habere et non contrafacere uel uenire per se uel alium aliqua ratione uel causa de iure uel de facto, sub pena quarti stipulatione promissa, quantitatis uel valoris petite rei et omnium expensarum litis et extra; et pena soluta uel non, omnia et singula in hoc instrumento contenta firma perdurent; obligans eidem pro hiis obseruandis se et omnia bona sua. Acta sunt hec et nrmata[2] Marino Petri de C^ane^ et Nicolao Dobri de Begna ciuibus Jadre testibus rogatis et aliis.

(Drugi rtikopis.J

f Ego Grtsogonus Damiani de Fafogna examinator examinaui.

(Signum not.)

Et ego Alexander condam Vgolini de Stella imperiali et ciuitatis Jadre auctoritate notarius scripsi et publicaui et meo signo et nomine roboraui.

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru a. 1334.

111.

1334, 2. juna.

Karlo kralj ugarski i hrvatski daruje meštrti Donču u zamjenu za gradove Strigovo i Cakovac grad Komoran.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Galicie, Lodomerie, Comanie, Bulgarieque rex, princeps Sallernitanus et Honoris ac montis sancti Angeli dominus. Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris noticiam presentium habituris salutem in

[1] Pisano dva puta.
[2] Očevidno ispušteno: »corara«.

omnium salutis largitore. Cum bene meritis fauor debitus impenditur, et sinus dilectionis panditur, fideliterque obsequentibus digna merces redditur, deus placari creditur, et subditi ad fidelitatis opera exercenda facilius inuitantur, accenduntur que sub spe et desiderio retribuationis amplioris. Proinde ad universorum tam presencium quam futurorum noticiam volumus peruenire, quod cum nos nobili viro magistro Donch filio Dominici, comiti de Zolio, fideli nostro, mediantibus litteris honorabilium virorum capituli scilicet ecclesie Strigoniensis privilegialibus in permutacionem castri Arua nuncupati, quod idem nobis et nostris heredibus sive successoribus restituit et reliquit cum toto districtu eiusdem et suis pertinenciis universis ac singulis perpetuo possidendum tenendum pariter et habendum, quedam castra nostra Strigow et Chaakturnya nominata, intra fluvios Drava et Mura habita et situata similiter cum suis districtibus et pertinenciis universis, ac tenutis ad eamdem spectantibus, dedissemus et tradidissemus perpetuo in filios filiorum eiusdem possidenda, que quidem castra idem pleno iure sibi statuta pluribus diebus titulo dicte permutacionis habuisset et tenuisset, tandem idem magister Donch ad nostram accedens presentiam, exposuit nobis humiliter supplicando, quod castrum Camarun nuncupatum, in comitatu ad Camarun, in insula Danubii habitum, propter hoc, vt ipse ad nos in curia nostra propius fieri possit et debeat, ac sua nobis fidelia seruicia magis continue erga nos existendo commodius valeat frequentare, sibi magis vtile, quam predicta castra Strigow et Chakturnya vocata, vt premittitur, in permutacionem castri Arua nominati, per nos sibi date fore inspexisset, et pariter estimasset; petens, vt predictum castrum nostrum Camarun vocatum in permutacionem iam dictorum castrorum Strigovv et Chakturnya dare sibi de benignitate regia dignaremur. Itaque nos peticionibus eiusdem fauorabiliter inclinati, tam predicta consideratione, ea videlicet, ut idem magister Donch in curia nostra existat et resideat, ac nobis commodius valeat famulari, quam pro suis serviciis quoniam debemus cuiuslibet fidelium nostrorum servicia attendere, et ipsis pro eisdem serviciis esse fauorabiles, et pariter generosi; predictum, castrum nostrum Camarun vocatum, cum omnibus suis vtilitatibus et pertinenciis, villis scilicet, tributis, piscinis sive piscaturis et aliis univeris et singulis iuribus, rite et iuste ad ipsum castrum, salvo iure alieno, sub metis, terminis et limitationibus antiquis spectantibus et pertinentibus, eidem magistro Donch, qui ipsum castrum Camarun sibi fore, vt predicitur, magis vtile, quam castra predicta allegabat, et a nobis ei dari instantissime propter causas predictas postulabat, dedimus, tradidimus et contulimus, iure perpetuo et irrevocabiliter in filios filiorum eius et heredes possidendum, tenendum pariter et habendum ; predicto tamen

comitatu Camariensi nobis et nostris heredibus sive successoribus reservato ; e converso quidem magister Donch in permutacionem dicti castri Camarun, supradicta castra Strigow et Chakturnya cum omnibus pertinenciis eorumdem, quibus erant sibi statuta, nobis et nostris heredibus ac successoribus reddit et rest'tuit pleno iure, nihilque proprietatis sibi et suis heredibus in ipsis castris Strigow et Chaakturnya eorumque iuribus et pertinenciis universis deinceps reservando. In cuius rei memoriam et firmitatem perpetuam presentes eidem concessimus litteras duppiicis authentici sigili nostri appensione communitas. Datum per manus venerabilis viri magistri Thatamerii Albensis ecclesie prepositi, aule nostre vicecancellarii, dilecti et fidelis nostri, quarto nonas iunii, anno domini millesimo trecentesimo tricesimo quarto. Venerabilibus in Christo patribus et dominis Chanadino Strigoniensi, fratre Ladislao Colocensi, aule nostre cancellario, archiepiscopis, Nicolao Jauriensi, Ladislao Quinqueecclesiensi, Andrea Transilvano et alio Andrea Varadiensi, Ladislao Zagrabiensi, Nicolao Agriensi, Meskone Nitriensi, fratre Rudolfo Waciensi, fratre Paulo Albensi de Nandor, et Jacobo Chanadiensi, ecclesiarum episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus, Wesprimiensi autem, Syrmiensi ac Bosnensi sedibus vacantibus. Magnificis baronibus Wyllermo Drwgeth palatino, comite ZepsienfsiJ et Wjwariensi, Demetrio magistro thavernicorum nostrorum, Tboma wajwoda Transilvano et comite de Zonuk, comite Paulo Symonis filio, iudice curie nostre, Mykc h bano tocius Sclavonie, Johanne bano de Machow, Paulo magistro tavernicorum domine regine consortis nostre carissime, Dionisio dapiferorum nostrorum magistris, ac Nicolao comite Posoniensi, aliisque quam pluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Fejer Cod- dipl. Hung. VIII. 3. 722. po autentičnom prijepisu Vladislava II. g. 1504. iz zbirke Nikole jfankovića de jfesenicc.
Kukuljevic Jura regni I. 106._—107.

112.

1334, 10. juna. U Čazmi.

Kaptol čazmanski prepisuje na molbu biskupa zagrebačkog Ladislava listinu kralja Stjepana o sloboštinama crkve zagrebačke potvrdjenu po kralju Ladislavu 5. oktobra 1273.

Nos capitulum ecclesie Chasmensis significamus tenore prescncium quibus expedit vniuersis, quod discretus uir Fabianus custos ecclesie nostre personaliter ad nostram accedens presenciam vice et nomine

venerabilis in Christo patris domini Ladizlai dei et apostolice sedis gracia Zagrabiensis episcopi, domini nostri, exhibuit nobis quoddam priuilegium domini Ladizlai quondam regis Vngarie super libertatibus ecclesie Zagrabiensis confectum, petens a nobis de uerbo ad uerbum transcribi et nostri sigilli appensione consignari. Cuius tenor talis est: *(Slijedi listina kralja Ladisiava od 5. oktobra 1373.).* Nos uero iustis peticionibus ipsius domini nostri Ladizlai episcopi modo premisso porrectis annuentes, predictum priuilegium de uerbo ad uerbum presentibus inseri fecimus et nostri sigilli apposicione consignari. Datum feria sexta proxima ante festum beati Barnabe apostoli, anno domini MCCCXXXIIIP.

Iz kodeksa: Liber privil. ep. Zag. list. 12.
Kodeks u arkivti nadbiskupije u Zagrebti I. B. IX. 167.

113.

1334, 16. juna. U Avignonu.

Ivan XXII. pafia imenuje fra Grgura biskupom srijemskim.

Johannes episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri Gregorio episcopo Syrmiensi salutem et apostolicam benedictionem. In supreme dignitatis specula licet immeriti, disponente domino, constituti, curis continuis angimur et pulsamur insultibus successivis, ut de personis talibus provideatur ecclesiis pastoribus destitutis, quorum industria et virtute eedem ecclesie, ne longe vacationis dispendia patiantur, in suis iuribus et libertatibus conserventur, reddatur tranquillior cleri status, et commodis salutis et gaudii plebs letetur. Olim siquidem bone memorie Gregorio (?) Syrmiensi episcopo regimini Syrmiensis ecclesie presidente nos intendentes eidem ecclesie, cum eam quovis modo et ubicunque vacare contingeret, apostolice operationis ministerio personam utilem preficere, provisionem ipsius ecclesie, cum vacaret, ea vice dispositioni et ordinationi nostre ac sedis apostolice duximus reservandam, decernentes ex tunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Postmodum vero prefata ecclesia per obitum eiusdem Georgii (?), qui in illis partibus debitum nature persolvit, pastoris solatio destituta, nos vacatione huiusmodi ipsius ecclesie fidedignis relatibus intellecta, de ipsius ecclesie provisione celeri et felici, de qua nullus preter nos ea vice se intromittere poterat, reservatione ac decreto obsistentibus supradictis, sollicite cogi-

tantes, ac cupientes talem ipsi ecclesie preesse pontificem, de quo spes certa verisimiliter haberetur, quod salubriter preesse possit eidem ecclesie ac prodesse, post deliberationem, quam super iiiis cum fratribus nostris attentam habuimus, demum ad te, ordinis fratrum Minorum professorem in sacerdotio constitutum. quem litterarum scientia preditum, elegantia rnorum conspicuum, vite munditia nitidum, religionis zelo fervidum, honestate decorum, in spiritualibus providum et temporalibus circumspectum, ac aliis multiplicibus virtutum meritis, prout ex testimoniis fidedignis accepimus, insignitum direximus ocuios mentis nostre, quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua memorate Syrmiensi ecclesie de fratrum nostrorum predictorum consilio auctoritate apostolica providimus, teque ille prefecimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius tibi tam in spiritualibus quam in temporalibus plenarie committendo, et subsequenter per venerabilem fratrem nostrum Gaucelinum episcopum Albanensem fecimus tibi munus consecrationis impendi, firmam spem fiduciamque tenentes, quod dirigente domino actus tuos, dicta Syrmiensis ecclesia per tue industrie ac circumspectionis studium fructuosum preservabitur a noxiis et adversis, ac spiritualiter et temporaliter proficiet incrementis. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus ad prefatam Syrmiensem ecclesiam cum gratia nostre benedictionis accedens, eiusdem sollicitam curam geras, gregem dominicum in illa tibi commissum doctrina verbi et operis informando, ita, quod dicta ecclesia Syrmiensis gubernatori circumspecto et fructuoso administratori gaudeat se commissam, ac bone fame tue odor ex laudabilibus tuis actibus latius diffundatur, tuque preter eterne retributionis premium nostram et sedis apostolice benedictionem ac gratiam exinde uberius valeas promereri. Datum Avinione, XVI. kalendis iulii, anno decimooctavo.

In eodem modo. Capitulo ecclesie Syrimiensis, clero et populo civitatis et diocesis Syrimiensis, universis vassallis eiusdem ecclesie, archiepiscopo Colocensi et Carolo regi Ungarie etc. ut in aliis similibus, verbis competenter mutatis. Datum ut supra.

Theiner Mon. kist. Hung. I. no. SS9. p. 597. — 598. h reg. orig. an. XVIII. par. 1. com. ep. 885.
Farlati III. sacr. VII. 552.
Wadding Annales Tom III. 238.—239.
Pray Hierarch. II. 385.
Katona Hist. crit. IX. 47.—49.
Feje'r Cod. dipl. Hung. VIII. 3. p. 756.
Eubel Bullarium Framiscanum Tom. V. 572. 1065.

114.

1334, 22. juna. U Pečuhu.

Pred kaptolom pećuhskim prodapu Nikola i Petar sinovi Salamona de Daroro imanje Vinodol crkvi zagrebačkoj.

Capitulum ecclesie Quinqueecclesiensis omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod magister Nicolaus et Petrus filii magistri Stephani filii Salamonis de Darow pro se et dicto magistro Stephano patre eorum cum procuratoriis litteris ad infrascripta pro parte eiusdem sufficientibus et legittimis ab una parte, ab altera autem magister Nicolaus Casmensis (!) ecclesie canonicus, procurator similiter venerabilis patris domini Ladizlai dei et apostolice sedis gracia episcopi Zagrabiensis coram nobis personaliter constituti, iidem magistri Nicolaus et Petrus suo et dicti patris eorum nomine quandam possessionem eorum in ultrazauanis partibus prope Haraztouicham[1] sitam, Vinodol uocatam, suis metis antiquis et terminis comprehensam confessi sunt se uendidisse et assignasse predicto domino episcopo Ladizlao et suis successoribus ac sue Zagrabiensi ecclesie cum omnibus vtilitatibus, campis, terris, siluis, pratis, vineis, aquis molendinis, piscaturis ac aliis suis pertinenciis et appendiciis vniuersis pro sexaginta marcis bonorum denariorum banalium Zagrabiensis monete, cum quinque pensis marcam quamlibet computando, prius plene habitis et receptis ab eodem, perpetuo possidendam, tenendam et habendam. Assumentes et obligantes se iidem magistri Nicolaus et Petrus pro se et dicto patre eorundem ao eorum heredibus expedire eundem dominum episcopum, suos successores et ecclesiam Zagrabiensem, prout de iure requiritur ab omni, si qua racione ipsius possessionis in quocurrique processu temporum per quempiam oriri contingerit questione; et nichilominus uolentes et decernentes omnia priuilegia ueJ littefas super ipsa possessione Vynodol, quas forsan non restituissent eidem domino episcopo, si unquam per eos uel eorum heredes coram quouis iudice uel ubicumque producerentur in litem contra Zagrabiensem episcopum uel eius ecclesiam, esse irritas, uacuas, inanes et iuribus carituras, et insuper penam incurrant in talibus consuetam, ut iidem filii magistri Stephani suo et dicto patris eorum nomine se sponte obligarunt ad premissa. In cuius rei testimonium perpetuamque firmitatem presentes

[1] Lib. privilegiorum: »Haraztro onichan«.

litteras nostras priuiiegiales ad peticiones parcium concessimus sigiili nostri maioris munimine roboratas. Actum decimo kalendas iulii, anno ab incarnacione domini MCCCXXXIIII°. Datum per manus magistri Johannis lectoris ecclesie nostre, discretis viris Nicolao cantore, Petro custode, Phylippo decano, ceterisque quam pluribus ibidem deo deuote famulantibus.

Original u arkivu nadbiskupije u Zagrebit,: Privilegialia a. 1334. Na listini nalazi se jaka svilena vrvca crvene boje. Pečat je otpao. Ima i Liber privil. ep. Zag. list. 51.

115.

1334, 28. juna. U Gariću.

Mikić ban spominpući nasilja raspravljena na saboru god. 1333. u Pakracu, čini razdiobu zemalja spomenutih nasilnika.

Nos Myckh banus tocius Slavonie memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis. Quoniam labilis est hominum memoria, provida discrecio stabilivit racionis, ut ea, que temporibus fiunt et fieri consueuerunt patrocinio perhempnentur litterarum, ne inproba obliuio obumbret caligine semel actum, aut humana invidiosa malicia per calumpniam subuertat successiue. Hinc est, quod cum Farkasius filius Philippi, Gergen filius Gregorii et Paulus filius Andree olim temporibus magnifici viri domini Nicolai filii Omodey, bani tocius Sclavonie, predecessoris nostri, propter ipsorum iniquos et potenciarios processus de rigore iuris et iusticie contra magistrum Thomam filium Borch et Radeztam civem Chasmensem amissis possessionibus ipsorum capitalis sentencie vindicta extitissent innodati, prout in legistro (!) eiusdem domini Nicolai bani lucidius apparebat, denuo idem Farkasius filius Philippi, Chobo, Beud et Phyle fratres sui uterini viam equitatis deserentes, uolentes ipsorum occultam nequbiam operibus explenare quodam tempore preterito nobis unacum nostris familiaribus in servicio domini Karoli dei gracia illustris regis Hungarie, domini nostri naturalis existentibus. in noctis silencio castra nostra subintrantes, dum quosdam equos comitis Dobou, familiaris nostri sub[t3r]rendo (!) deducere voluissent, ex quibus idem Chobo mox per famulos eiusdem comitis Dobou ibidem extiterat reprehensus, eisdem Farkasio, Beud et Fhylippe(!) fuga perfide evadentibus, cuius vitam svadente iusticia patibulo non obmisimus terminare, quid plura prenominatus Farkasius filius Philippi unacum fratribus suis antedictis spretis abenis vite humane antiqui hostis

invidia instigante, memoratos Gergen filium Georgii et Paulum filium Andree steriles et heredum solacio penitus destitutos patruelinos fratres suos quadam die diris gladiorum ictibus immaniter interimentes hocciderunt(l), cruore fraterno more Cayni fratricide se minime formidantes madidare. Nos igitur, qui ex cura suscepti nostri officii actus temerariorum illicitos reprimere et merita iustorum preclarius commendare compellimur, huiusmodi contumeliosos processus ipsorum Farkasii, Beud et Phylpe(!) filiorum Philippi predictorum nolentes surda aure pertransire, ne facilitas venie intentiuum tribuat deliquendi et malum malo cumuletur, de maturo consilio, voluntate omnium nobilium Sclavonie in nostra et ipsorum congregacione generali in quibusdam octavis Epiphanie domine(!), anno eiusdem $M^0CCC°XXX^0$ tercio, in Pukur celebrata existencium, possessionarias porciones prenotatorum Farkasii, Beud et Phylpe filiorum Philipi in circuitu ecclesie beati Benedicti abbatis circa fluvium Mosyna existentes, cum dicta ecclesia et aliis earum utilitatibus universis ad easdem de iure pertinentibus, sub suis metis prioribus et antiquis pro prememoratis ipsorum excessibus et contumeliosis processibus iudiciariis gravaminibus sentencialiter ab eisdem auferentes, nostris manibus duxeramus applicandas, cumque habita earum ablacione et tardosa conservacione moderamine iuris observato, proximis et commetaneis ac vicinis eorumdem Farkasii et fratrum suorum iam dictorum pluribus terminis assignatis prenominatas possessionarias porciones ab ipsis Farkasio, Beud et Phylpe filiis Philipi, ut predicitur ablatas, unacum possessionariis porcionibus memoratorum Gergen filii Gregorii et Pauli filii Andree, ipsis contiguatis et vicinantibus, ex causis preallegatis nobis de iure devolutis pro condigno suo valore redimendi licenciam duxissemus concedendam, quibus easdem possessionarias porciones redimere universaliter et singulariter penitus et omnino deficientibus nostre disposicioni relinquendo. Demum nos consideratis fidelitatibus et fidelium serviciorum preclaris meritis Waratkh filii Wratynya, et Andree filii Warysa nepotis sui, quibus nobis quo fideliter eo solerter a multis retroactis temporibus variis fortune casibus se opponentes studuerunt complacere et se reddere graciosos, receptis ab eisdem sexaginta marcis promptorum denariorum banalium, prememoratas possessionarias porciones ipsorum Farkasii, Beud et Phylpe filiorum Phylipi, Gergen filii Gregorii ac Pauli filii Andree in circuitu ecclesie beati Benedicti abbatis circa fluvium Mosyna existentes, cum iurisdiccione in dicta ecclesia, ceterisque utilitatibus et pertinenciis earundem vniuersis sub eisdem metis et signis prioribus et antiquis, quibus per eos habite extiterunt et possesse, prenominatis Warathk filio Waratysa(!), et Andree filio Warysa, nepoti suo in perpetuum et in filios filiorum suorum dedimus, donauimus ac

vendidimus possidendas et habendas; et quia Andree filio Bank titulo redemcionis tercia pars possessionarie porcionis ipsius Gergen filii Gregorii iuxta exigenciam iuris debitam cedere videbatur, scribendo capitulo Chasmensi duxeramus committendum, ut Myke filius Mathei, Vydus et Demetrius filius Iwan, homines nostri presente eorum testimonio predictam possessionariam porcionem dividerent in tres partes, quarum duabus partibus metis certis et signis distinctis ipsius(!) Warathk et Andree filio Bank relinquerent obtinendam; quod quidem capitulum post hec nobis rescripsit reverenter, ut prenominati Myke filius Mathei, Vydus et Demetrius filius Juan, homines nostri presente Blasio presbitero succentore, testimonio eorum fidedigno premissam possesionariarn porcionem Gergen filii Gregorii, presentibus suis vicinis et commetaneis sub metis infrascriptis in tres partes divisissent coequales, quarum duabus partibus a parte orientali existentibus prenominatis Waratk et Andree assignatis, terciam partem ipsius Andree filio Bank reliquissent obtinenda. Meta uero ipsius divisionis inter eosdem taliter distingitur et separatur: Incipit in magna via> qua itur de Rachcka ad ecclesiam sancti Benedicti et pervenit ad metam terream et vadit directe ad arborem merasi(f), inde ad aquam Mosyna et tendit super iterum sanctum Benedictum, ibique terminatur. Item mete possessionarie porcionum Farcasii filii Philipi, et fratrum suorum, ac Pauii filii Andree, taliter distinguntur: Prima meta incipit de fluvio Mosyna et vadit per unam viam ubi est meta terrea, inde ad montem ad partes australes et ibi vicinatur cum terra olim Petri et Pettres filiorum Be[re]k, deinde ad arborem naar cruce signatam, per medium unius nemoris tendit ad duas arbores cerasi cruce signatas meta terrea circumfusas, inde procedit ad arborem haas, abhinc ad arborem gertan ubi est meta terrea a parte australi et ibi vicinatur cum terra Johannis filii Zebena, inde salit unam viam ad metam terream, deinde iterum ad metam terream iuxta nemorum(!) aque Mosyna et transit aquam Mosjoia, abhinc procedendo, per minorem aquam Mosyna venit ad metam terream, inde pergens per nemores(!) pervenit ad viam ubi est antiqua meta destructa et nova creata in arbore fyz meta terrea circumfusa, abhinc tendit ad fluvium Magalou et exit ad metam terream, et inde vadit ad magnam viam, que venit ad ecclesiam santi Stfephani] et ibi vicinatur a parte orientali cum terra Sebastiani et Nicolai filii C[ri]stiani, et in eadem via tendit ad metam terream, inde per dumos avellanarum calit unam viam ad vallem, inde ad rivulum Magalo et per eundem procedendo in rnagno spacio per arbores silicis exit ad planicies ad metam terream et 'ibi vicinatur cum terra Arnoldi, inde ad dumos spinarum, inde iterum ad dumos spinarum, abhinc tendit infra ad aquam Mosyna, in meatu aque

vadit super ad priorem metam ibique terminantur, prout in literis prenominati capituli Chazmensis clarius vidimus contineri. In cuius rei memoriam, perpetuamque firmitatem presentes concessimus literas nostras privilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas. Datum in Garig, in vigilia beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini millesimo trecentesimo tricesymo quarto.

Iz originalnos; prijepisa kaptola eazmanskog od 12.jula 3334., (feria tcrcia proxima ante festum beate Margarete virginis), što ga moli: »Andreas filius Warysa«., u kr. ugar. državnom arkivu u Btidimpesti: M. O. D. L. no. 2836. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 629. no. 21.

Nagv Cod. dipl. Andeg. III. 83.—86.

116.

1334, 17. jula. U Čazmi.

Pred kaptolom čazmanskim prodaju Nikola i Ivek smovi Ivana. sina Vrbanovog, zemlje Guthfelde u Gariću itd. kupljene po njihovom ocu, natrag prij'ašnjemu vlasniku lvanu de Nabrad sinu Matije.

Capitulum Chasmensis ecclesie omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod Nicolaus et Juech filii Johannis filii Vrbani a parte vna, ab altere autem Johannes filius Matheus dictus de Nabrad personaliter coram nobis constituti, iidem Nicolaus et Juech proposuerunt, quod Kcet eo tempore quo pater eorum iam dictus terras seu possessiones suas in Garig existentes, vnam videlicet Guthfelde vocatam et aliam iuxta fluuium Palichna adiacentem predicto Johanni de Nebrad pro quadraginta marcis mediantibus litteris nostris exinde confectis perpetuo vendicioni exposuit seu vendidit, propter inbecillitatem ipsorum tunc personaliter interesse nequiuerint, prefatas possessiones cum omnibus earum vtilitatibus et pertinenciis sub eisdem metis terminis et signis, quibuo per patrem ipsorum possesse fore dignoscuntur, de bona voluntate eorum commiserunt et reliquerunt pro summa prenominata per partem eorum habita et recepta a Johanne antedicto eidem Johanni de Nabrad, suisque per eum heredibus heredumque suorum successoribus irreuocabiliter habendas et iure perpetuo possidendas, totam iurisdicionem, quam in ipsis ppssessionibus habere uel obtinere videbantur eximentes, nichilque in eisdem deinceps sibi reseruantes. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes ad instanciam et peticionem parcium concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum dominica proxima ante festum Marie Magdalene, [anno domini] MCCC° tricesimo quarto.

Originai u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1334.

Listma je na mjestu, gdje visi pečat krnja; vide se tragovi, gdje je o vrvci visio pelat.

117.

1334, 25. jula. U Novigradu.

Ivan Babonić nekoć ban dafe samostanu sv. Egidija u Novigradu neke svofe zemlfe.

Nos magister Johannes filius Bobonigh, olim banus tocius terre Sclauonie et condam magister tauarnicorum serenfissime domine Ely]-zabeth, dei gracia regine Hungarie, memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod cum nos de vanys transitoriis cogitasse[mus mu]ndanis, iuxta dictum cuiusdam magistri: Tempora transibunt etc, mentemque salubria desiderare disposuissemus, quoddam pratum nostrum pariter cum una pyscina(!) Cossia vocata[1] ob reverenciam dei patris et virginis gloriose et ad honorem beati Augustini confessoris eiusdemque fratribus in claustro sancti regis Stephani deum exorantibus in civitate Wyhel, nec non devotis et reverendis fratribus sancti Pauli primi eremite ordinis eiusdem sanctissimi confessoris Augustini in claustro beati Egidii abbatis in eadem Wyhel deo famulantibus ob remedium anime patris et matris nostre pariter et pro salute nostra unacum nostris filiis et pro illis, qui animarum remedium habere dignoscuntur. Cuius quidem praty(!) mete scire eo modo dignoscuntur, quod in parte orientali sunt due arbores ven[er]ose sticye(!), que in vulgarico zylfa vocantur; item in parte meridionali est eadem piscyna Cossya(!) vocata; item in parte occidentali eum meta circumdat ad unam aquam nominatam Kapronchazegh, et inde vertit se versus partem septemtrionalem ad quandam magnam silvamnuncupatamLvngh(i), ibique mete insimul coniungantur et determinatur in hunc modum, suis omnibus utilitatibus dicti prati et pysscine(f) antedicte eisdem duobus claustris prenotatis communiter possidendam dedimus, assignauimus et contulimus possidendam pariter et habendam. Quam quidem nostram

[1] Pisano iznad linije.

devote donacionem alicuius temporis processu per aliquem successorum nostrorum irritaretur an revocari seu habere niterentur, patris omnipo. tentis dei, sanctorumque Augustini et Egidii habere mereatur malediccionem inferu'alem. Et ut eciam huiusmodi in perpetuum et inrevocabiliter perseveret donacio, ne per quempiam revocetur, presentes nostras concessimus patentes pendentis sigilli nostri munimine roboratas Datum in Wyheluara, in festo beati Jacobi apostoli. anno ab incarnacionis (!) domini M°CCCXXX° quarto.

Original u kr. ngar. državnom arkivtt u Buđimpešti: M. O. D. L. 110. 2842. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 752. no. в.

Na listini visi o svilenoj, pletenoj ^tzici zeletie i žute boje dobro sačuvan odlomak pečata, kako se čini okrugla, ti zeienom vosku. Vidi se zvijezda ili ruža isnad štita sa strane. Listina je s paleograf. г diplomatskog gledišta vrlo mteresantna. Pisana jc pismom knjiga, linirana je tintom, a i kratice su neobične i starinske. Lsto tako pokazuje arenga г klelva arhaičke elemente. Ipak nije falsifikat, kako to pokazuje pravilno pričvršćeni pečat, bez dvojbe pravi, a i bilješke na hrplu iz prve pole XLV. vijeka u listinskoj minuskuli: »Priuilegium ecclesie sancti Egidii de Loco Nouo super Cossia vocata.*

Nagy Cod. dipl Andeg. LIL. 92. —93.

118.

1334, 1. augusta. (U Napulju).

Poslanstvo Ivana Zagrepčana i'z Napulja u Ugarsku.

Roberto šalje poslanstvo u Ugarsku, te piše i freporuča: »amicicie et benivolencie« — »amicorum et devotorum« — >cum religiosus vir frater Johannes Zagrabiensis ordinis fratrum Minorum, socius religiosi viri fratris Viti eiusdem ordinis Nitriensis electi, consiliarii et fidelis nostri, de nostro beneplacito se in Ungariam conferat«.

Registri Angioini.
Makušev Zapiski XIX. 2. pr. 3. 44.
Rački Rad XVLLL 228.

119.

1334, 9. augusta. U Lastovu.

Prodaje se zemlja.

Anno domini millesimo trecentesimo tricesimo quarto, indictione quinta decima, nono de mense augusto, actum Laguste, presentibus testes(!) Jacob Crancouic, Uelemir Radenic et Micha Scolar de Ragusa ad hoc uocatis et rogatis testibus. Ibi Perueca fillia(!) de Sclauen cum marito suo Milcen vendiderunt in perpetuum a Raden Prodasic una uinea Napergoe. ex parte leuati(l) confina cum Bogdas Crancouic, ex parte siloci(!) cum Dragocla Paulic, ex parte ponenti cum Bogdan Grupsic pro yperperis XXV. Tantum dicta Perueca cum marito suo Milcen quod habuisem(l) et recepisem(l) dictos denarios a predicto Raden, promite(!) per se et suos heredes abere(!) et tenere et uele(!) suum in perpetuum facere uendendo, donando et pro anima iudicando. Et ista uendicio fuit cridata per Juan plagarium comunis Laguste per uoluntatem et consilium domini comitis Tomasin de Rosa et suis iudicibus: Pribie Lucic, Bratos Obradic et Rucoi Presemirich.

(Dmgi rukopis).

Ego Tomasinus de Rosa commes(!) Laguste, manum misit.

Et ego presbyter Andrea de Driuasto capelanus et iuratus notarius Laguste scripsi et roboraui et meo signo consueto signaui.

(Sigmim not.)

Oг-iginal н dMbrovačkom arkivn. — Zbirka Saec. XLV.

120.

1334, 21. augusta. U Zagrebu.

Mikić ban zapovijeda službenicima svojim, da po?nažu desetitiku pri utjerivanju desefme.

Mykch banus tocius Sclauonie universis nobilibus et cuiuscumque status vel condicionis hominibus Zagrabiensis dioecesis salutem et omne bonum. Ad vestram noticiam perducimus, quod honorabiles viri, domini Johannes de Guerche et Gregorius Chasmensis, archidiaconi, nobis privilegiales nostras litteras super ordinacione decimarum per vos solvendarum, omni suspicione carentes presentarunt, petentes nomine domini episcopi

Zagrabiensis et eius ecclesie, ut hos, qui in solucione decimarum negligentes vel rebelles existunt, ad eas solvendas compellamus. Quarum quidem litterarum nostrarum tenor de verbo ad verbum talis est: *(Slijedi listina 25. oktobra 1328.).* Cum igitur iuxta dictam ordinacionem solucio ipsarum decimarum, sicut dicitur, per quosdam negligatur, vobis universis et singulis consulimus et damus firmiter in preceptis, quatenus ipsas decimas domino episcopo Zagrabiensi et eius ecclesie iuxta tenorem [prefatarum nost]rarum privilegialiurfi litterarum solvere debeatis, si vestra gravamina cupitis evitare. Vobis autem nostris comitibus, castellanis et aliis officialibus firmiter [precipimus, quod sij per decimatores domini episcopi vel eius ecclesie fueritis requisiti pro exigendis ipsis eecimis, ut predicitur, vestros detis homines sine [dilacione aliquali. Datum Zagrabie, in crastjino festi beati regis Stephani, anno domini MCCCXXX quarto.

Original гг, arkiv^i nadbiskupije zagrebačke. Decimalia no. 3. Vrvce i pečat otpali.

Tkalčić Mon. civ. Zagrab. 1. 145.—147.

Tkalčić donosi uz ozm listinu iz savremenoga staiuta kaptola zagrebačkoga pars. I. c. LIL, LIV., LV. ove ustanove o sabiranju desetme:

De decimis vini parvi cultelli capituli.

Preterea decime vini, que parvi cultelli appellantur, ad nostrum provenientes cellarium Zagrabiense de locis diversis, videlicet: de Rabuch, de Zauorsya, de Thopolouch et de Geremla percipiuntur prope portam carnificum dictam. Item, de vino de Casna et de vilJa servorum ndstrorum apud ecclesiam sancti Anthonii in vico Latinorum. Nam de hiis villis et eorum territoriis et locis decime vini totaliter exiguntur pro nobis in locis antedictis, de vineis quorumcumque. De vino autem residuo, quod non deducetur Zagrabiam, ibidem in villis et locis decime registrantur et postmodum ad nostrum cellarium deducuntur. Ad eundem eciam parvum cultellum pertinent decime vini de villis et earum territoriis ac locis videlicet: de Miroseuch. de Pethteuch, de Oprouch, de Pethmanouch, de Godegoych, de Dankouch, de Chakanouch, de Chudkouch, de Jalseuch inferiori, de Braianouch, de Novoselch, de Blizna inferiori et de Wlkodolia nostra; sed de hiis villis et territoriis totaliter pro nobis veniunt tantum de vineis nostrorum colonorum in nostris terris residencium et predialium nostrorum similiter. De vineis autem Grecensium sola quarta pro nobis tollitur principalis, residuum vero tollitur ad magnum cultellum et qualiter hoc introductum fuerit, ignoratur. Decime eciam vini de Planina, preter quartam solam, ad hunc cultellum pertinent.

De decimis vini magni cultelli sive maiores konche, et porcione notarii Grecensis et comitis domini episcopi et decani.

Magnus cultellus decimarum vini conprehendit villas, territoria et ioca infrascripta, et vocatur maior koncha. Primo, territorium Grecense

totaliter. Item, Bokoucham cum Heremitis et Blizna superiori. Item, vilias nostras cum eorum territoriis, videlicet: Bachun, sancti Symonis, nigri Stephani dictam, Deztheuch, Critanouch, Ternauam superiorem, Bidragh, Vidouch, castrenses de Vgra, Zlaunouch, Jalseuch superiorem.. Donkouch, Zepnicham, Chucheryam, Blagusam domini episcopi, Glaunicham totam cum locis vicinis omnibus ex ista parte moncium usque decimacionem de Kemluk, scilicet: Moraucham. Item, territoria generacionis Acha ex ista parte moncium similiter usque Crapina. Item, Petrouch, Mikulich et Craleuch cum iocis sibi adiacentibus, de quibus decimis vini pertinet et provenit plena quarta ad nostrum ceiiarium, salvis quartis secundariis aliorum, de quibus in suis locis notabitur, nec de hiis deducitur sextadecima, quia hic non est necesse de hominibus secularium iudicum ad exigendum decimas huiusmodi sicut in locis aliis, et illa sextadecima, quare est concessa laycis in locis aliis, in tenore litterarum regalium contmetur, qui suo ioco inferius inseretur. De decimis tamen vini Grecensis et bladi, videlicet in territoriis Grecensium deducitur primo centesima pro notario comunitatis pro suis laboribus in exigendo, et post hec deducitur decima, per medium dividitur inter eundem notarium, racione premissa, et iudicem curie domini episcopi de Zagrabia. Item, de decima vini de hiis, que sub montibus magni cultelli in nostris pertinenciis dicantur, medietas decime cedit decano, alia clavigero domini episcopi, et ita decano quamdiu nobis placuerit vel placebit.

De decimis magni cultelli, que grosse decime appellantur, et in quibus locis consistunt.

Zagrabiensis districtus decime, que grosse magni cultelli appellantur vulgariter, locorum infrascriptorum, cum decimis apum, agnorum et edorum, preter decimas vini, de quibus superius traditur, pro nostro comuni registrantur vel dicantur et tolluntur in denariis et interdum in specie, prout in progressu apparebit, et in earum percepcionis possessione existimus, salvis porcionibus in eisdem quarumdam dignitatum in nostra ecclesia, prout suo loco inferius describetur. Et primo, ad ipsam decimacionem pertinent decime ultra fluvium Zaue, in omnibus rebus decimalibus de omnibus villis et locis, que de archidiaconatu Zagrabiensi existurit, preter villam Cheh, de qua in loco alio describetur. Item, decime de Pobresya et Grachane, de Dedich, de Craleuch, de Zuibla, de Kobila, de Horoguicha, de Oborowa et de Chernech ac aliis locis vicinis ibidem de archidiaconatu predicto, ad eundem pertinent cultellum et debent exigi in specie preter Horoguicha, Oborowa et Chernech. Item, decime de Glaunicha cum pertinenciis circumquaque de archidiaconatu predicto, de Zepnieha, quondam Perthyni, castrensium de Vgra, de Blagusa domini episcopi supra Casnam, de Planina, de Zlaunouch, de Blizna superiori, de Craleuch alio nomine Fayz, de Miculich, de Petrouch, et de terris ac villis generacions Acha ex ista parte moncium et de Crapina; et in specie exiguntur preter Glaunicham. Item, decime de Biztricha, de Stulbicha ubique, de Thoplica, de Lubenik et aliis locis vicinis ibidem in archidiaconatu predicto, omnibus totaliter, que et cum vino simul iuxta taxacionem factam exiguntur. Item, decime mellis et cere ac agnorum et edorum de Grech et eius suburbio, et de vico Latinorum.

121.

1334, 22. augusta. U Višegradu.

Karlo kralj ugarski ᴤ hrvatski nalaže plemićima iz Kamarče, da plate desetinu biskupiji zagrebačkoj'.

Karolus dei gracia rex Yngarie fidelibus suis magistro Nicolao filio Petri de Ludbreg, Stephano fiiio Opay, Johanni filio Vrbani, Andre filio Farcasii, Mark filio Pouse et aliis vniuersis nobilibus de Kamarcha salutem et graciam. Quia venerabilis in Christo pater dominus Ladizlaus eadem gracia Zagrabiensis episcopus, dilectus et fidelis noster suis se meritoriis seruiciis nobis ad presens plurimum studuit complacere, et ut speramus intendat in futurum, suprema est intencio nostre regie maiestatis ipsum prosequi et amplecti fauoribus graciosis, maxime, ut in conseruacione sui iuris et sue ecclesie et aministracione suorum reddituum seu prouentuum quorumcumque nos eidem exhibeamus liberalem. Igitur, cum idem dominus episcopus pro expedicione presentis nostri exercitus vna nobiscum debeat proficisci uel saltem suis hominibus nos debeat adiuuare, et ad hoc necessarie expense requirantur, fidelitati vestre regio edicto damus firmiter in mandatis, quatenus decimas suas et sue ecclesie ex parte uestra et vestrorum iobagionum debitas iuxta taxacionum (!) seu conuencionem vestram factam cum eodem aut in specie decimatoribus ipsius domini episcopi ad plenum sine diminucione aliquali persoluatis et persolui faciatis; quod si non feceritis, quod non credimus, extunc per presentes iura aliena denunciamus uos indebite retinere. Datum in Wysegrad, in octauis festi assumpcionis sancte Marie virginis, anno domini MCCCXXXIIII⁰.

Iz kodeksd: Liber priviteg. episc. Zagrab. list. 17.
Kodeks u'arkivu nadbiskupije u Zagrebu: I. B. IX. 167.

122.

1334, 22. augusta. U Višegrađu.

Karlo kralj ugarski i hrvatski nalaže p'emičima iz Gvešia, da plate desetinu biskupiji zagrebačkoj.

Karolus dei gracia rex Vngarie fidelibus suis Endree et Beke de Gorbounok, Alexandro et fratri suo riliis Moius, Johanni filio Johannis de Izdench ac aliis vniuersis nobilibus de Gesche salutem et graciam. Quia venerabilis in Christo pater dominus Ladizlaus eadem gracia Zagrabiensis episcopus, delectus(!) et fidelis noster laude dignis[1] seruiciis etc *(Siijedi dalje kao u prij'ašnpoj' listini jednakog daluma upravljenoj na plemiće iz Kamarče).*

Iz kodeksa: Liber privileg. episc. Zagrab. list. 17.
Kodeks u arkivu nadbiskupije u Zagrebu: I B. IX. 167.

123.

1334, 22. augusta. U Višegradu.

Karlo kralj ugarski i hrvatski nalaie plemićima iz županije Vrbaz da plate desetinu biskupij'i zagrebačkoj'.

Karolus dei gracia rex Vngarie fidelibus suis magistro Nicolao comiti de Vrbaz et vniuersis de eodem comitatu salutem et graciam. Quia venerabilis in Christo pater dominus Ladizlaus eadem gracia Zagrabiensis episcopus etc. *(Siijedi dalje kao u prijašnjoj listini jednakog datuma upravljenoj na plemiće iz Kamarče).*

Iz kodeksa: Liber privileg. episc. Zagrab. lisl. 17.
Kodeks u arkivii nadbiskupije u Zagrebu: I. B. IX. 167.

124.

1334, 22. augusta. U Višegradu.

Karlo kralj ugarski i hrvatski nalaže plemićima Kalnika, da plate desetinu biskupiji zagrebačkoj'.

Karolus dei gracia rex Vngarie fideli suo magistro Stephano comiti Crisiensi et vniuersis nobilibus prouincie de Kemluch salutem et graciam. Quia venerabilis in Christo pater dominus Ladizlaus eadem gracia Zagrabiensis episcopus etc. *(Slijeđi dalj'e kao u prij'ašnjoj listini jednakog datuma upravljenoj na plemiće iz Kamarče).*

Iz kodeksa: Liber privileg. episc. Zagrab. list. 17.
Kodeks a arkivu nadbiskupije u Zagrebu: I. B. IX. 167.

[1] U prijašnjoj listini: »suis se meritoriis . . .«.

125.

1334, 22. augusta. U Višegradu.

Karlo kralj ugarski i hrvatski nalaže plemićima iz Voćina i Bukovice, da plate desetinu iiskupiji zagrebačkoj'.

Karolus dei gracia rex Vngarie fidelibus suis magistris Johanni et Petro filiis Laurencii de Ochyna, Egidio de Bokoucha ac aliis vniuersis nobilibus eiusdem districtus salutem et graciam. Quia venerabiiis in Christo pater dominus Ladizlaus eadem gracia Zagrabiensis episcopus, dilectus et fidelis noster etc. *(Slijedi dalje kao u prijašnjoj listini jednakog datuma upravtjenoj na piemiće u Kaniarči).*

Iz kodeksa: Liber privileg. epise. Zagrab. iist. 17.
Koaeks u arkivu nadbiskupije н Zagrebu: I. B. IX. 167.

126.

1334, 22. augusta. U Višegrađu.

Karlo kralj ugarski г hrvatski nalaže plemičima i gradj'anima dubičkim, da plate desetinu biskupiji zagrebačkoj.

Karolus dei gracia rex Vngarie fidelibus suis vniuersis nobilibus et ciuibus libere uille in comitatu de Dubicha constitutis salutem et graciam. Quia venerabilis in Christo pater dominus Ladizlaus eadem gracia Zagrabiensis episcopus, dilectus et fidelis noster etc. *(Slij'edi dalj'e kao n prijašnjoj listini jednakog datuma upravtjenoj na plemiće iz Kamarče).*

Iz kodeksa : Liber priviteg. episc. Zagrab. iist. 17.
Kodeks u arkivu nadbiskupije u Zagrebu: I. B. IX. 167.

127.

1334, 22. augusta. U Višegradu.

Karlo kralj ugarski i hrvatski nalaže plemićima u Gariću, da plate desetinu biskupij'i zagrebačkoj.

Karolus dei gracia rex Vngarie fidelibus[1] et Stephano filiis Stephani de Monozlov et Johanni filio Ruh ac aliis vniuersis nobilibus de Garig salutem et graciam. Quia venerabilis in Christo pater dominus Ladizlaus eadem gracia Zagrabiensis episcopus dilectus et fidelis noster suis se meritoris seruiciis etc. *(Slijedi dalje kao u prijašnj'oj listini j'ednakog datuina upravljenoj' na plemiće u Kamarči).*

Iz kodeksa: Liber privileg. episc. Zagrab. tist. 17.
Kodeks u arkivu nadbiskupije u Zagrebu: I. B. IX. 167.

128.

1334, 22. augusfca. U Višegrađu.

Karlo kraij ugarski i hrvatski nalaie plemićima u županij'i Sans koj da plate desetinu biskupiji zagrebačkoj.

Karolus dei gracia rex Vngarie fidelibus suis magistro Petro filio Petk, Nicolao filio Endree, Barouine Petrine ac vniuersis nobilibus in comitatu de Zana constitutis salutem et graciam. Quia venerabilis in Christo pater dominus Ladizlaus eadem gracia Zagrabiensis episcopus dilectus et fidelis noster etc. *(Stijedi daije kan u prijašnjoj listini jednakog datuma upravljenoj na plemiče u Kamarči).*

Iz kodeksa: Liber privilee;. episc. Zagrab. list. 17.
Kodeks u arkivn nadbiskupije u Zagrebu: I. B. IX. 167.

[1] Očevidno ime ispušteno.

129.

1334, 22. augusta U Višegradu.

Karlo kralj ugarski i hrvatski nalažc plemičima iz Sinča, da plate desetinu biskupiji zagrebačkoj.

Karolus dei gracia rex Vngarie fidelibus suis magistris Johanni filio Nicolai, Leukus filio Johannis et Nicolao filio Myhalch ac aliis nobilibus de Scinche salutem et graciam. Cum venerabilis in Christo pater dominus Ladizlaus eadem gracia Zagrabiensis episcopus, dilectus et fidelis noster pro expedicione presentis exercitus nostri vna nobiscum debeat proficisci uel saltem suis hominibus nos debeat adiuuare, nostre est uoluntatis iura sua et sue ecclesie velle manutenere et redditus seu prouentus suos quoscumque eidem facere integre per quoslibet sibi debitos minitrari ad plenum. Fidelitati uestre regio edicto damus firmiter in preceptis, quatenus decimas suas ac sue ecclesie ex parte uestra et uestrorum iobagionum debitam iuxta taxacionem seu conuencionem per vos factam cum eodem aut in specie decimatoribus ipsius domini episcopi sine diminucione et occasione aliquali persoluatis et persolui faciatis; quod si secus facere presumpseritis, quod nOn credimus, extunc per presentes iura aliena denunciamus uos indebite retinere. Datum in Wysegrad, in octauis festi assumpcionis sancte Marie, anno domini MCCCXXXШР.

Iz kodeksa: Liber privileg. episc. Zagrab. list. 17.
Kodeks u arkizm nadbisktip'je u Zagrebu : I. B. IX. 167.

130.

1334, 28. augusta.

Nikola Simonov traži posjed Zavod.

Nicola Simonis Marini petit sibi restitui bona posita olim in Zavodo quando fuerunt extra civitatem et postmodum per gratiam ducalis dominii et communis Veneti ad patriam redierunt et positi fuerunt in possessionem omnium suorum ceterorum bonorum, petunt possessiones in Zavodo positas.

Notae Joannis Lucii fol. 42 b. Starine XIII. 232.

131.

1334, 30. augusta. U Cazmi.

Pred kaptolom čazmanskim dijele Stjepan i Petar sinovi Bodara sma Sagudova nasljednu svoju zemlju u Kloštru.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod Stephanus et Petrus filii Bodor fiiii Sagud nobiles de Gorbonuk personaliter coram nobis constituti, propositum extitit per eosdem et relatum, quod de possessionibus ipsorum hereditariis ipsos in Gorbonuk cont[ingen]tibus coram vicinis et commetaneis seu generacione eorundem diuisionem equalem inter se fecissent, talem videlicet, quod pars possessionis ipsorum totalis a parte meridionali cum suis vtilitatibus vniuersis, prout separat magna via que procedit de ecclesia sancti Nicolay per terram ipsorum et tendit ad fluuium Gorbonuk infra sessionem Sauli et saliendo ipsum fluuium ad viam procedendo usque metas filiorum Nicolay filii Chopou, transeundo prius quandam vallem aquosam Wodana Kuca vocatam, cum decem vineis iobagionum ac dimidietate magne vinee patris ipsorum, nec non cum sex molendinis in fluuio Gorbonuk existentibus, ac fenetis que Saulus possedit, exceptis que sunt in Yalez, cesserunt in ius et proprietatem Stephani supradicti perpetuo possidenda, alia uero pars a parte septemtrionali similiter cum suis vtilitatibus, videlicet cum quinque vineis iobagionum ac dimidietate predicte magne vinee patris eorum, nec non cum quinque molendinis in fluuio Gorbonuk existentibus, ac omnibus sessionibus patris ipsorum; item cum [suis] fenetis que sunt in Yalez et que ad presens falcate fuerunt, cum vno fenili iuxta fluuium Gorbonuk existenti, nec non cum dimidietate silue eorum que in porcione dicti Stephani constitit et dimidietate silue Byk in porcione ipsius Petri site, cessit et remansit predicto Petro suisque cum heredibus perpetuo possidendam; extitit etiam ordinatum per eosdem, quod si qui ipsorum per quemcumque racione sue porcionis aut factis(!) possessionum molestarentur, vnus alium iuuare tenebitur rebus et persona, loco et tempore oportunis, pena (!) decem marcarum sine iudicis porcione incursurus, si qui eorum rebelis extiterit in. hac parte, prout ad hoc se coram nobis spontanea obligarunt voluntate. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes ad peticionem parcium concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum in crastino festi decollacionis beati Johannis Baptiste, anno domini MCCC tricesymo quarto.

A B C *(literae intercisae).*

Original u arkivu jugoslavenske akadcmije u Zagrebu: Diplomata a. 1334.

Na. hrptu nalazi se trag pritisnuta ovalna pečata.

132.

1334, 5. septembra. U Zagrebu.

Kaptol zagrebački ustanovljuje posjed Matije sina Dmitra blinskoga.

Capitulum ecclesie Zagrabiensis omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod Matheus filius Demetri de Blina coram nobis personaliter constitutus possessionem suam Wrah vocatam ibidem in Blyna constitutam, cum omnibus utilitatibus et pertinenciis suis promittentibus(!) viciniis et commetaneis suis et specialiter Johanne filio Dionisii filii Petri et Mixa filio Nicolai et eciam assenssum prebentibus in hac parte, sicut nobis Paulus sacerdos prebendarius chor^r ecclesie nostre, quem ad reambulandam eandem transmiseramus recitavit, dixit et confessus est se dedisse, donasse et assignasse intuitu proximitatis Nicolao et Mykech filiis Andree proximis suis et per eos eorum heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo possidendam, tenendam pariter et habendam, receptis ab eisdem nichilqminus septuaginta marcis nove monete Zagrabiensis; assumpsisset tunc ydem Mykech suo et nomine dicti fratris sui predictos Mathey et suos heredes usque ad terminum vite eorum decenti modo sustentare ac eciam conservare. Mete autem ipsius possessionis sicut nobis idem Paulus sacerdos in scriptis atullit hoc ordine distinguntur: Videlicet prima meta incipit circa duas vias que vocantur Sceph, que stant per modum crucis a parte meridionali et vadit per eandem viam unam satis in bono spacio et venit ad metam que vocatur Tlopcha inter duas arbores thelpha, deinde eundo ad sinistram partem per vallem unam Bodoli[1] dictam, descendit ad fluvium Vinech vocatum circa quem est arbor byk cruce signata, Inde procedendo satis per bonum spacium per eundem fluvium venit ad pontem ubi est arbor nyar cruce signata et vadit parvum per viam et venit ad aliam arborem nyar cruce signatam, deinde procedit et venit ad arborem thul cruce signatam ad unum campum ubi est meta terrea spinis undique circumdata et vadit per eundem campum sub uno monticulo ad unam arborem hasfa cruce signatam, deinde tendit satis in

[1] Wodoli (?).

bono spacis per viam ad occidentem ubi est meta terrea a parte dextra et venit ad arborem nyar cruce signatam, de qua parvum eundo venit ad tres arbores cruce signatas, abhinc infra procedendo per unum rivulum descendit et exyt de rivulo ad dumos avellanorum et vadit per campum ad unam parram arborem eger per unum Zuhadol et descendit ad sillvam ubi est arbor hasfa cruce signata, deinde parvum procedendo venit ad unam arborem thil cruce signatam et vadit per Zuhadol et intrat rivulum qui dicitur Vyrk et per eundem rivulum eundo satis in bono spacio exyt ad gredam ad quasdam arbores signatas, per quam gredam bene eundo descendit ad rivulum qui dicitur Pretysk et ascendit ad parvas gredicas ubi est arbor thil cruce signata, deinde vadit circa quasdam arbores rotondas eger et venit ad quandam mlakam que Zdenek dicitur circa silvam Mebkyn vocatam, abhinc procedit et intrat ad rivulum Plusquam(l) et eundo exyt et vadit in bono spacio et venit ad alium rivulum que Mekyn dicitur, et per eundem vadit et intrat iterum unum rivulum Brebovin dictum, et venit alutum(l)[1] quod Hostethuo dicitur, abhinc procedit et vadit ad rivulum Stuchyanlaka et per eundem venit usque ad fluvium Zave ubi est arbor piri cruce signata, et [penes] eundem fluvium eundo satis in bono spacio exit ad arborem piri cruce signatam et vadit per unum parvum rivulum ad sillvam(!) a parte occidentali ad viam et venit ad alium rivulum Deviva vocatum, et per illum vadit et intrat riwlum Pluska superius dictum, deinde per eundem venit ad alium rivulum Gummelchicha et iterum transsit Pluskam et venit ad rivulum Duplasticha et vadit circa sillvam ad quasdam magnas arbores keres cruce signatas, abhinc postmodum procedit et intrat rivulum Cladochucha et venitad alium rivulum Narstycha vocatum et per eundem venit ad unum rivulum Locauch et vadit per eundem in bono spacio usque ad campum ad metam ubi est lapis ad priorem metam et sic terminatur. In cuius rei memoriam presentes concessimus litteras sigilli nostri pendentis munimine roboratas. Datum feria secunda proxima ante festum nativitatis virginis gloriose, anno domini millesimo trecentesimo trigesimo quarto.

Iz listine kapt. zagr. od 9. novembra 1372. Jednostavna savremena kopija, kako veli Veghely ove kapt. listine и arkivu Zichy u Zselyu: 211, A. 134.

Codex dipl. com. Zichy. III. 4:79.—481.

[1] Možda: »ad lutum«.

133.

1334, 22. septembra. U Cetrtku (Daruvar).

Pred Samsonom iupanom Moravča i Tomom zemskim županom poklanja Grgur. sin Nikoiin, Kvisanu sinu Pavlovu zemlju i vinograd u Malom Jasenovcu.

Nos magister Samson comes de M.oraucha et castellanus de minori Keunik(!) nec non Thomas filius Gregorii comes terrestris de eadem Moroucha(l), significamus vniuersis quibus expedit presencium per tenorem. quod accedentes ad nostram presenciam ab vna parte Gregorius filius Nicolay, ex altera autem Quisan filius Pauli sororius eiusdem Gregorii idem Gregorius confessus est viua uoce, quod vnam dietam terre cum media, quam quidem terram idem [Gregoriujs de Johanne filio Negounan empcionis titulo comparauerat, eydem(!) Quisan sororio suo dedit et contulit cum vna vinea in paruo Jascenouec. . . . . iure perpetuo possidendam per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus inreuocabiliter tenendam pariter et habendam. In cuius rei [memori]am eydem Quisan presentes [litteras] concessimus sigillorum nostrorumm unimine roboratas. Datum Chetretechhel, feria quinta proxima post festum beati Mathie apostoli et evangeliste, anno domini MCCOXXX quarto.

Origmal u arkivu jugoslavcnske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1334.

Na listini vide se uzice odpergamene i nekoliko vlakanaca zelene svile, o kojima je visio pečat.

134.

1334, 11. oktobra. U Napulju.

Robert kralj napuljski preporuća punomoćnika. hana Stjepana, da može izvoziti konje i orudje.

Robertus etc. Magistris portulanis Apulie etc. Ad precum instantiam pro parte spectabilis viri Stephani bani, consanguinei nostri carissimi nouiter culmini nostro facte volumus et fidelitati vestre mandamus, quatenus nuncium seu procuratorem dicti Stephani extrahere seu extrahi facere de quibuscunque portubus iurisdictionis vestre licitis equos (? naues) ad arma quinque vehendas per mare ad partes Sclauonie, vbi Stephanus ipse personaliter residet, sine iure exiture libere permictatis etc. XI. octobris, II. indictionis.

Reg. Ang. C. 293. Reg. Roberti regis. 175. I.
Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. 44.
Wenzel Acta extera 1. p. 323.

135.

1334, 15. oktobra. U Zadru.

Nikola nadbiskup zadarski odredjuje u pamici izmedju kaptola rapskog i zadarskog, da on s kaptolom svojim smije nametati desetinu.

Nos Nicolaus dei et apostolicae sedis gratia archiepiscopus Jadrensis, de mense octobris nuper elapsi die sabbathi 15. mensis octobris de quadam controversia super facto impositionis coilectarum impositarum vel imponendarum in provincia Jadrensi, orta inter praelatos et capitulum Arbense ex una parte, et capitulum Jadrense ex parte alia, sententiam difinitivam protulimus in haec verba:

In nomine domini amen. Anno incarnationis eiusdem 1334-, indictione 2., die sabbathi 15. mensis octobris. Cum orta tuisset controversia quaedam super facto impositionis collectarum impositarum vel imponendarum in provincia Jadrensi, inter praelatos et capitulum Arbense ex parte una, et capitulum Jadrense ex parte alia, et super dicta controversia oblata fuisset querela per procuratores et sindicos praelatcrum et capituli Arbensis contra capitulum fadrense, in pleno nostro concilio in nostra praesentia, et duorum episcoporum suffraganeorum, aliorumque praesentium praelatorum fuit nobis per utramque partem hinc inde cum instantia supplicatum, quod deberemus praedictam controversiam de medio tollere, et praedictas partes ad concordiam per definitivam sententiam revocare iustitia mediante; nos vero removere volentes omnem materiam scandalorum, cupientesque clerum nostrae ditioni subiectum pacificare et quietare, ita ut pie, sobrie, sancte ac pacifice inter se convivere debeat, iura etiam utriusque partis attente considerantes, pro bono pacis et tranquillo statu temporali et 'spirituali definimus et sententiamus, proferentes sententiam in scriptis, quod Jadrensis archjepiscopus, si praesens fuerit, vel in absentia eius vicarius cum capitulo et praelatis omnibus Jadrensibus. civitatis ac dioecesis, saecularibus et regu-

laribus, vocatis episcopis et capitulis suffraganearum ecclesiarum, de omnium praedictorum praesentium, vel eorum procuratorum consensu, vel maioris partis eorum libere possit imponere impositionem pecuniae solvendae per Jadrensem civitatem et dioecesim, ac totam provinciam, quotiens et quando necessarium et expediens fuerit; et hoc idem possit capitulum Jadrense una cum praelatis saecularibus et regularibus Jadrensis civitatis et provinciae, vocatis suffraganeis et capitulis eorumdem, de consensu omnium praesentium vel procuratorum ipsorum, vel maiori parte ipsorum, praedicta ecclesia Jadrensi vacante ita, quod clara aequalitas personarum voces habentium in praedictis appareat, et quod summae pecuniae impositae quantitas dividatur in quinque partes, quarum tres persolvent suffraganei una cum clero, reliquas duas Jadrensis ecclesia cum clero, ut est hactenus observatum. Impositio vero nuper facta, soluta et persolvenda per eos, qui non persolverunt, in suo robore permaneat, nullum propter hoc in posterum alicui praeiudicium generando. Hanc autem sententiam in praesentia totius nostri concilii lectam approbaverunt et ratam et autenticam expressa voce habuerunt omnes episcopi suffraganei nostri, scilicet domini Arbensis, vicarius Obsorensis(i) et Veglensis, nec non omnes alii praelati in praesentia totius nostri concilii praesentialiter constituti. Actum est hoc in sacristia maioris ecclesiae sanctae Anastasiae in Jadra, praesentibus toto nostro concilio, et domino Pagano vicario monasterii sancti Petri de Arbo pro domino patriarcha Gradensi, et domino Nicolao de Pisis plebano ecclesiae sanctae Juliae dioecesis Pisanae.

Ego Gerardus filius Ruffini de Burgo de Placentia imperatoris auctoritate notarius his praedictis interfui, et rogatus haec scripsi et autenticavi et signo meo proprio signavi.

Farlati Illyr sacr. V. 94.

136.

1334, 31. oktobra. U Vaški.

Pred samostanskim zborom sv. Augustina u Vaški poklanja Nikola plemić garićki imanje Leskovac hiskupu zagrebačkom Ladislavu.

Non frater Fabianus ordinis sancti Augustini, prepositus de Vaska et conuentus loci eiusdem significamus quibus expedit vniuersis memorie commendantes, quod Nycolaus, filius Stephani de Ogh, nobilis de Garig coram nobis personaliter constitutus quandam possessionem suam Lezkouch vocatam iuxta fluuium Golgoncha in comitatu de Ivvang existentem, bona et spontanea uoluntate venerabili in Christo patri domino Ladizlao dei et apostolice sedis gracia Zagrabiensi episcopo confessus est se dedisse, donasse, tradidisse et assignasse cum omnibus suis utilitatibus, videlicet molendinis, terris et quibuscumque attinenciis ad eandem possessionem, prout eandem olim pater suus tenuit et possedit perpetuo possidendam, tenendam et habendam ac de ipsa disponendi et ordinandi pro sue libito uoluntatis. In cuius donacionis memoriam et perpetuam firmitatem presentes ad peticionem eiusdem Nycolai concessimus litteras sigillo nostri conuentus communitas. Datum in vigilia omnium sanctorumi anno domini millesimo CCCXXX° quarto.

Iz kodeksa: Liber privil. ep. Zag. list. 60
Kodeks u ark. nadb. u Zagrebu. I. B. IX. 167.

137.

1334, 15. novembra. U Zadru.

Lovro de Bogde prima od Jakova de Fafogna svoga tasta miraz svoje žene Nikolete.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo quarto, indicione tercia, die quinto decimo mensis nouembris, Jadre. Temporibus Francissci Danduli incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gracia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Marini Superancii egregii comitis. Confiteor ego Laurentius condam Jacobi de Bogde ciuis Jadre presente et mihi ad omnia et singula in hoc instrumento contenta expresse consenciente domina Maria matre mea, me recepisse a te Jacobo condam Desse de Faffoneis socero meo, ciue Jadre libras mille denariorum paruorum pro dote seu repromissa domine Nicolote filie tue, uxoris mee. Quam dotem promitto saluam facere, tenere, regere et custodire secundum ius et consuetudinem dotis; promittens ego dictus Laurencius per me meosque heredes et successores dictas libras mille denariorum paruorum dare, reddere et restituere predicte domine Nicolote uxori mee, suisque heredibus et successoribus in omni tempore et euentu dotis restituende super me et bonis meis omnibus presentibus et futuris, [omni] excepcione remota, nulloque pretermisso obstante. Et ego predicta Maria laudo et affirmo omnia et singula predicta. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus,

scilicet Gregorio condam Viti de Zadulenis(!) et Francisco de Vrsulino ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Biualdus Gregorii de Betono examinator examinaui.

(Signum not.).

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo consueto signaui.

Original u arkivu grofova Begna u Posedarpi: P. no. 59.

138.

1334, 1. deeembra. U Zadru.

Vulcigna Sagatisa daje generalnu pemomoc Marinu de Cano.

[In Christi] nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo trigesino quarto, [indictione] tercia, die primo mensis decembris, Iadre. Tempore [domini Frjancisci Dandulj incliti ducis Venecie, et reuerendi pa[tris] domini Nicolai de Matafarro decretorum dectoris, Jadrensis archi[episcopi], ac domini Marini Superancii honorabilis comitis. Vulcigna filius Mfauri de] Sagatisa ciuis Jadre ut emancipatus a dicto Mauro. . . . . secundum formam statutorum Jadre sub titulo: Ne filius pro patre. . . . . si filius uel filie etc. constituit Marinum condam Petri de Cano. . . . . [Ja]dre eius fecerunt(!) suum legiptimum procuratorem generaliter ad [omnes et] singulas ipsius causas et negocia, concedens eidem plenissimum. . . . cerum et generale mandatum ubi generale et speciaie, ubi speciale necessarium [fujerit petendi, exigendi et recipiendi omne id et quicquid ipsi Vulcin[na] ab aliqua persona uel personis ex quacumque de causa et quocumque modo et. . . . [dejbetur, debitores absoluendi et liberandi paciscendi, conpo[nend]i, transigendi, conpromictendi, laudandi et arbitrium audiendi, [pro]sequendi, debita contrahendi et alios sibi debitores constituendi. . . . [con]dicionum, emptionum, locationum et cuiuscumque alterius generis alie[na]tionis, obligationis et concessionis. contractus nominati et innominati fa[ci]endi in scriptis et sine scriptis, et bona ipsius constituentis super quocumque contractu obligandi, et generaliter omnia et singula [i]psius negocia tractandi et gerendi, et omnia et singula faciendi, [qu]e circa predicta uel aliquod predictorum sibi vtilia videbuntur. Item [in] omnibus et singulis eius causis presentibus et futuris agendi, defendenfdi]. . . . dendi, calumpnie et de ueritate

dicenda, et cuiuslibet al[terius] generis sacramentum prestandi, et generaliter omnia et singula [fajciendi, que merita causarum exigent, et que legiptimus procurator. . . . ipse] met constituens si causis interesset dicere, facere et placitare. . . . et etiam si per eum procuranda talia essent, que mandatum exige[ren]t speciaie, concedentes(f) eidem liberam vniuersorum negociorum amministrationem et plenam et liberam potestatem atque mandatum predicta omnia [et] singula faciendi, quotiens expedierit et voluerit, et super predictis et [quojlibet predictorum procuratorem vnum uel plures substituendi et constituenfdi] et ipsos reuocandi, et promictens se rata habiturum quecumque dictus [procurator] uel ab ipso constitutus uel substitutus circa predicta uel aliquid [predictorum] duxerint facienda sub obligatione omnium bonorum suorum. [Acta] sunt hec et firmata coram Nicolao de Stumulo et Mauro de Cofsica] ciuibus Jadre, testibus rogatis et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Nicolaus condam. . . . . . de Begno iudex examinator manum misi.

(Signum not.J

Et ego Alexander condam Vgolini de Stella, imperiali et ciuitatis Jadre auctoritate notarius scripsi et publicaui et meo signo et nomine roboraui.

Original u gubern. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole br. 156. — Desni rub okrnjen.

139.

1334, 10. decembra. U Dubrovniku.

Općina dubrovaćka prima fismo Stjepana bana bosanskoga, u kojem javlja, da su dubrovački trgovci, koji su držah trg na Neretvi, sve namirili.

Die sabati decimo decembris.

Hoc est exemplum quarumdam licterarum(!) missarum pro parte domini Stephani bani Bossone (!) nobili viro dornino Marcho Justiniano honorabili comiti Ragusii, consilio et comuni Ragusii sigillatas sigillo cere gialle ipsius domini Stephani, in quo erat sculptus unus homo" armatus ad equum. Quarum licterarum tenor talis est:

Die X. decembris.

Stephanus dei gracia banus Bossine amicis suis veris Marcho Justiniano comiti Ragusii, iudicibus, consilio et comunitati de eadem salutem cum amore. Noverit vestra universalis amicitia, quod nos anno domini millesimo CCCXXXIIII, in festo videlicet beati Luche evangeliste proxime preterito cum nobilibus viris Clime Dersia, Valle, Misce et Boguno sociis ipsorum et ciuibus. . . . . nostris super foro vel mercato nostro de Narento, quod ipsi ex dono nostro et voluntate tenuerunt, nec non aliis debitis, que inter nos et prenotatos viros fuerunt, posuimus debitam et convenientem rationem. Itaque ratiocinantes inuenimus, quod neque nos prenotatis viris, neque nobis sepefati viri in aliquo remanserunt debitores. Si ipsi nobis et eo modo quomodo nos ipsos super omni debito et actu inter nos usque dictos presentium factis et actis sumus e mercatione expediti, facientes tam ipsi nobis quam nos ipsis plenum et perfectum finem et remissionem et securitatem tam de mercato quam de quibusuis debitis inter nos existentibus usque dictos. . . . . ut prescriptum est. Itern sal quod est in Narento est Clime Dersich prenotati. Datum in Bossina in curia nostra die et anno prenotato.

Quas quidem licteras dominus comes cum suo minori consilio ad conservationem iurium dictorum Clime, Valis, Misce ac Bogun et de eorum voluntate fecit totaliter registrari.

Diversa cancellariae knjiga g. 1334. u dubrovačkom arkivu.
Pucić Spom. srp. II. br. 15, 14.

140.

1334. U Ostrogonu.

Kaptol ostrogonski prepisuje listinu Ivana bana potvrdj'enu od kralj'a o novim daćama dosudj'enim kaptolu zagrebačkomu.

Capitulum ecclesie Strigoniensis omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod discretus vir dominus Johannes archidiaconus de Gerche, de ecclesia Zagrabiensi, pro se ac pro toto collegio eiusdem capituli ad nostram accedendo presenciam exhibuit nobis privilegium excellentissimi principis domini Karoli regis Hungarie, tenoris infrascripti, petens nos cum instancia, quod quia ipsum privilegium propter casus formidabiles deferre ad prosecucionem causaVum suarum in specie frequenter non auderent, et quod iam idem

dominus rex et sui barones pluries conspexissent, sub nostro sigillo idem privillegium rescribi faceremus ad cautelam. Cuius tenor is est : *(Sliedi listina od 29. novem. 1323.)* Xos igitur peticionibus dicti Johannis archidiaconi favorabiliter inclinati, predicti privilegii tenorem de verbo ad verbum rescribi fecimus et unum par sub nostro sigillo eidem dari et aliud in nostra sacristia reservari fecimus, iusticia mediante. Datum per manus domini Ladislai lectoris ecclesie nostre, anno domini MCCCXXX. quarto.

Prijepis kaptoia ostrogonskoga od goa. 1346. u arkivu kapiota zagrebačkoga.
Tkalčić Mon. civ. Zagrab. I. 144.—145

141.

1335, 15. januara. U Zadru.

Filip de Scolaiura daje Obradu kmetu Marije udove Frane Varikaše zemlj'u u Murvici, da nasadi vinograd.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo quarto, indicione tercia, die quinto decimo mensis ianuarii, Jadre. Tempore domini Francisci Danduli incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gracia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Marini Superancii egregii comitis. Ego Philippus condam Michaelis Rose de Scolatura ciuis Jadre concedo tibi Hobrado condam Dminich villano dominc Marie relicte Francisci Johannis Rainerii de Varicassis gognaios duos terre mee posite supra Muruigam ad Lemesesschina recipienti pro te et tuis heredibus et Bogdoy priuigno tuo; ad pastinandum vineam et complendum cum uitibus et aliis neccessariis secundum consuetudinem et statutum Jadre, usque ad tres annos proxime futuros, sub pena sex yperperorum. Et de toto quod exinde prouenerit debes mihi dare quartam partem pro terratico annuatim ad curiam meam ad Muruicam, de iure autem tuo exinde facies tuum uelle sicut de tuo proprio, iure meo predicto et omni alio secundum consuetudinem et statutum Jadre semper saluo, et quociens dicta vinea uendetur, tociens uenditor ipsius mihi unum arietum(!) de soldis viginti denariorum paruorum dare debet, et si fraudem comiseris contra meam racionem, mihi sex yperperos pene nomine pro qualibet vice soluere debes. Promittens ego dictus Philippus per me meosque heredes et successores tibi dicto pastinatori tuisque

heredibus et successoribus, dictoque priuigno tuo dictam terram cum suis pertinenciis excalumpniare in racione ab omni persona super me et bonis meis. Cui terre de borea terra mea, quam pastinat Dminach Cheimonis, de austro terra mea, quam pastinat Striam Ceprenich, de quirina terra mea dicti Johanni(l), et de trauersa terra Petri de Zadulinis. Et ego dictus Hobrad pastinator laudo et affirmo omnia et singula predicta et attendere promitto super me et bonis meis omnibus presentibus et futuris. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Barthe de Hossessico et Prodano condam Gregorii Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis.)

j Ego Matheus de Nasses(l) iudex examinator manum misi.

(Signum not.)

Et ego Blasius Michaelis Leonardo imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo consueto signaui..

Original u arkivu grofova Begna ti Posedarju: P. no. 51.

142.

1335, 2. februara. D Zadru.

Zadarski nadbiskup ili njegov zamjenik mogu učinih namet daća.

Et quia dominus Arbensis episcopus, et suus clerus de praedictis se tenentes gravatos, nobis humiliter suplicarunt, ut in dicta nostra sententia dignaremur apertius declarare clausulam illam, videlicet, quod Jadrensis archiepiscopus, si praesens fuerit, vel in absentia eius vicarius cum capitulo et praelatis omnibus Jadrensis civitatis et dioecesis, saecularibus et regularibus, vocatis episcopis et capitulis suffraganearum ecclesiarum, de omnium praedictorum praesentium vel procuratorum consensu, vel maioris partis eorum, libere possint imponere impositionem pecuniae solvendam per Jadrensem civitatem ac dioecesim ac totam provinciam, quotiens et quando necessarium et expediens fuerit; et hoc idem possit capitulum Jadrense una cum praelatis saecularibus et regularibus Jadrensis civitatis ac dioecesis, et provinciae nostrae suffraganeis, et capitulis eorumdem, de consensu omnium praesentium vel procuratoris ipsorum, vel maioris partis eorum, praedicta ecclesia Jadrensi vacante; ita quod inter ipsos clara aequalitas personarum voces habentium in praedictis appareat. Quare nos dictam clausulam, et dubia sciHcet, quae sunt in ea, deciaramus intelligi volentibus, et sic inviolabiliter observari

praecipimus definitive, et sententialiter in futurum, quod, quandocumque praemissa impositio occurrerit facienda, archiepiscopus Jadrensis, qui pro tempore fuerit, vel eius vicarius eo absente, cum capitulo Jadrensi habeant duas voces, et hoc idem habeant vicarius capituli Jadrensis, et ipsum capitulum vacante ipsa ecclesia; et quilibet de suffraganeis, vel in eius absentia suus vicarius cum capitulo suo similiter habeant duas voces; et vacantibus ecclesiis suffraganeis vel aliqua earum, habeat vicarius in unaquaque cum suo capitulo similiter duas voces, rata manente dicta nostra sententia in omnibus aliis sicut iacet. Datum in nostro archiepiscopali palatio, et scripta per Gerardum filium Ruffini de Burgo notario cancellariae nostrae, die Jovis secundo mensis februarii, sub 1335., indictione III., et in praedictorum omnium robur iussimus nostrum sigillum cum cordula pendente apponi.

Farlati Illyr. sacr. V. 05. Vidi listinu od 15. oktobra 1334.

143.

1335, 9. februara. U Čazmi.

Pred kaptolom čazmanskim biva prodaja zemlje u Račici.

Capitulum Chasmensis ecclesie vniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod magister Ladislaus filius Nicolai de genere Gatal, tam pro se, quam pro Petro filio Valentini .filio suo a parte una, ab altera autem Thomas filius Beke, similiter pro se, Andrea et Johanne fratribus suis absentibus personaliter coram nobis constituti, idem magister Ladislaus quandam terram suam in Racbicha existentem ad ipsum ex parte Mykech filii Johannis mediantibus literis nostris privilegialibus titulo empcionis devolutam, cum vineys, silvis, aquis, pratis, fenetis et terris arrabilibus, ceterisque utilitatibus ad eandem spectantibus vniuersis, simul cum porcione in ecclesia beati Stephani prothomartiris ipsum contingentis(l), sub eisdem metis, terminis et signis ac libertatibus, quibus idem habuit, tenuit et possedit, dixit et confessus est tam suo nomine, quam Petri antedicti eisdem Thome, Andree et Johanni ac per eos eorum heredibus, heredumque suorum successoribus pro- viginti et quinque marcis denariorum bonorum plene ab eisdem habitis et receptis, ut retulit, vendidisse irrevocabiliter habendam et iure perpetuo possidendam. Astitit eciam presencialiter coram nobis Mykech supradictus vicinus eiusdem, qui huic vendicioni et empcioni suum con-

sensum prebuit et assensum, literas autem nostras privilegiales, quibus mediantibus eandem obtinuerat, traditit et assignauit ad manus eiusdem Thome coram nobis, et si aliquas maliciose occultasset aut reddere denegasset, aucloritate presencium mortuas reliquit et viribus carituras, si unquam per quempiam in lucem proferentur uel [eciam] exhiberentur. Datum et actum feria quinta proxima ante festum beate Scolastice virginis, anno domini M°CCC°XXXmo quinto.

Original u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 2883. — Stara sign.: N. R. A. fasc. 1507. no. 31. Na listini visi žuta г crvena svilena vrvca bez pečata.

Nagy Cod. dipl. Andeg. Ш., 131 — 132.

144.

1335, 19. februara. U Zadru.

Lazar prisežnik kurije prodaje po nalogu sudišta, na draibi posjed Damijana de Stumulo u Tuklečanu Nikoli sinu Marina de Ciuallello za 180 libara.

In dei nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo quarto, indiccione tercia, die dominico decimo nono mensis februarii, Jadre. Tempore domini Francisci Dandulo incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafarro decretorum doctoris, Jadrensis archiepiscopi, ac domini Marini Superancii honorabilis comitis. Testificor ego Lacarus communis Ja[drensis] . . . rus iuratus et placariorum castaldus, qucmodo presentata domino comiti supradicto et iudicibus infrascriptis cedula incantus huius tenoris: Ad peticionem Marini filii Damiani de Stumulo incantantur et plus se daturum offerenti per incantum deliurabuntur(l) infrascripte possessiones Damia[ni] predicti posite ad Tuclecanum: In primis vna terra vineata, cuius vites sunt Johannis Mathieuich et Iurgii vocati Conpari intra hos quattuor ueraces confines: De borea est vinea Dise Suaranich super terra Nicolai de Pechiaro, de trauersa via publica, de austro vinea Herre super terra domine Nicolotte vxoris olim Laurentii de Ceuallelo et de quirina mare; item vna alia vinea Hremse super terra supradicti Damiani infra hos quator veraces confines: De borea est vinea Draghinne super terra Nicolai de Stumulo, de trauersa via publica, de austro terratici supradicti Nieolai de Pechiaro, et de quirina mare; item vna vinea Volchoy super terra dicti Damiani infra hos quattuor ueraces confines: De borrea(!) est

vinea Nicolai de Stumulo, de trauersa carsum et de austro vinea supradicti Iurgii vocati Compare(!) super terra supradicte domine Nicolotte et de quirina supradicti Dise Suaranich super terra dicti Nicolai; item dimidietas australis vnius terre infra hos quattuor ueraces confines: De borrea est reliqua dimidietas Nicolai de Stumulo, de trauersa via publica, de austro terratici supradicte domine Nicolotte et de quirina mare; item vna alia vinea Bratcouich super terra dicti Damiani infra hos quattuor veraces confines: De borea sunt terratici dicti Nicolai de Pechiaro,. de trauersa via publica, de austro vinea dicti Draghine(!) super terra dicti Nicolai de Stumulo, et de quirina mare; item tota vna terra posita ilud(!) infra hos quattuor ueraces confines: De borea est terra dicti Nicolai de Pechiaro, de trauersa ortus et curia dicti Nicolai de Stumulo et de quirina via publica, de austro terra dicti Nicolai et hoc pro euidenti debito librarum octingentarum denariorum venetorum paruorum, in quibus dictus Damianus de Stumulo est prefato Marino eius filio in quadam sentencia maioris curie Iadere condempnatus, ac pro ipsius executione sentencie idem Marinus fuit positus per tribunum curie in pagamentum et possessionem in omnes et totas supradictas terras et in quedam alia bona eiusdem Damiani, et facta ipsi Damiano condempnato presentatione denariorum, ipsa bona et possessiones infra statutum non redemit, secundum quod de predictis ex actis curie maioris Iadre euidenter apparet, ac primo per dominum Michaelem de Bottono iudicem, cui hoc et cetera ad dictarum possessionum incantum et deliurationem per supradictum dominum comitem et alios coniudices commissa fuerunt, supradictis requisitis confinibus vicinis ac ipsis coram eo contentis existentibus ipsas terras esse, ut supradicitur, confinatas de comissione supradicti domini comitis et memoratorum iudicum, ipsam ʳeram incantaui solemniter tt publice per vnum mensem conpletum et vltra per plateas et ecclesias Jadre secundum formam statutorum Iadre contentam sub generali titulo: De. rebus et possesionibus vendendis ad incantum quod incipit: Saneque possent etc. dicens precona voce, quod dicta terra deliueraretur per incantum plus offerenti et danti, et cum nullus preter infrascriptum emptorem plus infrascripto precio de predictis possessionibus se daturum offerret, tandem de mandato supradictorum dominorum comitis' et iudicum dictas terras siue possessiones die dominico supradicto in magna logia Iadre coram prenominato domino iudice publice et solemniter per incantum deliuraui, vendidi, dedi et tradidi Nicolao condam Marini de Ceuallello ciui Iadre ementi et recipienti vice et nomine Cresoli et Qumili minorum filiorum condam Laurentii de Ceuallelo eius nepotibus pro precio librarum centum octoginta denariorum venetorum paruorum, quod precium dictus Nicolaus asseruit se de pecunia dictorum minorum

soluisse dicto Marino et dictus Marinus contentus et confessus iuit, se dictam quantitatem pecunie a dicto Nicolao nomine quo supra habuisse et recepisse ab ipso Nicolao pro parte solutionis totius debiti supradicti, et quia supradicti domini comes et iudices inuenerunt in dicto incantu et eius deliuratione concurisse omnia illa septem que ex forma aliorum statutorum, ordinamentorum et consuetudinum Iadre interuenire et concurrere debent, mandauerunt ad dictorum emptorum cautelam de dicta deliuracione publicum instrumentum. Et predicta omnia et singula tibi infrascripto notario coram Damiano Phylipi de Begna, et Soppolo condam Cresii de Soppolo ciubus Iadre testibus vera esse testificor.

(Drttgi mkopisi).

Ego Marinusu(f) Superancio comese(!) Jadre manu mea subscripsi.

f Ego Gregorius Detrici iudex manum misi.

| Ego Paulus Viti de Paulo iudex Jadre manum missi.

j Ego Michael Cerni de Betono iudex manum missi.

Et ego Alexander condam Vgolini. de Stella imperiali et ciuitatis Jadre auctoritate notarius scripsi et publicaui et meo signo et nomine roboraui.

(Signum not.)

Original zt atkivti jugoslavenske akademije u -Zagrebu: Dipiomata a. 1334.

145.

1335, 21. marta. U Zad.ru.

Tomadije Varikaia gradjanin zadarski prodaje Bogdi sinu Krševanovom, nečaku svome dva komada svoje zemlje kod sv. Cifrijana.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem miUesimo trecentesimo trigesimo quarto, indictione tertia, die vigesimo primo mensis martii, Jadre. Tempore domini Francisci Dandulo incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaro decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gratia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Marini Superancii egregii comitis. Ego Thomadius filius condam Madii de Varicassis ciuis Jadre do, uendo, trado et transacto titulo pure et precise vendicionis tibi Bogde filio condam Grisogoni de Bogde ciui Jadre nepoti meo ciui Jadre. pro te tuisque heredibus et successoribus ementi et recipienti integras duas partes meas, unam videlicet mihi iure paterne successionis. adiunctam et aliam ab olim Damiano fratre meo ac-

quisitam septem sortium terre, que fuerunt dicti Madii patris mei et aui tui, de quibus reliquam tertiam partem, que fuit olim Xicolai fratris mei habet Petrus de Matafaris pro indiuiso, et quibus domina Fenix mater mea uti et frui debet donec uixerit, que quidem septem sortes sunt tertia pars integra tocius ville siue possessionis condam Stani de Varicassis aui mei posite in confinio sancti Cipriani de Monte, cum omnibus vineis propriis et ad terraticum plantatis in dictis sortibus et extra eas habitis et locatis et omnibus arboribus, pascuis, nemoribus aquis, mgressibus et egressibus, viis et accessibus, iuribus, attinenciis et pertinenciis eisdem duabus partibus dictarum septem sortium contingentibus, et que eis pertinere possunt quomodolibet, et cum debitis in quibus tenentur rustici residentes in dicta villa spectantes ad dictas duas partes meas tibi uenditas, quas sortes conuento e.<se gognaios decem et octo ad mensuram Jadre quamlibet, et si pluris quantitatis reperientur illud plus et etiam totum id quod est intra siue extra sortes predictas pertinens ad ipsas duas partes tibi uenditas sit tuum et intelligatur esse uenditum precio infrascripto. Ob quam uendicionem plene habui et recepi a te dicto Bogde libras mille quingentas denariorum paruorum in prompta et numerata pecunia nomine integri precii supradicti; dans et tradens ex nunc pro tunc tibi dicto emptori tuisque heredibus et successoribus ego dictus venditor per me meosque heredes et successores plenam potestatem et auctoritatem dictas duas partes predictarum septem sortium cum omnibus et singulis suis predictis statim et inmediate post obitum dicte domine Fenicis matris mee, ymmo ex nunc ponens te loco mei in dictarum duarum partium possessionem corporalem; ita ut a modo in antea plenam et liberam potestatem habeas per te tuosque heredes et successores dictas duas partes tibi uenditas cum omnibus suis predictis ad habendum, tenendum, possidendum, gaudendum, usufructuandum, donandum, uendendum, allienandum et predicta debita exigendum et omnem tuam uoluntatem pro anima et corpore faciendum sicut de tuo proprio, salua condicione predicta, videlicet quod dicta domina Fenix utatur et fruatur eis ad vitam suam. Cui toti ville seu possessioni de borea est partim terra Petri de Matafaris et partim terra monasterii sancti Demetrii que dicitur Bocanschina, de austro partim terra Vulcigne condam Miche de Matafaris et partim .via publica, de quirina partim vinea heredum Jacobi de Bogde et partim vinea Michaelis de Faffona et partim vinea predicti Petri de Matafaris, et de trauersa est partim boschum et partim pasculum Nicolai Dani Pasque de Varicassis, quod dicitur Geseschina, uel si qui alii confines ueraciores et plures sunt et reperiri poterunt. Quas quidem duas partes tibi uenditas cum suis omnibus antedictis promitto per solempnem stipulacio-

nem tibi dicto Bogde pro te tuisque heredibus et successoribus stipulanti et recipienti ego predictus uenditor per me meosque heredes et successores excalumpniare et defendere in ratione ab omni homine et persona super me et bonis meis omnibus pressentibus et futuris Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Nicolao condam Guidi de Grubogna et Damiano filio Grisogoni de Sloradis, ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Damianus Miche Pasque de Varicassis iudex examinator manum misi.

(Signum not.J.

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi, publicaui et signo consueto signaui.

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru a. 1334.

146.

1335, 23. marta. U Požegi.

Pred sud požeški poziva se Nikola sin Aiihalja.

Nos comes Beke viceiudex Duymi comitis de Posaga, et Iwan comes terrestris damus pro memoria, quod cum secundum [conjtinenciam priorum literarum nostrarum feria quinta proxima post dominicam reminiscere magister Dominicus filius Stephani, Demetrium filium Petres, pristaldum suum, contra Nicolaum filium Michaelis de Tuerdg statuere debuisset coram nobis super eo, quod ipsum Nicolaum ad feriam quintam proximam ante festum beati Thome apostoli nunc preteritum citasset legitime, quod Blasius filius Simonis pro eodem Nicolao comparens ipsum citatum ad terminum supradictum n[on] asseruit, ipso die et termino adveniente idem magister Dominicus prefatum pristaldum suum statuit, qui astando dixit, quod ipse prefatum Nicolaum sabbato proximo ante festum beati Thome apostoli nunc preteritum ad feriam quintam subsequentem citasset legitime, et in instanti idem pristaldus voluerit mutare verba sua, et cum nos dictam statucionem ad feriam quintam proximam post dominicam oculi ad examen nobilium prorogassemus, si verba sua valeat mutare nec ne, ipso die adveniente nobiles nobiscum in iudicio assedentes dixerunt, quod cum gravamene (!) iudicii valeret mutare; qui quidem Demetrius pristaldus prefati magistri Dominici iam dictum Nicolaum sabbato proximo ante festum beati Thome

apostoli nunc preteritum ad feriam quintam proximam ante festum predictum citasse legitime affirmavit', pro quo quidem Nicolao Petrus filius Thome. comparuit, sed pristaldo predicto non contradixit. Datum feria quinta supradicta, anno domini M°CCC°XXXmo quinto.

Na hrptu: >Pro magistro Dominico filio Stephani, contra Nicolaum filium Michaelis de Tuerdg super statuto pristaldi<.

Original u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 2S89. — Stara sign. N. R. A. Jase. In07. no. 33. Na hrptu se vidi trag peeata, kojim bijaše listina zatvorena.

Nagv Cod. dipl. Andeg. III 137.—138.

147.

1335, 5. aprila. U Ivaniću.

Ladislav biskup zagrebački izdaje svoju zapovijed proti svim nasilnicima crkvenoga dobra.

Ladizlaus dei et apostolice sedis gracia Zagrabiensis episcopus omnibus Christi fidelibus presencium noticiam habituris salutem in domino. Ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod quia crescente contumaca, crescere debet et pena, et multi dei timore postposito qui alias multa prava et gravia mala malis non cessant cumulare propter eorum pravam et rapinam consvetam semper querentes Christi pauperes devorare et suis factis turpibus maculare, non advertentes miseri, quod ad mala ad que alios inducunt super eorum capita revolvuntur, prophetica scriptura attestante: Lacum aperuit et effodit, et incidit in foveam quam fecit, convertetur dolor eius in caput eius et in verticem iniquitas descendet. Igitur ad talium reprehendendam maliciam, qui de commissis malis non dolent, sed eorum mentes suis vanis machinacionibus et incitacionibus vulnerare satagunt, et per hec de eorum malicia gloriantur dicente propheta. Ut de eorum malicia penam reportent condignam, licet in sacris canonibus et aliis superiorum ordinacionibus plenius habeantur, tamen ad eorum memoriam revocando statuimus, ut quicumque clericus vel laicus cuiuscumque preeminencie, condicionis vel status existat, insultum, tumultum, eoncursum, violencias, insidias, sediciones, conspiraciones, congregaciones fraudulentas et conventicula ac iniqua consilia in habitaciones eciam nostras irruentes>

[1] Iznad linije.

falsas sugestiones in fora proclamando et incitaciones ad premissa et quelibet premissorum, consilium, auxilium vel favorem in nostri status dedecus et obprobrium, dampnum et iniuriam deliberate contra nos vel nostram ecclesiam nostrosque familiares fidelesque quoscunque incitare, commovere, disponere, svadere quoquomodo presumpserit, pieter ulciones(l) divinam, quam reddet iustus iudex unicuique secundum eorum demerita, quia et opera eorum secuntur eos. In quibus premissis et singulis premissorum penam excommunicacionis ipso facto incurrant, et de hiis de quibus nos absolvere possemus, per nostros vicarios vel alios absolvi non possint, nisi de nostro mandato, satisfacione prius exhibita speciali. Quemlibet eciam talium possessionatum in nostra temporali. iurisdiccione existentem possessione et possessionibus privamus et privatum in hiis scriptis denunciamus, nec non universos tam possessionatos quam alios penam, quam iuxta promissionem ipsorum de episcopatu trium provinciarum nostrarum, nobis sponte licet implicite factam, ipso facto incurrisse denunciamus similiter in hiis scriptis, nostro tamen episcopali foro conveniente. Adicimus eciam insuper, quod omnes tam clerici quam laici quacunque dignitate seu honore prefulgeant, qui rapinas seu spolia facto consilio vel favore in possessionibus seu tenutis nostre Zagrabiensis ecclesie commiserint, vel qui congregaciones absque nostro consensu seu consilio per fora proclamare fecerint, nec non quicumque nobis et nostre ecclesie honoribus taliter malignantibus hospitalitatem seu communionem quamlibet fraudulentam exhibuerint, vigore presentis constitucionis nostre, penis subiaceant suprascriptis, nec de ipsis nisi modo premisso beneficium absolucionis mereantur obtinere. Presentes autem nostras constituciones sigilli nostri munimine roboratas ad maiorem rei evidenciam,. et ut contra ipsas nulla possit ab iniquis ignorancia allegari, foribus ecclesiarum affigi volumus et mandamus. Datum et actum in castro nostro de Iwangh, feria quarta proxima post dominicam iudica, anno domini MCCCXXX quinto.

Lib. priv. episcop. Zagrab. fol. 72. Kodeks u arkivn nadbisk. zagr. I. B. IX. 167.

148.

1335, 5. appila. U Zadru.

Andrija sin Fridrika Gnzogona ima. da vrati miraz svoje žene Tomazinc njezmoj majci Stam de Varikaša pod globom od hiljadu libara mletačkih dinara.

In nomine domini dei eterni. Anno incarnacionis eiusdem miliesimo trecentesimo trigesimo quinto, indicione tercia, die quinto aprilis, Jadre. Temporibus domini Francisci Dandulo incliti ducis Yenecie, domini Nicolai de Matafarris decretorum doctoris, Jadrensis archiepiscopi, et domini Marini Superancii honorabilis comitis. Cum Andreas filius olim Federici Grisogoni ciuis Jadre promisisset domine Stane vxori olim Johannis Rainerii de Varicassis et matri condam domine Tomaxine eius vxoris et sponse remitti et repudiari facere dicte eius vxoris omnia bona paterna et materna secundum consuetudinem Jadre ipsi domine Stane, quandocumque placebit ipsi domine Srane, et hoc sub pena librarum mille denariorum venetorum paruorum, prout patet publico instrumento scripto per presbiterum Guillelmum Castrensem canonicum et notarium Jadrensem sub anno incarnacionis domini millesimo trecentesimo duode'cimo, die decimo septimo intrante mense octubri, indicione vndecima; et cum ipsa domina Tomaxina vxor dicti Andree mundum remississet nec repudiasset ipsi domine Stane condam eius matris nec alicui alteri pro ipsa recipienti; et ideo se Leonardus Formino ciuis Jadre, procurator et procuratorio nomine domine Jacobine eius vxoris tamquam commissaria(!) olim dicte domine Stane secundum formam testamenti ipsuis domine Stane scripti per Blaxium Michaelis Jadrensen notarium sub millesimo trecentesimo vigesimo septimo, indicione vndecima, die quarto decimo mensis decembris, et instrumento procurationis scripto [per] Marinum Simonis de Saracho imperiali auctoritate notarium Jadrensem iuratum sub anno incarnacionis domini millesimo trecentesimo trigesimo quarto, indicione tercia, die ultimo mensis februarii, a me [notario] infrascripto uissis(!) et lectis; et Petrus Miche Rosse etiam procurator et procuratorio nomine nobilis uiri Miche Cerni de Betono comissarius substitutus per curiam Jadre ipsius domine Stane, ut patet instrumento procuratorio scripto per me notarium infrascriptum sub millesimo trecentesimo trigesimo quarto, indicione tercia, die decimo marcii dixerant, denunciauerunt ac protestati fuerunt dicto Andree, quod usque ad octo dies proximps remitti et repudiari faciat eis nomine antedicto dicte vxoris sue domine Tomaxime omnia bona paterna et materna, ut tenetur et debet secun-

dum formam et tenorem dicti instrumenti promissionis, alioquin transacto termino eidem procuratorio nomine antedicto protestabant et denunciabant ac denunciando et protestando dicebant, quod ipse Andreas incidebat ad dictam penam librarum mille paruorum et ad dampnum, expensas et interesse factas et in posterum faciendas. Cui protestationi et dicto dictus Andreas respondit et dixit, quod ipsos non habet nec habebat per comissarium nec per procuratores nec eisdem aliquid respondebat. Ceterum uoluerunt dicti procuratores duo confici publica instrumenta vnius et eiusdem tenoris, videlicet dandum singulis singula. Actum presentibus Rainerio de Bito et Daniele condam Cipriani de (^auatis, testibus ad hec uocatis et rogatis et aliis.

(Dru-gi rukopisi).

f Ego Damianus Mihe Pasque de Varicassis iudex examinator manum missi.

(Sie;num notarh).

Ego Guido filius domini Benedici de Padua apostolica et imperiali auctoritate iudex ordinarius et notarius et Jadrensis iuratus interfui et rogatus in presencia eorum hec bona fide scripsi.

Original u arkivu grofova Begna u Posedarju: P. no. 42.

149.

1335, 5. aprila. U Zadru.

Draioje bačvar posudjuje od Radoslava sluge samostana sv. Nikole 50 libara.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo trigefsimo quinto], indictione tercia, die quinto mensis aprilis, Jadre. Tempore domini Franc[iscil Danduli incliti ducis Venecie, et reurendi patris domini Nicolai de Matafaro decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gracia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Marini Superancii, egregii comitis. Confiteor ego Drasoy trulator filius condam Jacobi Jadrensis, me mutuo recepisse a te Radoslauo condam Pauli, famulo monasterii sancti Nicolai de Jadra libras denariorum paruorum quinquaginta. Quam monetam ego predictus Drasoy per me meosque heredes et successores me obligo et promitto dare et soluere tibi predicto Radoslauo tuisque heredibus et succesoribus liic in Jadra absque omni periculo usque ad duos annos proxime futuros, sub pena quarti et

omnium expensarum litis et extra super me et bonis meis omnibus, et pena soluta uel non, presens tamen instrumentum pro modo predicto firmum sit ubique locorum, omni exceptione remota, nulloque quidem pretermisso obstante. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Anthonio de Guscho et Nade uocato Nanisa, filio condam Drasigne Jadrensibus et aliis.

Original u gubern. arkivic u Zadru; odio samostana sv. Nikole no. 142.

150.

1335, 1. maja. U Zagrebu.

Kaptol zagrebački prepisuje na molbu Beke i Jvana listinu od 22. februara 1328., kojom Beke ostavlja svoj posjed Vrbovac po svojoj smrti Ivanu sinu Ivana sina Junkova.

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis significamus quibus expedit per presentes, quod Beke filius Junk et Johannes filius[1]) Johannis filii Junk personaliter ad nostram accedentes presenciam exibuerunt nobis quasdam litteras patentes nobilis viri magistri Stephani comitis Crisiensis, non abrasas, non cancellatas nec in aliqua sui parte viciatas, petentes nos cum instancia, vt eas transcribi et nostri sigilli apposicione faceremus consignari. Quarum quidem tenor talis est: *(Siijedi listina 22. februara 1328.).* Nos autem eorum peticionibus anuentes maxime, quia ea, que in eisdern litteris continebantur viua voce coram nobis ita esse affirmarunt, ipsas de uerbo ad uerbum transscribi et nostri sigilli apposicione fecimus consignari. Datum feria secunda[2]) in festo apostolorum Philippi et Jacobi, anno domini MCCCXXXmo quinto.

Iz prijepisa kaptola zagrebačkog od 25. marta 1375.
Original potonjeg prijepisa u arkivu jugostavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1328.

[1] Dva puta pisano.
[2] Slijedi »proxima« s oznakom, cia se briše.

151.

1335, 5. maja. (U Napulju).

Jelena banica hrvatska dobiva godišnj'u poiporu.

Spectabilis mulier domina Helena, banissa Sclavonie consanguinea nostra carissima ex spiritu devocionis olim de propriis veniens ad sanctuaria urbis Rome, partes istas reperiit et presenciam maiestatis nostre visitare amabilius visa fuit. Nosque advertentes in nostre mentis aciem affectum, quo calamitate consanguineetatis(l) eiusdem domine Helene debite et benigne compatimur, secundum quod condicionis nostre ardue et sumptuose plurimum paciantur, providendum duximus tenore presentium de annua provisione unciarum quadraginta in florenis aureis quinque per unciam computatis sibi in nostra camera in subsidium expensarum suarum, a die primo presentis mensis mai in antea annuo quolibet fore persolvenda.

Reg. Ang. 290. fol. 34. Drugi spomenici pod 269. f. S29 t. C. 290. f. .47.

Barone Archivio storico per la provinza Napoletana. Anno XI. fasc. IV. p. 580.

Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. p. 44. Ima regest.

Rački Rad. XVIII. 228. Ima regest.

152.

1335, 9. maja. U Koprivnici.

Pred banom Mikičem proglašuj'e Petar sin Nikolin, da izgubljena obveznica vrhu imanja Otoka netna nikakove moći.

Nos Mykch banus tocius Sclauonie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis, qiiod Dominicus filius Gregorii ab vna parte, et Petrus filius Nicolay ab altera coram nobis constituti, idem Dominicus retulit viue vocis ministerio, quod licet Petrus filius Nicolay quandam possessionem suam Othotk' vocatam mediantibus litteris comitis nostri Crisiensis sibi pignori obligasset, tandem redempta ipsa possessione easdem litteras obligatorias amisisset; vnde ipsas litteras jnnanes reliquit et viribus penitus carituras et per quemcumque ubilibet

[1] Othotk(?) c nije moći razlikovati od t.

exhiberentur, tanquam littere mortue et innanes censeantur. Datum in Koproncha, in crastino octauaram Philippi et Jacobi apostolorum, anno domini M°CCCmo XXXmo quinto.

Originai na papiru u knjizmci narod. muzeja tt Budimpešii. s. a. 1335.; pridošao ovamo %. 1S97.

Na hrptu vidi se trag pritisnuta okrugla pečata.

153.

1335, 19. maja.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski polvrdjuje taksu podavanja stranih trgovaca u Za^rebu.

Karolus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Crouacie, Rame, Seruie Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex, princeps Sallernitanus et Honoris ac montis sancti Angeli dominus. Omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris, presencium noticiam habituris, salutem in salutis largitore. Justis petencium desideriis facilem prebere consensum ius invitat, racio expostulat et regalis sublimitas merito exortatur. Eapropter ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod Franciscus iudex civitatis de monte Grecensi, fidelis noster, in sua et universorum civium eiusdem civitatis nostre in persona ad celsitudinis nostre accedens presenciam exhibuit nobis quasdam litteras nostras patentes, tenoris infrascripti, petens nostram excellenciam humiliter suplicando, ut ipsas nostras ratas habentes uberiorem ad cautelam transcribi in formamque nostri privilegii redigi facere benignitate regia dignaremur. Quarum tenor talis est: *(Slijedi listina 13. junij'a 1333.J.* Nos itaque peticionibus predictorum civium et hospitum nostrorum civitatis de monte Grecensi, fidelium nostrorum, iustis et condignis regio inclinati cum favore, prescriptas litteias nostras patentes per eundem Franciscum iudicem nobis exhibitas in nulla sui parte viciatas de verbo ad verbum presentibus insertas in formam nostri privilegii redigi faciendo ratificamus, acceptamus, approbamus et presentis scripti patrocinio prescriptum articulum generose per nos ipsis factum et concessum confirmamus. In cuius confirmacionis memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras nostras privilegiales duplicis sigilli nostri novi et autentici munimine roboratas. Datum per manus discreti viri magistri Tathamerii, Albensis ecclesie prepositi, aule nostre vicecancellarii, dilecti et fidelis nostri, anno domini millesimo CCC. tricesimo quinto,

quartodecimo kalendas iunii, regni eciam nostri anno similiter tricesimo quinto. Venerabiiibus in Christo patribus Chanadino Strigoniensi, fratre Ladislao Colocensi, aule nostre cancellario, archiepiscopis; Nicolao Jauriensi, Ladislao Quinqueecclesiensi, Andrea Transilvano, Ladislao Zagrabiensi, Andrea Waradiensi, Rodolpho Vaciensi, fratre Paulo Albensi de Nandur, Meskone Wesprimiensi, fratre Wyto Nitriensi, Jacobo Chanadiensi et fratre Gregorio Syrmiensi, episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus. Magnificis viris Wilhermo Drugeth palatino et iudice Comanorum, Demetrio magistro tawarnicorum nostrorum, Thoma woyvoda Transilvano et comite de Zonuk comite Paulo iudice curie nostre, Mykch bano tocius Sclauonie, Nicolao bano de Machow, Paulo magistro tawarnicorum domine regine, consortis nostre karissime, [Stephano] magistro agazonum nostrorum, Dionisio magistro dapiferorum nostrorum, bano de Zeurino et magistro Nicolao comite Posoniensi, aliisque quamplurimis regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Original u arkivu grada Zagreba. Pečat otpao.
Tkalčić Mon. civit. Zagr. I. 443.—444.

154.

1335, 28. maja. U Čazmi.

Pred kaptolom čazmanskim zalaže Bartolomej sin Ivanov dio posjeda Otoka Dioniziju sinu Kuzminom.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod Bartholomeus filius Juan de Tem[er]ia a parte una, ab altera autem Dionisius filius Cosme tam pro se quam pro Dionisio filio Emerici proximo suo personaliter coram nobis constituti, idem Bartholomeus porcionem possessionis sue ipsum in possessione Othok pro porcione contingentem totaliter et omnino, saluo preiudicio iuris alieni, dixit et confessus est Dionisio filio Cosme et Dionisio filio Emerici superius nominatis pro nouem marcis et dimidia pignori obligasse, cum eadem suma(!) pecunie quandocumque eidem Bartholomeo, aut quibus magis intererit, posse affuerit et se facultas obtulerit sine aliqua pena seu grauamine liberam redimendi facultatem; vtilitas vero et edificia, que uel quas medio tempore Dionisius et alter Dionisius super facie predicte terre fecerint, si redimens vel redimentes tempore redempcionis eiusdem preuia extimacione condigna redimere nollent vel non possent, extunc clara die quo-

cumque voluerint transferendi liberam habebunt facultatem. Hoc declarato, quod vnum iobagionem in ipsa terra commorantem cum suis rebus et facultatibus in ipsa commorari permittent; litteras autem et instrumenta iudicis vel alias qualescumque obligatorias super ipsa possessione prius confectas et habitas eedem partes auctoritate presencium mortuas reliquerunt et uiribus carituras, si unquam in lucem proferentur vel eciam exhiberentur. Datum die dominico post festum asscensionis domini, anno eiusdem millesimo trecentesymo tricesymo quinto.

Original ti narodnom muzeju u Eudimpešti s. a. 1335.; pridošao ovamo.g. 1897.
Na hrptn vidi se trag pritisnuta šiljato ovalna peeata.

155.

1335, 29. maja. U Koprivnici.

Mikič ban izvješćuje kralja Karla o raspri radi četvrtine djevojačke na posjedu Subotskoj.

Excellentissimo principi domino domino Karulo, dei gracia regi Hungarie, illustrissimo domino suo plurimum metuendo, Mykch banus tocius Sclavonie, pensum debiti famulatus cum studio sincere fidelitatis quo[a]d uiuit. Pridem excellens domina Elyzab[et] per eandem inclita regina Hungarie consors serenitatis vestre karissima, nostra domina metuenda in suis directis literis annulari suo sigillo consignatis nobis firmo dederat sub precepto, ut quartam puellarem in quadam possessione Zombothhel vocata, quam nobilis domina Margareta filia Ladislay filii Renoldi de Boztyh, relicta olim magistri Pauli de Zalastyg retinet et optinet nobili domine Clare filie eiusdem Ladislay, consorti comitis Chamaz statueremus optinendam. Cuius mandatis et preceptis obtemperantes, vt tenemur, ipsam quartam puellarem in prenominata possessione in Zombothel vocata cum omnibus suis utilitatibus eidem domine Clare consorti comitis Chamaz antedicti duxeramus statuendam; post hec autem memorata domina Margareta relicta olim magistri Pauli de Zalastyg ad ipsam accedens presenciam literas serenitatis vestre et excellentis domine Elyzabet regine Hungarie, annotate consortis vestre karissime sub autenticis sigillis vestris directas et transmissas nobis ,presentavit, in quarum tenoribus firmius dabatis nobis in preceptis, ut quia prenotata domina Margareta relicta olym magistri Pauli de Zalastyg

vobis significasset, quod ipsa domina[1] Clara consors comitis Chamaz in dicta possessione Zombothel vocata, nil iuris habere debuisset, sed totalis ipsa possessio ipsi domine Margarete relicte prenominati magistri Pauli de Zalastyg de iure deberet attinere, pro eo, si medietatem seu quamlibet partem de dicta possessione Zombothel vocata eidem domine Clare consorti comitis Chamaz pro prefata quarta puellari non statuissemus, extunc eandem dominam Claram de ipsa possessione teneremur excludere et removere. Vnde nos vestris preceptis obedire cupientes, ut tenemur, sepefatam dominam Claram consortem comitis Chamaz de dicta possessione Zombothel vocata, duximus excludendam et removendam, eandemque possessionem Zombothel nominatam cum suis utilitatibus universis ipsi domine Margarete relicte condam magistri Pauli de Zalastyg pacifice relinquimus, eidem domine Clare silencium super hoc inponentes. Datum in Kop[ro]ncha, secunda feria proxima post festum ascensionis domini, anno eiusdem M°CCC°XXX⁰ quinto.

Iz izvornog prijepisa istoga bana od 9. oktobra 1340., kako se to z/idi samo iz klauzule dodane neposredno gore izdanoj listini: iiPresentes autem adpeticionem prefate domine Margarete de forma priori de uerbo ad uerbum duximus transscribendas. In festo beati Diomsii martiris, in Kaproncha, anno domini MCCCXL.«

Original u kr. ugar. držav. arkivu u Budimpešti: M. 0. D. L. no. 2919. — Stara signatura: N. R. A. fasc. .9. no. 6. Taj neobični transumpt ima na hrptu trag okrugla pritisnuta pečaia.

Nagy Cod. dipl. Andeg. III. 170.—171.

156.

1335, 1. juna.

Pred kaplolom srifemskim Martin sin bana Andrife daje u zalog svoj posjed Tovarnik svojoj drugoj ieni Klari.

Uniuersis Christi fidelibus tam modernis quam futuris presens scriptum inspecturis capitulum ecclesie beati Irinei martiris salutem in omnium saluatore, in quo vita et salus continetur. Mores et virtutes sapientum sic reperit(I), vt ea, que aguntur in tempore, ne per uetustatem temporis et fragilitatem humane nature cum tempore confluantur et labantur, iitterali instrumento debent confirmari. Proinde igitur ad universorum noticiam harum serie litterarum volumus pervenire, quod

[1] Pisano iznad linije.

magister Mortunus filius Endre bani nobilis de comitatu Volkow ab una parte, item nobilis domina Clara nomine, filia Johannis filii Petri de comitatu Bihoriensi coniunx(!) eiusdem magistri Mortunus iam predicti ex altera, coram nobis personaliter constituti, per eundem magistrum Mortunus oraculo viue vocis taliter extitit propositum et relatum, quod pro possessione sua Tarnuk vocata, per magistrum Paulum filium Martini bani quescio(!) mota coram domino rege extitisset et quam diucius ventillata fuisset, et quia facultatem dictam causam prosequendi pecunie non habuisset, pecuniam domine iam predicte coniugis sue tempore nupciarum celebracionis secum aportate, videlicet balteis, ciphis et aliis pecunis(!) in scista(l) sua continentibus, centum marcas valentibus, possessionem sepe dictam ab ipso magistro Paulo liberasset, et quia iusticie complementum deum pre oculis habens domine sepe nominate de dicta sumpma pecunia satisfacere cupivisset, eandem possessionem Tarnuk vocatam domine Clare coniugi sue pro dicta sumpma pecunie pignor obligasset, ymmo coram nobis obligauit tali vinculo interiecto, ut si tempore in processu idem magister Mortunus vel filii sui, videlicet Mickael et Nicolaus vocati, a prima coniuge sua iam defuncta procreati vel ab ipsa domina Clara procreandi, possessionem sepe nominatam rehabere vellent, centum marcas plene persolvendo domine Clare iam predicte possint rehabere. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem nostras concessimus litteras privilegiales, sigillo nostro autentico munimine roboratas, alphabeto per medium bipartitas, domino Johanne preposito, Demetrio cantore, magistro Iwan custode, Nicolao et Mickaele archidiaconis, ceterisque canonicis in ecclesia dei iugiter famulantibus. Datum in octavis ascensionis domini, anno domini M°CCC°XXX° quinto.

Ori^inal u kr. ugar. Jržavnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 2922. — Stara signatura: N R. A. fasc. 1597. no. 30. Pisan pismom knjiga. Na crvenoj uzici od polusvile visi odlomak pecata. Listina je cirograf: A, B, C s donjim dijelovima slova.

Nagy Cod. dipl. Andeg. III, 171.—172.

157.

1335, 14. juna. U Zadru.

Matija de Nassis i Martin sin Markov daju Tomašu de Sloradis svoj brod da ga upravlja.

In nomine domini dei eterni. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo quinto, indicione tercia, die quarto decimo iunii,

Jadre. Temporibus domini Francisci Danduli incliti ducis Venecie, domini Nicolai de Matafarris decretorum doctoris, Iadrensis archiepiscopi, et domini Marini Superancii honorabilis comitis. Nobilis vir Matheus condam Damiani de Nassis et Martinus condam Marci de Mediolano ciues Iadre quilibet per se et in solidum fecerunt, constituerunt, creauerunt et ordinauerunt nobilem virum Tomaxium condam Viti de Sloradis presentem et sponte suscipientem patronum, rectorem, gubernatorem et factorem. videlicet ipse Matheus pro tercia parte et ipse Martinus pro sexta parte vnius nauis siue coche uocate »Sanctus Saluator« et charichi lignaminis de quo dicta nauis siue cocha honerata(l) est et de omnibus corredis, armis et omnium aliarum rerum spectancium, aditarum et positarum in ea et ceteris aliis habitis et habenciis in dictis partibus suis quocumque modo, iure seu causa, ita, quod nomine suo possit ipsam cum omnibus antedictis rebus et fornimentis dicte nauis nauigare, regere et gubernare et de ipsa et caricho et omnes et singulas res habitas et habendas facere, procurare et exercere et agere, petere, defendere et respondere coram quacumque dominacione et curia tam eclesiastica quam ciuili, de omnibus et singulis predictis et quolibet predictorum, sicut fuerit opportunum. Dantes et concedentes quilibet per se et in solidum pro. . . . .eisdem cuilibet ipsorum contingentibus dicto suo patrono, rectori, gubernatori, factori, procuratori, nuncio et socio plenam et liberam administracionem, potestatem et generale mandatum omnia agendi, petendi, defendendi, respondendi, nauigandi, regendi et gubernandi ipsam nauim cum caricho et cum omnibus habitis et habenciis in ipsa naulicandi, vendendi ipsam et caricbum cum omnibus habitis et habenciis et recipiendi, emendi soluendi, caricandi, nauligandi et omnia alia et singula de ipsa et charicho et omnibus aliis rebus habitis et habenciis faciendi, gubernandi et procurandi, que sibi pro bono et utilitate societatis predicte racionabiJiter conuenire et expendire videbitur; asignando eis et cuilibet eorum, cum deus ipsum conduxerit sanum et illarem(!) in ciuitate Iadre, claram, apertam et distinctam racionem tam de introitu quam de exitu et de omni administracione et gubernacione omnium predictorum; et ad compromittendum, protestandum et promittendum omnia et singula suprascripta infrascripta actendere(f) et obseruare cum obligatione et pena et aduocandum sibi solutum et integre satisfactum de omnibus et singulis per ipsum receptis, ac finem et remissionem faciendum, aduocandum et aduocatos tolendum, terminos et dilaciones petendum, testes, instrumenta et cuiuscumque generis scripturas producendum tam autentichas quam priuatas, testes alterius partis iurare videndum et opponendum dietis eorum, sentenciam et sentencias audiendum, appellanda, procuranda, operanda et regenda, que quilibet uerus legitimus patronus, socius, procurator et gubernator dicere, facere, gubernare, regere et exercere potest ac si ipsimet et quilibet ipsorum personaliter essent et que merita causarum exigunt et requirunt et vnum et plures procuratores substituendum et ipsum et ipsos reuocandos et alium et alios substituendum et reuocandos tociens, quociens sibi uidebitur, et ad iurandum in anima ipsorum de calumpnia et ueritate dicenda et cuiuslibet alterius generis sacramentum prestandum iusticia mediante. Promittens quilibet per se et in solidum mihi notario infrascripto stipulanti et recipienti nomine et vice omnium quorum interest uel interesse posset, firmum et ratum habere et tenere quicquid per dictum eorum socium, gubernatorem, factorem. procuratorem ac rectorem dictum et factum et gubernatum fuerit in predictis et circha(!) predicta et non contrafacere uel venire per se uel alium aliqua ratione uel causa de iure uel de facto, et releuantes eum ab omni honere(f) satisdacionis de iudicio sisti et iudicatum soluendum promisserunt se fideissores, constituerunt quilibet per se et in solidum pro partibus eisdem et cuilibet ipsorum contingentibus pro predicto suo socio, gubernatore, factori procuratori(!) et rectori(!) in omnem cassum(!) et euentum sub ypotecha et obligatione omnium suorum bonorum presencium et futurorum. Actum presente Francisco condam Stephani de Nosdrogna et Marino condam Marci Marconis ciuibus Iadre et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Rainerius condam Barthi de Varicassis iudex examinator examinaui.

(Signum not.)

Ego Guido filius domini Bendini de Padua et apostolica et imperiali auctoritate iudex ordinarius et notarius et Jadrensis iuratus interfui et rogatus et in presencia eorum hec bona fide scripsi.

Original u gubemijal. arkivu u Zadru, odio samost. sv. Dominika no. 710.

158.

1335, 20. juna. U Višegrađu.

Kraljev sudac Pavao javlja kaptolu pečujskomu, kako je tekla parnica radi triju posjeda ***u*** *iupaniji požeškoj i vukovskoj izmedju Petra File i Ivana Bota.*

Viris discretis et honestis amicis suis reuerendis capitulo ecclesie Quinqueecclesiensis comes Paulus iudex curie domini regis sincere reue-

rencie et honoris continuum incrementum. Nouerit vestre discrecionis amicicia, quod magister Petrus filius Phylee in octauis festi penthecostes, cuius annualis reuolucio proxime adueniet, iuxta continenciam priorum litterarum nostrarum nostrum iudiciarium conspectum adeundo, contra Johannem dictum Buthus(I) filium Stephani bani de Gara, in figura iudiciaria proposuerat co modo, quod quedam possessio Borh vocata sua et fratrum suorum in vicinitate adiaceret, et due possessiones Wylak et Roholch vocate omnium efficacium instrumentorum titulo in toto cum fratribus suis sibi attineret, quarum possessionum Borh, Wylak et Roholch vocatarum tercias partes ipse Johannes dictus Bothus occulte absque suo scitu sibi in pignori procurasset, que possessiones Wylak et Roholch in toto tam tempore inpignoracionis, quam antea et nunc pacifice per ipsum et suos fratres, vtputa legitima sua iura dictorum instrumentorum robore possessa fuissent et possiderentur, ipsam enim terciam partem possessionis Borch racione vicinitatis regni consuetudine exigente, si iuri consonaret rehabere nitteretur ab eodem, super qua tercia parte possessionis Borh inpignorata litteras protestacionales et prohibicionales capitulorum Bachiensis, de Kw et de Pasaga ecclesiarum exhibens iusticiam equo moderamine mediante sibi preberi postularat in premissis, quo audito idem Johannes dictus Bothus personaliter exurgens quasdam litteras predicti capituli de Kw anno domini millesimo XXmo nono[1] confectas presentarat continentes, quod Johannes. Thomas, Petrus, Paulus et Emiricus filii Pauli filii Emirici de Wolko, necnon nobilis domina mater eorum tercias partes possessionum Borh, Wylak et Roholch vocatarum in comitatibus de Pasaga et de Wolko existencium ex collacione serenissimi principis dicti domini nostri regis eidem Paulo filio Emirici deuolutas simul cum suis utilitatibus et pertinenciis vniuersis eidem Johanni filio Stephani bani de Gara pro quinquaginta marcis pignori obligassent, a data earundem usque reuolucionem quindecim annorum successiue sequencium annualem, ita, vt si eundem Johannem pacifice et quiete vsque eundem terminum possent conseruare in eisdem extunc in eodem termino cum pecunie memorate quantitate ipsas possessiones suas dicti filii Pauli vel quilibet ipsorum aut domina mater eorum redimere debeant vel debeat ab eodem; si autem ipsum Johannem in ipsis possessionibus vsque eundem terminum pacifice nequirent conseruare et per quospiam ordine iudiciario excluderetur de eisdem, tunc a die exclusionis sue infra quadraginta dies sexaginta marcas pro ipsis quinquaginta marcis sibi soluere tenerentur, et eciam alie clausule diuerse seu condiciones haberentur in eisdem. Quibus perceptis ipse

1329.

Johannes dictus Bothus dictas tercias partes earundem trium possessionum predicto inpignoraticio titulo sibi debere, sed easdem duas partes dictarum duarum possessionum Wylak et Roholch vocatarum per eundem magistrum Petrum filium Phylee et fratres suos in suum preiudicium possideri asserens, prefatum Johannem filium Pauli fiiii Emirici pro se personaliter et pro eisdem Paulo ac Emirico fratribus suis modo simili in causam attractis cum procuratoriis litteris dicti capituli de Kw comparentem, et prenominatos alios fratres suos, scilicet Thomam et Petrum, necnon nobilem dominam matrem eorum debitum exoluisse omnis carnis asserentem in sui expedicionem iuxta regni consuetudinem statuerat iudiciaria in figura. Qui quidem Johannes filius Pauli se et eosdem Paulum ac Emiricum fratres suos absque suorum proximorum consilio in tam causa ardua respondere nequire allegarat, vnde licet parcium relacio ipsum Johannem dictum Bothus in dominio ipsarum terciarum parcium possessionum Wylak et Roholch vocatarum nunquam fuisse nec nunc esse, sed circa manus ipsius magistri Petri et fratrum suorum habitasse et habitare nos certificauit, tamen propter euidenciorem cautelam iuris et iusticie cum ipsis filiis Pauli hoc, vtrum predictas tercias partes trium possessionum pretactarum pretaxato Johanni dicto Bothus expediant, conseruando eundem iuxta suam obligacionem in eisdem, aut dictam pecuniam eius eidem persoluant in octauis beati Jacobi apostoli tunc succedentibus, profiteri coram nobis, et habita ipsa professione in premissis iudicium facere spopondentes commisissemus, huiusmodi cause discussio multiphariis, multiplicibus racione documentis interuenientibus ad diuersos terminos, et ultimo ad presentes quindenas festi beati Georgii martiris in eodem statu deuenisset, ipsis quindenis aduenientibus prefato Johanne dicto Bothus pereonaliter, item Gallo de Gyurkumy pro eodem magistro Petro filio Phyle cum procuratoriis litteris nostris astantibus, iidem Johannes et Paulus filii Pauli pro se personaliter, et pro eodem Emirico fratre ipsorum cum procuratoriis litteris comitis capelle regie, ad nostram accedentes presenciam per nos diligenter requi[si]ti, terciam partem dicte possessionis Borh ad presens redimere non valcre, sed iuxta regni consuetudinem redempcioni ipsius magistri Petri, eo, quod due partes eiusdem possessionis Borch dicto magistro Petro cum fratribus suis pertinere dixerunt committendum, allegantes, quod super priulegio eorum, quo mediante tercie partes ipsarum duarum possesionum Wylak et Roholch vocatarum sibi prouenirent, prefatus Paulus pater eorum ac Nicolaus filius predicti Phyle, Paulo filio eiusdem Phyle, sororio dictorum filiorum Pauli filii Emirici tradidissent, post mortem vero ipsius Pauli filii Phyle ipse magister Petrus ipsum privilegium a glosa sua, sorore eorum auferens reddere non curasset,

tamen alias litteras, instrumenta super facto ipsarum terciarum parcium haberent efficacia et in termino dato exhiberent, prefatus enim Gallus de Gyurkumy procurator ipsius magistri Petri dictam terciam partem possessionis Borh ipsum magistrum Petrum in condigna estin.acione iuxta regni consuetudinem redempturum fore asserens, ipsas duas possessiones Wyiak et Roholch vocatas in toto ipsi magistro Petro cum fratribus suis prius allegauit pertinere instrumentorum titulo efficacium, vnde quia ad estimacionem dicte tercie partis possessionis Borh vocate homines domini regis et vestra testimonia debent necessario destinari, ideo amiciciam vestram petimus per presentes, quatenus duos ex vobis viros ydoneos, socios et concanonicos vestros pro testimonio transmittatis fidedignos, in quorum presencia Nicolaus filius Martini uel Stephanus filius Johannis filii Iwan pro parte predicti magistri Petri filii Phyle, item Blasius filius Johannis uel Keled filius Benedicti pro parte predictorum filiorum Pauli filii Emirici et Johannis dicti Bothus, aliis absentibus, homines domini regis, in quindenis festi penthecostes nunc venturis ad faciem dicte possessionis Borh vocate, presentibus partibus vel legitimis procuratoribus earundem, vicinis et commetaneis suis vniuersis legitime conuocatis accedant et terciam partem eiusdem diligenter et veraciter considerando, regalique mensura mensurando, deo habito pre oculis, simul cum Jacobo filio Marchardy, Ladislao filio Demetrii bani, Stephano filio Johannis filii Isyph, Jacobo filio Serephy, Morthunus filio Endre bani, Stephano filio Alexandri, Johanne dicto Fees de Zenthywan, et Johanne filio Benedicti, uel cum sex aut quatuor ex eis per partes communiter adducendis, aliis absentibus, communiter pro estimatoribus adducendis, visa sua qualitate, quantitate, vtilitate et valore, cum suis vtilitatibus terris arabilibus, fimatis campestribus, fenetis, pascuis, piscinis et generaliter quibuslibet vtilitatibus in superficie ipsius constitutis, quocunque vocabulo vocitatis, necnon pertinenciis vniuersis iuxta regni consuetudinem qualibet falsitate procul mota debeant estimare, et seriem ipsius estimacionis cum quantitate pecunie ad octauas natiuitatis beati Johannis Baptiste domino regi fideliter rescribatis, ita nichilominus, quod prefati magister Petrus filius Phyle et filii Pauli filii Emirici instrumenta eorum in alterutrum modo predicto se habere recitata super predictis, in dictis octauis natiuitatis beati Johannis Baptiste exhibere tenebuntur coram nobis, quibus visis faciemus in premissis omnibus quod fuerit necessarium; et quia prefatus Gallus de Gyurkumy legitimus procurator dicti magistri Petri filii Phyle actoris solum in locis sessionum et terris arabilibus terciam partem eiusdem possessionis Borh, exceptis aliis suis vtilitatibus, ipsi magistro Petro, vt dicebat remanentibus, cum fratribus suis iamdictis filiis Pauli filii Emirici pertinere fatebatur, et non ni'si

terciam partem eius in sessionibus et terris campestribus estimacioni adiudicari conabatur, et tamen tempore proposicionis sue ipse magister Petrus personaliter astando, alias vtilitates eiusdem non exceperat nec aliqualiter demi uel excipi nominarat, ideo ipse magister Petrus filius Phyle in ipsis octauis natiuitatis beati Johannis Baptiste ante litis ingressum, contra ipsos Johannem dictum Buthus et filios Pauli iudicium regale pro ipsa variacione soluere tenebitur coram nobis. Datum in Wyssegrad, decimo die termini prenotati, anno domini millesimo CCCXXXmo quinto.

Iz originalnog izvješća pecujskog kaptola od 23. juna 1335. u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti M. 0. D. L. no. 33.565. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 646. no. 27.

159.

1335, 23. juna. U Pecuhu.

Kafttol pečujski izvješćuje kralja Karla Roberta o parnici vodjenoj pred kraljevim sucem Pavlom.

ExceHentissimo domino eorum Karolo dei gracia illustri regi Hungarie capitulum Quinqueecclesiense oraciones in domino. Litteras magnifici viri comitis Pauli iudicis curie sublimitatis vestre honore cum decenti recepimus hunc tenorem continentes: *(Slijedi listina od 20. juna 1335.).* Nos igitur peticionibus ipsius comitis Pauli iudicis curie vestre sublimimitatis obtemperare cupientes vt debemus, cum predicto Stephano filio Johannis filii Iwan homine vestre serenitatis, qui per predictum magistrum Petrum filium Phyle adducendus erat. nostrum hominem, videlicet magistrum Mychaelem Noky dictum, socium et concanonicum nostrum, quem similiter ipse magister Petrus pro sua parte adduxit, ad exequenda premissa pro testimonio transmisimus, qui demum ad nos reuersi nobis communiter retulerunt, quod ipsi presentibus partibus, in quindenis festi penthecostes predictis ad facies dicte possessionis Borh vicinis et commetaneis suis vniuersis legitime conuocatis accedendo, premissa iuxta iudiciarie deliberacionis sentenciam presentibus eciam quibusdam estimatoribus predictis nominatim expressis exequi yoiuissent, predictus Johannes dictus Bothus, filius Stephani bani fiiii Pauli predictum nostrum testimonium inibi vt debuissent adducere non curassent, propter cuius absenciam ipsi duo procedere in premissis minime presumpsissent, cum

duos ex nobis partes predicte[1] ut pretactum est, adducere debebant. Datum feria sexta proxima ante festum predictum natiuitatis beati Johannis baptiste, ano domini M°CCC°XXXmo quinto.

Originai u kr. ugar. državnom arkivti u Buđimpešti: M. O. D. L. no. 33.oбо. — Stara signatura: N. /i. A. Jasc. 646. no. 27.

JVa hrptu bijaše pritisnut pečat, kojim bijaše listina zatvorena.

160.

1335, 25. juna. U Zadru.

lirunica udovica Cvitkova dobiva od samostana sv. Nikole. zemlju u Bokanju, da nasadi vinograd.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo quinto, indicione tercia, die vigesimo quinto mensis iunii, Jadre. Tempore domini Francisci Danduli incliti ducis [Vejnecie, et reverendi patris domini Nicolai de Matafaro decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gratia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Marini Superancii egregii comitis. Nos soror Pria vicaria monasterii sancti Nicolai de Jadra, de uoluntate nobilis viri Petri de Matafaro ciuis Jadre, dicti monasterii aduocati, cum nostris sororibus concedinus tibi Brunice relicte Ciuitcho uillani Viti Jacobi de Zadulino ad puteum Bocanum, duas pecias terre dicti monasterii, positas ad puteum Bocanum ad pastinandum vineam et conplendam cum uitibus et aliis necessariis secundum consuetudinem et statutum Jadre usque ad quatuor annos proxime futuros sub pena sex yperperorum. De quibus duabus peciis sunt circa septem gognai. Et de toto, quod exinde prouenerit, debes dare dicto monasterio annuatim quartam partem in barcha ad Barchaneum sancti Jacobi ultra portum Jadre tuis expensis. De iure autem tuo facies exinde tuum uelle sicut de tuo proprio, iure dicti manasterii predicto et omni alio secundum consuetudinem et statutum Jadre semper saluo. Preterea dictum monasterium debet soluere, quod est soluendum pro dicta pastinacione comuni Jadre, promittentes nos dicta vicaria cum sororibus nostris tibi dicte Brunice tuisque heredibus et successoribus dictas duas pecias terre cum suis pertinenciis excalumpniare in ratione ab omni persona super bonis dicti monasterii. Quibus duabus peciis terre de borea equidem iacet quedam via publica, de austro terra est Vulcigne Miche de Matafaro et de aliis partibus terra et terratici dicti

[1] SHjedi rasura.

monasterii. Et ego predicta Brunica laudo et affirmo omnia et singula predicta et attendere promitto super me et bonis meis omnibus. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet presbitero Georgio sancti Michaelis de Jadra et Ristho Dobroslaui uillano predicti monasterii sancti Nicolai et aliis.

(Drugi rukopis.)

f Ego Volcina Mic[he] de Matafaro examinator manum missi.

(Signum not.)

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo consueto signaui.

Original u gubemijalnom arkivri u Zadru, odio samosiana sv. Nikole no. 158.

161.

1335, 6. jula.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje na molbu zaladskoga župana Nikole listinu kralja Stjepana, mladjega od g. 1259. vrhu nekih posjeda u Slavonijt.

[C]aroIus dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame. Seruie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex, princeps Sallernitanus et Honoris de montis sancti Angeli dominus omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris salutem in omnium saluatore. Iustis petencium desideriis consensum prebere ius invitat et regalis sublimitas exortatur in hiis precipue, que suorum subditorum comodis videntur euenire. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod nobilis vir magister Nicolaus filius Stephani filii Ho[ho]lth comes Zaladiensis dilectus nobis et fidelis ad nostri culminis presenciam accedendo, exhibuit nobis quoddam priuilegium quondam serenissimi principis domini Stephani regis Hungarie illustris inclite recordacionis, karissimi aui nostri ante tempus sue coronacionis, quoad huc ducatum de Stiria feliciter deo propricio optinebat, emanatum, cuius sigillum ruptum et confractum videbatur, plenam nichilominus de essencia rei laciens fidem, infrascripti tenoris, nostram exinde flagitans excellenciam preceque nos petens subiectiua, quatenus ipsum priuilegium ratificare et confirmare noui et autentici duplicis sigilli nostri apposicione, tenore ipsius plenarie transsumpto de regia benignitate dignaremur. Cuius tenor talis est: *(Slijedi listina prvorodjenog kralja Stjepana*

oa god. 1259). Xos itaque peticionibus eiusdem magistri Nicoiai fidelis nostri iuri consonas admittentes, tenoribus eiusdem priuilegii presentibus insertis ipsum priuilegium et plenam eius continenciam acceptamus, approbamus, ratificamus de consilio prelatorum et baronum regni nostri ex certa sciencia noui et autentici duplicis sigilli nostri apposicione presencium patrocinio litterarum confirmamus. Datum per manus venerabilis viri magistri Thathamerii Albensis ecclesie prepositi, aule nostre vicecancellarii dilecti et fidelis nostri, pridie nonas iulii, anno domini MCCC°XXX° quinto, regni autem nostri anno tricesimo quinto; venerabilibus in Christo patribus dominis Chanadino Strigoniensi, fratre Ladizlao Colocensi, aule nostre cancellario, ecclesiarum achiepiscopis, Nicolao Jauriensis, Ladizlao Quinqueecclesiensis, Andrea Transsiluano, Ladizlao Zagrabensis, Andrea Waradiensis, Nicolao Agriensis, Jacobo Chanadiensis, fratre Rudolpho Waciensis, Mykone Wesprimiensis, fratre Vito Nitriensis, fratre Gregorio Sirmiensis, Boznensi sede vacante, et fratre Paulo Albensis de Nandur ecclesiarum episcopis ecclesias de feliciter gubernantibus, magnificis viris Wyllermo Drugeth palatino et iudice Cumanorum, Demetrio magistro thawarnicorum nostrorum, Thoma woyvoda Transsiluano et comite de Zolnuk, Mykch bano tocius Sclauonie, Nicolao bano de Macho, Paulo iudice curie nostre, Paulo magistro thawarnicorum et iudice domine regine consortis nostre karissime, Dyonisio dapiferorum et Stephano agasonum nostrorum magistris, Nicolao comite Posoniensi, aliisque quam pluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Iz originalne potvrde kralja Ljtidevita od 6. jula 1347. u kr. ugar. drs. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 497. — Stara signat. N. R. A. fasc. 581. no. 28.

162.

1335, 12. jula. U Višegradu.

Tatamer podkancelar kraljev postavljen sucem od pape dosudjuje, da samostan sv. Pavla u Zagrebu (Retnete) ne treba plaćati desetine biskupu zagrebačkomu.

Nos magister Thatamerius Aibensis ecclesie prepositus, aule regie vicecancellarius auctoritate apostolica ad infrascripta iudex delegatus constitutus significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem memorie commendantes, quod, cum nos prout nostro incumbebat officio et specialiter ad peticionem religiosorum virorum deo deuote famulan-

cium, videlicet fratris Petri prioris prouincialis fratrum sancti Pauli primi heremite et quorumdam fratrum eiusdem ordinis cum eodem ad nostram accedencium presenciam, litterarum apostolicarum per ipsos nobis exhibitarum serie et tenoribus visis et perlectis tamquam filii obediencie mandatum apostolicum nobis iniunctum humiliter et deuote prosequi cupientes, venerabili in Christo patri domino Ladizlao dei gracia episcopo Zagrabiensi et eiusdem ecclesie capitulo communiter et diuisim ipsos velud dominos et amicos nostros speciales amicabiliter postulantes, nichilominus auctoritate apostolica qua fungimur eisdem iniungendo litteratorie earundem litterarum apostolicarum tenoribus insertis scribendo iuxta iuris ordinem procedentes. super hoc, vt si iuxta mandatum apostolicum fratres memorati in ipsa Zagrabiensi dyocesi claustrati a decimarum solucione qua dicte ecclesie Zagrabiensi uel alicui persone de eadem de iure aut consuetudine de terris, de vineis ipsorum, quas iidem fratres propriis eorum laboribus et sumptibus excolunt, hactenus tenebantur, perpetuo ut priulegiati eximantur in eorundem domini episcopi et fratrum suorum graue preiudicium hoc tendat et uergeret super eorum iure coram nobis allegantes ad nostram uocassemus presenciam octauas beati Johannis Baptiste eisdem coram nobis comparendi pro termino assignando; tandem occurrente ipso termino religioso viro fratre Mathia abbate monasterii sancte Marie virginis de Zagrabia, per quem nostras litteras ipsi domino episcopo et suis fratribus super notificacione termini eiusdem mandaueramus exhibere, sufficienter referente, prout eciam post hec memoratus dominus episcopus sua presencia personali nobiscum existente tractatu super hoc maturo prehabito recitauit, sufficienter edocti reperimus exempcione fratrum prememoratorum, sicut premittitur, in preiudicium ipsius domini episcopi et suorum successorum graue et quasi nullum euenire. Propter hoc fines mandati exacta diligencia obseruantes sedentes pro tribunali Christi nomine inuocato, supradictos tratres ordinis antedicti eorumque successores deinceps in perpetuum in prefata dyocesi Zagrabiensi claustratos eorumque monasteria, domos atque grandias[1] a solucione decimarum quas usque modo sepedicto domino episcopo et eius successoribus ipsi fratres de eorum vineis et terris propriis ipsorum laboribus, cultibus et expensis soiuere tenebantur et soluissent, et a decimacione eorundem tamquam eos, quorum huiusmodi decimarum prestacio modicum uel nullum in hoc facit preiudicium prestare uidetur, apostolica freti auctoritate firmiter prohibentes et inhibentes, ne per quempiam[2] tam in presenti quam in futuro contra

[3] Obično: »grangia«.
[1] Pisano: »quampiam«.

huiusmodi nostram inhibicionem et pocius apostolicam in contrarium possit quitquam attemptari, pronunciamus exemptos et perhenniter absolutos prenotato domino episcopo et eius suceessoribus silencium super hoc perpetuo inponentes. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam litteras nostras pendentis sigilli nostri apposicione munitas dictis fratribus super hoc duximus concedendas. Datum in Wysegrado[1], duodecimo die termini prenotati. anno domini MCCCXXXV^{0}.

Iz prijepisa opaia cistercttskog Ivdna od 9, oktobra 1344. Prijepis kao i ova iistina iz kodeksa : Liber privii. episc. Zag. lisi. 23.
Kodeks u ark. nadbisk. u Zagrebu I B. IX. 167.

163.

1335, 4. augusta. U Zad.ru.

Filip sin Mihe de Rosa pravi svoju oporuku.

In dei riomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo quinto, indiccione tercia, die quarto mensis augusti, Jadre. Tempore domini Francisci Dandulo incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafarris decretorum doctoris, Jadrensis archiepiscopi, ac domini Marini Superancio honorabilis comitis. Quamuis incerta et dubia mortis hora debeat cuilibet prudenti suspecta semper existere, verumtamen corporis imminente langore ipsius multo magis formidari debet euentus. Et ideo vnusquisque corporali egritudine occupatus nolens intestatus[2] decedere, debet tunc precipue solerter insixtere(!) ad sua temporalia bona disponenda ac eciam in ordinanda. Quo circa Philippus condam Miche Rose corpore languens, set mente et intellectu per graciam Jesu Christi compos et sanus suorum bonorum disposicionem per presens nuncupatum testamentum in hunc modum facere procurauit: Primo quidem de bonis suis reliquit pro anima sua libras ducentas denariorum venetorum paruorum, item libras centum paruorum pro anima domine Marie matris sue dispensandas per suos commissarios infrascriptos prout eis melius secundum deum uidebitur, item legauit Peruce eius filie, vxori Vulcinne Pelri de Matafarris libras ducentas paruorum, et de hiis eam iussit esse contentam, item reliquit domine Dobre eius vxori et Mauro condam Bartholomei de Grisogonis de bonis suis libras quinquaginta grossorum soluendas et conuertendas per eos in hiis et circa

[1] Pisano: »Mysegrado«
[2] Pisano: »intestatueo«.

ea que eis in secreto commisit, item ordinauit et uoluit, quod de omni et toto esse, quod ex quacumque causa et quocumque modo; debet recipere et habere a Laurentio de Qeualellis eius cognato, et de omni eo quod secum habuit hactenus facere quocumque modo uel causa dicta domina Dobra et Maurus faciant secundum quod eisdem ordinauit secrete, item voluit et ordinauit, predicti domina Dobra eius vxor et Maurus iura que ipse testator habet in Capodura et bona ipsius testatoris ibidem existentia uendant, si et quando eis uidebitur, item confessus fuit se habere de bonis olim Wolchoy uocati Magas libras ducentas paruorum, quas uoluit per suos infrascriptos commissarios restitui filiabus eiusdem Magas causa ipsas maritandi, item confessus fuit, quod ipse restat ad dandum supradicto Mauro de summa debiti librarum trecentarum et sexaginta paruorum circa libras centum et quadraginta septem paruorum quas uoluit sibi dari, item circa modios mille salis debet habere Maurus a fraterna et de fraterna societate, in omnibus autem reliquis bonis suis mobilibus et immobilibus, iuribus et actionibus Nicolaum eius filium sibi heredem mstituit, si uero ex ipsa domina Dobra nunc pregnante uel alias ex eodem Philippo grauida nati fuerint filii plures uel vnus masculi fuerint, ipsos uel ipsum cum predicto Nicolao pariter et equis portionibus sibi in omnibus supradictis bonis suis mobilibus et immobilibus, iuribus et actionibus heredes instituit, et si aliquis filiorum suorum decesserit ante etatem [legipti]mam(!) sine legiptimis liberis masculinis, superstes uel superstites et premortuorum liberi in stirpes et non [in capita] sint defuncto sine liberis masculinis heredes, si autem reliquerit filiam uel filias feminas, habeat vnaqueque libras mille ducentas cum nupserint. Si uero dicta Dobra ex presenti corpore uel alias ex ipso Philipo pregnans pepererit filiam feminam vnam uel plures, voluit et mandauit, quod earum vnaqueque habeat de bonis suis pro maritando et causa maritandi dotis nomine et pro dote libras mille ducentas paruorum et in hoc ipsam uel ipsas sibi heredes instituit, et si aliqua predictarum suarum filiarum nasciturarum decesserit ante etatem legiptimam sine legiptimis filiis uel filiabus, dictum Nicolaum et alios filios suos vnum uel plures qui essent pro tempore et suorum filiorum premortuorum liberi ipsis uel ei filie femine qui(!) ante legiptimam etatem decesserit substituit in stirpes et non in capita; si uero omnes supradicti filii eius ma[s]culini nullis legiptimus filiis uel filiabus derelictis arite etatem legiptimam decesserint, quod absit, uoluit et mandauit, quod vnaqueque ex filiabus suis superuiuentibus quotquot fuerint, habeat de bonis suis libras duo millia paruorum post obitum dicte ipsius vxoris. Et, Petrus eius frater habeat post dicte domine Dobre eius vxoris obitum libras mille paruorum et queque ex filiabus feminis dictorum filiorum suorum

defunctorem libras duo millia. Et uoluit, quod dicta eius vxor possit ordinare in suo testamento in obitu suo libras quatuor millia paruorum pro anima sua et ipsius testatoris et parentum ipsius testatoris et Jacobi eius fratris. In reliquis uero bonis suis, iuribus et actionibus supradicta condicione extante(!) pauperes Christi existentes in ciuitate Jadre et eius districtu, illos videlicet quos pro anime sue salute infrascripti eius comissarii duxerint eligendos et nominandos, quemadmodum ab ipso testatore electi et propriis nominibus nominati fuissent, sibi diuini muneris et pietatis intuitu pro anima patris sui et sua heredes instituit non quidem pro rata, set solummodo in ea parte et quantitate, quam ipsi commissarii qui pro tempore fuerint vnicuique eorum duxerint designandum ex hac hereditate et dandum; et ipsos commissarios hanc hereditatem uice dictorum pauperum adire uoluit et iussit. Quorum supradictorum bonorum reliquorum omnium supradicte hereditatis reiiquid(I) dictam dominam Dobram eius vxorem dominam, vsuariam, massariam, gubernatricem et ammin[i]stratricem libere et pure, si et dum vitam duxerit vidualem tenendo et gubernando filios comunes eorum, ita tamen, quod bona que in dicta hereditate inuenerit immobilia et mobilia que seruari possint, distrahere non valeat quoquomodo, de fructibus uero et redditibus faciat suum velle, de quibus nullam rationem alicui de cetero reddere teneatur. Si uero omnes filii predicti ipsius testatoris dum fuerint etatis legiptime nollent habitare ab ea seorsum, si plures fuerint et si vnus tamen fuerit, tunc uoluit, quod dicta eius vxor viduitatem sefuando habeat de bonis suis ad ipsius eiectionem tot quot sint(!) extimationis valoris librarum quinque millram, si uero plures filii fuerint et aliquis uel aliqui tamen ex eis elegerint habitare seorsum, tunc dicta eius vxor habeat a quolibet seorsum habitare uolente pro rata de portione sua quantum eam contingeret de dictis libris quinque millibus paruorum, et super filium detur et designetur seorsum habitare vo!enti(!) uel uolentibus secundum eam portionem, que ipsum uel ipsos contingere deberet de iure. Que bona dicti valoris quinque milium paruorum voluit et mandauit, quod dicta eius vxor habeat ad utendum et fruendum Hbere usque ipsius obitum, si tamen vitam duxerit vidualem, si uero contigerit eam ad secunda uota transire aut religionem intrare, tunc uoluit eam habere tantummodo dotes suas, et omnia sibi legata in hoc testamento cadant et ad heredes penitus deuoluantur. Commissarios autem suos ad ea uidelicet termino exequendaque, aliter expresse in hoc testamento commissa non essent, voluit et ordinauit prefatum Maurum condam Bartholomei de Grisogono, Petrum fratrem ipsius testatoris et Vulcinam Petri de Matafaris generum suum et supradictum Nicokum filium suum, quando scilicet fuerit etatis legiptime. Quibus quidem comissariis suis

uoluit, quod in nullo preiudicet(i) statuto de commissariis capitulo: Ad hoc ut repellatur etc. si aliquid in dicto inuentario ponere ommiserint nec aliquod aliud statutum uel ordinamentum siue consuetudo, per que uel quam commissarii omnia bona in hereditate reperta ponere in inuentario tenerentur. Item uoluit, quod predictus Maurus commissarius possit in obitu suo alium sub[stitu]ere uel constituere loco sui. Qui commissarii nichil tamen facere possint sine conscilio et licentia ac uoluntate dicte domine Dobre eius vxoris, rogans et ortans eosdem commissarios, quod in rebus arduis et alicuius ponderis requirant conscilium et patrocinium magnifici viri domini comitis Gregorii Curiaci Corbauiensis, compatris ipsius donabilis[1] ac fidi et precordialis amici, cui filios et omnia facta sua recommendauit deuote, et quod predictus Maurus non teneatur alicui de aliquo reddere rationem. Quibus commissariis suis dedit plenissimam potestatem agendi, defendendi et respondendi, sacramentum calumpnie et de ueritate dicenda, in animam ipsius prestandi, et omnia et singula tam in iudicio quam extra faciendi, que ueri commissarii facere possunt et que ipse testator viuens facere posset. Et hanc suam vltimam voluntatem asseruit esse uelle quam ut testamentum et testamenti iure valere mandauit et uoluit, quod si aliqua de causa presenti uel futura testamenti iure non valuerit, saltem eam ius et effectum codicillorum habere siue alterius cuiusque vltime voluntatis voluit et mandauit et ipsam et omnia et singula que in ea continentur expresse uel tacite ab omni herede ac successore suo inuiolabiliter obseruari et efficaciter adimpleri. Acta sunt hec et firmata coram Jacobo Petri de Georgio et Nicolao condam Marini de (^eualellis ciuibus Jadre, testibus rogatis.

(Drugi rukopis).

f Ego Rainerius condam Barthi de Varicassis examinator examinaui.

(Signum not.).

Et ego Alexander condam Vgolini de Stella imperiah et ciuitatis Jadre autoritate notarius scripsi et publicaui et meo signo et nomine roboraui.

Original u gubernial. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana Kaps. VIII. no. 111.

[1] dominabilis?

164.

1335, 8. augusta. U Požegi,

Pred kaptolom požeškim biva prodaja zemlje.

Nos capitulum ecclesie bea[ti Petri de Posoga] memorie commendamus per presentes, quod magister Paulus filius Laurencii dicti Twz de Pukur in nostri presencia [per]sonaliter constitutus confessus est oraculo viue vocis, quod, cum ipse quandam possessionem suam Tordus vocatam nobili viro magistro Nicolao filio Gylety mediantibus litteris nostris exinde confectis pro quinquaginta marcis vendidisset, et ipse magister Nicolaus adhuc vivens dictam pecuniam, precium videlicet possessionis prenotate, morte preventus sibi persolvere nequivisset, tandem quia nobilis domina relicta magistri Nicolai filii Gylety memorati, predictas quinquaginta marcas ad racionem precii prefate possessionis eidem debitas sibi plenarie et integraliter persolvisset, pro eo supradictam possessionem Tordus vocatam, quemadmodum eandem mediantibus litteris nostris exinde confectis prelibato magistro Nicolao filio Gylety vendidisse dinoscitur, ut premittitur, cum omnibus utilitatibus suis pro supradictis quinquaginta marcis reliquisset, assignasset et nichilominus vendidisset prefate nobili domine relicte eiusdem magistri Nicolai iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam. Datum feria tercia proxima ante festum beati Laurencii martiris, anno domini M°CCC°XXX° quinto.

Original u kr. ug. drž. arkivu u Budimpesti: M. O. D. L. no. 2945. — Stara sign. Mon. Poson. fasc. 62. no. 6.

Na hrptu se vidi trag ovalno šilj'ata pritisnuta pečata. Listina je na mjestu, gdje ima biti ime kaptola, krnja. Na hrptu nema nikakova uporišta za dopunjak imena. Tek kombinacij'om i prispodobom dolazimo do toga dopunjka. Po ondašnjem obilaju, koji je tek g. 1353. po kralj'u Ljudevitu postao zakonom (vidi listinu, koj'om se potvrdj'uj'e zlatna bula), imale su stranke sklapati pravne poslove pred naj'bližim im kaptolima. Osim toga kaptole bački, ieljezni a i čazmanski a kamenski ne moiemo prihvatiti radi odlomka rijeci beafti/. Po tom zasijecaj'u оч>amo samo kaptol požeški i sv. Ireneja srijemski. Ovaj' potonj'i otpada, j'er j'e forma suvremena njegovih listina sasvim drugatija (ima arengu, nabraja kanonike, pečat vist.J Preostaje dakle kaptol požeški, pak se doista svi vanjski znaci, dapače i pismo u listini od 2. marta 1337. s tim slazu. Dapače i viseći pečat sačuvan na baš spomenutoj listini pokriva trag peiata na lirptu naše listine. Ovo mnijenje potvrdjuje listina br. 334. u IX. ovog djela.

Nagy Cod. dipl. Andeg. III, 191.

165.

1335, 9. augusta. U Zagrebu.

Naćin upravljanja deselinom u kaptolu zagrebačkom.

Decreta canonica, consvetudinem optimam legum interpretem esse dicunt, ex qua noscitur inter cetera introductum, quod si conductores diversi nostrorum quorumcumque reddituum appareant, is ceteris preferatur et conducte rei exercicium apprehendat, qui meliorem condicionem attulerit pro nostro comuni augmentando, videlicet saltem cum marcis duabus vel valore ipsarum quantitatem pecunie, quam alter in conducendo huiusmodi redditus vel proventus offerebat, salvo si aliqua modica quantitas conducatur, ubi sufficit cum uno fertone augmentare. Non tamen aliquis ad conducendum futuros quoscumque redditus vel proventus admittatur, donec de conductis preteritis pro una parte usque festum nativitatis domini, pro alia usque festum resurreccionis eiusdem, et pro tercia infra annum conduccionis plenam solucionem nomine nostro ad manus nostri decani inpendat, ad quam se obtulerat faciendam, non obstante sibi remissione porcionis cuiusquam ex nobis in privato, nisi in puplico(!) comuni deliberacione habita per eos singulos, ad quos pertinet, relaxetur. Hoc salvo, quod si forsan redditus vel proventus conducti processu temporis in toto vel in parte impediantur per aliquorum violenciam aut aliter depereant notabiliter vel eciam auferantur, tunc eo casu conductor non cogatur de suo quicquam persolvere; habita super hoc certitudine iuxta posse, sed solum ad id, quod de ipsis redditibus et proventibus habuit vel reperietur habuisse, nisi conductor expresse se obliget ad solucionem totalem conducti sive quantitatis promissam, quasi renunciando iuri suo in hac parte. Et quoniam tempora conduccionum seu locacionum reddituum vel proventuum predictorum actenus(!) non fuerunt expressa, per quod plerumque discordie inter conductores oriebantur non sine nostro scandalo aliquando, nos experti incomodi malum evitare cupientes, statuimus observandum, quod decime nobis provenientes, scilicet cultellorum Zagrabiensis, de Guerche, de Bexin et de Zagoria, item redditus et proventus comitatuum nostrorum de Zitech et de Thoplica, a vigilia beati Jacobi apostoli usque ad festum beati Laurencii ex tunc sequens, item tributa nostra Zagrabiensia et de Casna, a festo beati Laurencii usque vigiliam beati regis Stephani. Item decime vini koncharum Zagrabie nobis debite ex **tunc** usque octavas eiusdem festi beati Stephani vel usque vigiliam

eiusdem festi, quando vindemia se ante exhibuerit, evidenter semper in omnibus premissis exclusive, quosque officium vespertinum et conpletorii cum salve regina vel allia antiphona virginis gloriose in maiori ecclesia finietur, conduci et augmentari possint in ipsa ecclesia vel ante eam in pupplico per ydoneos conductores, quibus terminis lapsis, eo ipso pro singulis conduccionibus, ut predicitur, secure conductores pociores illo modo et ordine, ut est dictum apprehendant exercicium conductarum decimarum aut proventuum quorumcumque vel tributorum predictorum, nec possint refutare conducta quoquomodo, sed ad solucionem totalem obligentur eo ipso pro ea quantitate pecunie, que per eos ultimo promissa fuerat vel eciam augmentata, hoc expresso, quod redditus et proventus communitatuum predictorum singulos, unus tantum et non plures valeant conducere nec de societate esse conductoris. Item alios predictos singulos similiter vel ad plus duo, ne per pluralitatem conductorum vel sociorum in hac parte locatores iidem sint qui et conductores reddituum vel proventuum predictorum. Pupplicata in vigilia festi beati Laurencii predicti, anno domini MCCCXXXV.

Liber stat. cap. Zagrab. p. I. cap. XXXIII.
Tkalčić Monum. episcop. Zagrab. II. 31—32.
Tkalčić Mon. civ. Zagrab. I. 147.—148.

166.

1335, 17. augusta. U Zelini.

Samson župan moravečki i kaštelan velikoga Kalnika svjedoči, da je Pavlin Pavlov prodao posjed uz Toplicu Jakobu Većeslavovu.

Nos magister Samson comes de Marowcha et caštellanus de Maiori Kemluk, necnon Thomas filius Gregorii comes terrestris de eadem Marowcha significamus vniuersis quibus expedit presencium per tenorem, quod constitutis personaliter coram nobis Paulyn filius Paulis iobagio castri de eadem Marowcha ex vna parte, ex altera comes Jacobus filius Vechezlay nobilis eiusdem prouincie, idem predictus Paulin quandam possessionem suam hereditariam a patre suo sibi deuolutam adiacentem iuxta fluuium Thoplicha vocata, vineis, fructibus, siluis, fenetis scilicet cum sessione molendini situm(!) in dicto fluuio Thoplicza(!), excepta particula quam idem Paulin vendidit Martino filio Hrenkonis, item exceptis tribus vineis et tribus dietis terre castrensium et excepta possessione ecclesie beati Johannis de eadem Marowcha, videlicet adiacentem in valle Globochicha et superius in capite eiusdem Globochyche cum omnibus suis vtilitatibus et attinenciis et circumstanciis ad eandem, dixit et confessus est se pro quatuordecim marcis bonorum denariorum tunc tempore currencium, tempore domini nostri magnifici viri Mykch bani tocius Sclauonie vendidisse, contulisse et assignasse eidem prefato Jacobo filio Venchezlay(!), sibi et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo et irreuocabiliter tenendam, possidendam pariter et habendam, qui dictus Paulyn dictam sumpmam pecunie ab eodem comite dixit integraliter recepisse et habuisse nullo vero contradictore existente, sed cum bona voluntate omnium vicinorum et commetaneorum suorum. Astiterunt vicini et commetanei superius nominati Paulin coram nobis, videlicet Petrus de Kalin, Endrey filius Wouzlay, Etya filius Vgrizlay cum fratribus suis, Farkasius et Fruta filii Vgrini, Martin filius Hrenkonis, et ex parte castrensium Gregorius filius Gredne cum suis vicinis, petentes a nobis diligenter, vt nos personaliter ad faciem dicte terre accederemus et eiusdem terre et possessionibus ipsorum sew terre castrensium iustas et certas metas ordinaremus. Igitur nos cum probis et honestis nobilibus et ignobilibus dicte prouincie personaliter accessimus ad faciem dicte terre iustas et certas metas ibi assignauimus. Cuius quidem terre de ipsorum possessionibus mete taliter distinguntur: Quod prima meta a parte orientali est arbor thwlfa cruce signata iuxta fluuium Sywbna circa metas Petri de Kalin et Endrey filii Borizlay, de eadem tendit et cadit ad dictum fluuium S}'wbna, per eundem fluuium descendens bonum spacium et cadit in fluuium Loyna, ibidem exit de fluuio procedens paruum spacium infra et tendit versus occidentem iuxta vnum pratum et cadit ad vnum fossatum Prethoca dicta, per eandem procedens iuxta metas castrensium et cadit in fluuium Thoplicha, per eundem fluuium ascendens bonum spacium exiens de fluuio, et cadit ad vnam arborem iharfa dictam meta terrea circumfusum (!), de eadem cadit iuxta terras castrensium vltra vnam paruam siluam et cadit ad arborem gerthanfa cruce signata, de eadem procedens per vnum vallicum(!) ascendens ad montem versus occidentem et cadit ad vnam paruam semitam, per eandem ascendens per montem et cadit ad viam qua ducit ad ecclesiam beati Johannis, per eandem viam tendens et cadit ad arborem harazthfa cruce signata, de eadem descendens in vallem Znos dictam versus orientem, per eandem descendens et cadit ad arborem ffizfa (!) cruce signata sitam iuxta metas filiorum Vgrizlay, de eadem procedens et cadit in rywlum Globochycza vocata, per eandem(!) descendens et cadit in fluuium Thoplicza, per eundem descendens bonum spacium donec predictam arborem iharfa, ibidem exit de fluuio et cadit ad vnum siccum Znos et per eundem tendens versus aquilonem aliquod

spacium ascendens donec metas Petri de Kalin et Endrey filii Venchezlay, deinde flectitur ad destram et asscendens ad montem per vnum vallicum et cadit ad duas arbores harazthfa cruce signatas, de eadem descendens iuxta metas Petri de Kalin et Endrey venit in siluam et cadit ad vnam arborem harazthfa cruce signata, de eadem tendens directe in aliam arborem thwlfa, et ibi venit ad priorem metam. A parte vero septemtrionali commetanei Irethlen filius Bogdozlay. Et hec series extitit coram probis viris, videlicet comite Andree filio Mykow, Iwan filio Symonis, Adam filio Jacobi, Johanne filio Mundek, Symon filio Demetrii, Stephano filio Jacobi et ex parte častrensium Petren villico cum suis vicinis atque aliis quam pluribus; necnon hec pretermittimus, quod siluam dicti commetaney pariter possidebunt, preter hoc quod fuit Paulis Erezthwyne. In cuius rey memoriam perpetuamque firmitatem antedicto Jacobo presentes contulimus appensione sigillorum nostrorum consignatas munimine roboratas. Datum in foro Zelna, feria quinta proxima post festum assumpcionis beate virginis, anno domini millesimo trecentesimo trecesimo quinto.

Iz originalnog prijepisa bana Hermana Celjskoga od 11. jula 1428. u arkivu jugosžavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1321.

J67.

1335, 27. augusta. U Zagrebu.

Pred Mikićem banom biva prodaja posjeda Trnovca.

Mykch tocius Sclauonie banus omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Solent gesta fidelium scripti patrocinio perempnali(l), ne aut obliuio inuoluat caligine semel actum, aut hominum inuidiosa malicia per calumpniam subuertat successiue. Ad vniuersorum igitur noticiam harum serie volumus peruenire, quod Georgius filius Pazmani, Elias, Thomas et Petrus filii Woyche, patruelini fratres eiusdem Georgii ab vna parte, et Jacobus filius Wlkota, Mykech filius Helemes, Mykou filius Wlk, Petrus, Johannes et Andreas filii Johannis, Stephanus et Barla filii Vrbani, item Petrus filius Thome, Johannes filius Stephani, nobiles iobagiones castri Zagrabiensis de Campo ab altera, coram nobis personaliter constituti iidem Georgius, Elias, Thomas et Petrus quandam possessionem eorum Thernoch vocatam in Campo existentem, prefatis nobilibus iobagionibus castri vicinantem, que olim a Wydechech filium (!) Martini ventrosi

titulo empcionis ad eosdem fuerat deuoluta, cum omnibus suis vtilitatibus, videlicet siluis, pratis, vineis, locis molendinorum, stagnis, piscinis, terris arabilibus cultis et incultis ac ceteris suis attinenciis, pro triginta sex marcis promptorum denariorum banalium, per quinque pensas marcam quamlibet computando, plene vt dixerunt habitis et receptis, sub metis suis prioribus et antiquis, eisdem Jacobo, Mykech, Mykou, Petro, Andree, Stephano et Barla, item Petro filio Petrilo et Petro filio Stephani ac per eos ipsorum heredibus heredumque suorum successoribus confessi extiterunt perpetuo vendidisse tenendam, possidendam pariter et habendam. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem prefatis nobilibus iobagionibus castri Zagrabiensis presentes concessimus litteras nostras priuilegiales apposicione autentici sigilli nostri roboratas. Datum Zagrabie, in octauis beati regis Stephani, anno domini millesimo trecentesimo tricesimo quinto.

Iz originalne potvrde kralja Ljudevita II. od 11. juna 1520. U arkivu općine turopoljske.
Laszowski Cod. Turop. I. 52.

168.

1335, 20. septembra. U Zagrebu.

Dujan i Bartol krčki knezovi i općina zagrebačka ustanovljuju, kako se imadu plaćati dugovi izmedju njihovih podanika.

Nos Duimus et Bartholomeus comites Vegle, Modruse et Posege, nec non Albe regalis significamus tenore presencium quibus expadit universis, quod nos cum probis et honestis viris Francisco iudice, ac universis civibus de monte Grech huiusmodi composicionem seu ordinacionem vicissim duximus ordinandam, quod nullus creditorum ex nostris possit quempiam aut res ipsius pro debito alieno de ad ipsos pertinentibus impedire, nisi prius habita inquisicione ante iudicem ipsorum; nec possit civis captivari, si ad solvendum non subpeterent facultates, sed possessiones ipsius pro debito secure vendantur, et si iusticia mediante solucio fieri non posset, extunc nullius alterius res possint impediri preter solius debitoris. Datum Zagrabie, in vigilia beati Mathei apostoli et evangeliste, anno domini MCCCXXX. quinto.

Original u arkivu. jugosl. akademije. Na ledjima trag od pečata pritisnuta.
Tkalčić Mon. civ. Zagrab. I. 444.—445.

169.

1335, 24. oktobra. U Višegradu.

Karlo kralj ugarski i hrvatski nalaže kaptolu čazmanskom, da učini izvide radi nekog posjeda kraj potoka Rakitnice.

Karolus dei gracia rex Vngarie fidelibus suis capitulo ecclesie Chasmensis salutem et graciam. Dicunt nobis magister Paulus filius Michaelis et Gregorius filius Sebrich carpentarii nostri, quod quedam particula terre seu possessionis iuxta fluuium Rakythnicha vocatum in comitatu seu districtu Chasmensi habita, metis et limitacionibus circumdata per venerabilem condam in Christo patrem dominum Michaelem episcopum Zagrabiensem, prelatum vestrum felicis memorie, Cosme filio eiusdem Sebrich pro suis meritoriis obsequiis tradita et collata simul cum alia particula terre circa eandem habita, per Ladizlaum dictum Waguth seruientem et predialem pretacti domini episcopi eidem Cosme pro certa summa pecunie vendita ad eos racione fraternitatis[1] legittime deuolute per quosdam indebitos et uiolentos detentores vicinos eorum detinerentur occupate in eorum grande preiudicium et iacturam. Super quo fidelitati uestre precipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem ydoneum pro testimonio, quo presente Thomas filius Beke vel Johannes filius Marcelli altero absente homo noster, ad faciem dictarum particularum terre accedens, vicinis et commetaneis earundem vniuersis legittime conuocatis et presentibus nomine iuris eorundem magistri Pauli et filii Sebrich recapiendo, reambulet easdem per ueras metas et antiquas, nouas metas iuxta ueteres ubi necesse fuerit erigendo, reambulatas et ab aliorum terris distinctas statuat seu relinquat eisdem magistro Paulo et Sebrich perpetuo possidendas, si non fuerit per quempiam interdictum, contradictores si qui fuerint contra eosdem, ad nostram uel ad domini episcopi Zagrabiensis citet presenciam ad terminum competentem, et post hec seriem dicte recepcionis et reambulacionis cum cursibus metarum uel diem citacionis, nomina citatorum et terminum assignatum nobis uel eidem domino episcopo fideliter rescribatis. Datum in Wysegrad, feria tercia proxima post festum beati Luce evangeliste, anno domini MCCCXXXV°.

Iz kodeksa: Liber privil. ep. Zag. tist. 31.
Kodeks u ark. nadbisk. u Zagrebu: I. B. IX. 167.

[1] Slijedi procrtano istom tintom: »fuisset«.

170.

1335, 26. oktobra. U Višegradu.

Pred kraljem Karlom imenuje Pavao sm Mihajlov, i Grgur sin Sebnćev Mauricija sina Pavlova svojim zakonitim zastupnikom.

Nos Karolus dei gracia rex Vngarie significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod magister Paulus filius Michaelis et Gregorius filius Sebrech[1] carpentarii nostri ad nostram personaliter accedentes presenciam causas et execuciones causarum eorundem vniuersas super requisicione quarundam particularum terre ipsorum iuxta fluuium Raquanicha[2] vocata in comitatu seu districtu Chasmensi habitarum contra quoscumque in quorumuis iudicum et iusticiariorum regni nostri et specialiter domini episcopi Zagrabiensis presencia motas et mouendas vsque ad finalem decisionem earundem, Mauricio filio Pauli seruienti domini Ladizlai dicte Zagrabiensis [ecclesie] episcopi confessi sunt commisisse et commiserunt coram nobis procurandas, exequendas et fine debito peragendas, ratum et firmum se promittentes habituros, quitquid per "dictum procuratorem ipsorum actum, factum, ordinatum et procuratum fuerit in causis et execucionibus earundem prenotatis. Datum in Wysegrad, in festo beati Demetrii martiris, anno domini millesimo CCC°XXX° quinto.

Iz kodeksa: Liber privil. episcop. Zagrab. list. 31.
Kodeks u arkivti nadbiskupi] e u Zagrebu 1. B. IX 167.

171.

1335, 27. oktobra. U Višegradu.

Karlo kralp ugarski i hrvatski potvrdjuje listinu od 22. juna 1334., kojoin crkva zagrebačka kupuje imanje Vinodol.

Nos Karolus dei gracia Vngarie rex memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod venerabilis in Christo pater dominus Ladiziaus dei et apostolice sedis gracia episcopus Zagrabiensis, dilectus nobis et fidelis familiaris noster vice et nomino

[1] U listini od 24. oktobra 1335.: Sebrich.
[2] U istoj Hstini: Rakythnicha.

dicte ecclesie sue ad sublimitatis nostre agrediens presenciam exhibuit nobis quoddam priuilegium capituli Quinqueecclesiensis tenoris infra-scripti, nostram humiliter flagitans excellenciam, quatenus toto tenore eiusdem transumpto approbare et de regia pietate noui et autentici sigilli nostri apposicione vberiorem rei ad cautelam confirmare dignaremur. Cuius tenor talis est: *(Siijedi listina kaptola pečuhskog od* 22. *juna 133-1.)* Nos itaque propositis peticionibus memorati domini episcopi fidelis nostri fauorabiliter inclinati et fidelissima sua seruicia nobis per eundem exhibita memoriter recolentes ipsam suam peticionem admit-' tendo cum tenoribus earundem litterarum priuilegialium de uerbo ad uerbum ipsum priuilegium acceptamus, approbamus presentis scripti patrocinio ex certa sciencia perpetuo valere confirmantes. Datum in Wyssegrad, in vigilia beatorum Symonis et Jude apostolorum, anno domini MCCCXXX⁰ quinto.

Iz kodeksa: Liber privil. ep. Zag. list. 51.
Kodeks u ark. nadbishipije ti Zagrebn I. R. IX. 167.

172.

1335, 27. oktobra. U Zadru.

Grisogon sin pokoj'nog Nikole de Begna potvrdjuje, da je primio od Pribe žene pokojnog Zuve de Ceualello itd. 80 libara.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo quinto, indiccione quarta, die vigesimo septimo mensis octobris, Jadere. Tempore domini Francisci Dandulo incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafarro decretorum doctoris, Jadrensis archiepiscopi, ac domini domini Marini Superancii honorabilis comitis. Grisogonus condam Nicolai de Begna ciuis Jadrensis fuit contentus et confessus se habuisse et recepisse a domina Priba vxore condam Cuue de Qeualellis et a Nicolao condam Martini de <Jeualellis ciuibus Jadere, commissariis et commissario nomine dicti olim Cuue dantibus et soluentibus, ut ipsi asseruerunt, de bonis et pecunia commissarie dicti olim C^uue habita, scilicet de dimidietate pro indiuiso possessionum positarum ad iugum paruum ad Bagnum et ad s. . . . . lacatum(!) vendita heredibus olim Laurentii Marini de (^eualellis uirtute reformationis generalis conscilii Jadere super hoc edite libras octoginta denariorum venetorum paruorum, in quibus dicti commissarii commissario nomine predicto iuxta formam cuiusdam publici instrumenti script'

manu Blasii Michaeiis notarii sub anno domini millesimo trecentesimo vigesimo nono, indiccione tercia decima, die vigesimo primo mense ianuario fuerunt per maiorem curiam sentencialiter condempnati, secundum quod in ipsa sentencia scripta in actis curie Jadre sub anno domini millesimo trecentesimo trigesimo tercio, indiccione prima, die decimo nono mensis aprilis plenius continetur, quam sentenciam cum dicto publico instrumento voluit extunc esse cassa, vana et nullius efficacie uel momenti, faciens eisdem nominibus supradictis de dictis libris octoginta paruorum finem, remissionem, transactionem et pactum de ulterius non petendo et absoluens et liberans eos nomine quo supra ab omnibus et singulis que predictorum uel alicuius eorum occasione posset ab eisdem petere nomine supradicto, nec non promittens stipulanti solemne per se et suos heredes et successores dictis commissariis commissario nomine antedicto stipulantibus litem uel questionem de predictis libris octoginta paruorum seu eorum occasione ullo tempore non mouere per se uel alium, set predictam solutionem, liberationem et omnia et singula in hoc instrumento contenta rata habere perpetuo et non contrafacere uel uenire aliqua ratione uel causa de iure uel de facto sub pena quarti dicte quantitatis pecunie. . . . . huius contractus capitulis in solidum stipulat promissa et refectione omnium dampnorum et expensarum litis et extra et obligatione omnium suorum bonorum, et pena soluta uel non, rata perdurent omnia et singula suprascripta. Acta sunt hec et firmata coram Biualdo Gregorii de Botto[uano], Laurentio Doncorgii ciuibus Jadre testibus rogatis et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Nicolaus de Vitcor[1] iudex examinator manum missi.

Et ego Alexander condam Vgolini de Stella imperiali et ciuitatis Jadre auctoritate notarius scripsi et publicaui et meo signo et nomine roboraui.

(Signum not.)

Originai u arkivu jugostavenske akademije u Zagrebu. Dipiomata a. 1335.

[1] Pisano >Curteor« (?).

173.

1335, 31. oktobra. U Zadru.

Toma de Petrigo daje Toanu Dancah tri gonjaja svoje zemlje u Bibanju, da nasadi vinograd.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdum millesimo trecentesimo trigesimo quinto, indictione quarta, die ultimo mensis octobris, Jadre. Tempore domini Francisci Danduli incliti ducis Venecie, et venerabilis in Christo patris domini Nicolai de Matafaro de Jadra, decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gracia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Marini Superan[ciiJ egregii comitis. Ego Thomasius de Petrico ciuis Jadre, do et concedo tibi Johanni Dancala filio condam Mogori de Jadra, tres gognaios de terra mea [pojsita sub monte Bibani, ad pastinandum vineam et arbores oliuarum et per conficiendum dictam pastinacionem predictorum trium gognaiorum pro modo predicto hinc per totam terciam yemem(!) proxime futuram, sub pena sex iperperorum, et si ultra dictos tres gognaios predicte terre mee ibidem pastinaueris pro modo premisso, cedat in dictam concessionem pastinacionis predicte. Quibus tribus gognais pastinand[isj de quirina sunt vites heredum olim Radoslaui super terram mei dicti Thoma[siiJ, de borea, trauersa et austro est terra mei predicti Thomasii; taliter, quod dum [ex] ipsa terra pastinanda fructus vini extrahere poteris, dare tenearis cum heredibus et successoribus tuis annuatim mihi meisque heredibus et succesšoribus quartam partem ibi in dicta vinea tocius redditus seu fructus exinde prouenientis. Et si in fraude manif[esta] repertus fueris contra meam rationem, soluere tenearis mihi sex iperperos nomine [penej quociens contrafeceris. Et si per aliquod tempus ius tuum exinde uendere uo[luerisJ, ipsum mihi meisque heredibus et successoribus uendere tenearis pro illo precio, quo ab [aliisj habere poteris, si ipsum emere uoluero, si autem noluero, tunc licitum sit [tibi] de iure tuo exinde facere tuum uelle, iure autem meo, supradicto terratico et omni alio iure secundum statutum et consuetudinem Jadre semper reseruato, promittens ego dictus Thomasius per me meosque heredes et successores sine aliqua excepcione iuris uel facti me obligando tibi dicto Johanni pro te tuisque heredibus et successoribus stipulanti et recipienti dictam terram pastinandam, ut predicitur, excalumpniare et defendere in racione ab omni homine et persona sub obligacione bonorum meorum. Et ego dictus Johannes omnia et singula supradicta laudo, aprobo et ratifico et ea promitto et me obligo attendere et obseruare per me meosque he-

redes et successores tibi dicto Thomasio tuisque heredibus et successoribus et non contrafacere, super me et omnia bona mea presencia et futura. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Marino Blasii de Soppe et Grisogono de Raua, Jadrensibus et aliis.[1]

Original u gubern. arjlivu u Zadru; odio samost. sv. Nikole no. 159. — Lijevi rub ponešto okrnjen.

174.

1335, (mjeseca oktobra.) U Dubrovniku.

Općina dubrovačka prima pismo od župana Militena i Ružira radi stanka.

Кнезꙋ дꙋбровьчькомꙋ и вѣкьникомь и всои ѡпькини дꙋбровьчькои ѡдь жꙋпана Милтена и Рꙋжира лꙋбавно поздравление. Ви знате властеле, како смо говорили, да се станемо, да ако сте наше приѣтелие и ако хокете да есте мегꙋ нами житькь прави, да бꙋдите ꙋ понеделиник ꙋ Воводи ти власте[ле], ки хоте с нами говорити ѡ правьди, кою хокемо наити мею собом. И бꙋди ваша милость ѡдьпишите ни скоро и пагите ти властеле, ки хоте с нами справити и не посилакьше ѡпет ꙋ градь.

Na ledjima adresa;

Кнезꙋ и властеломь.

Na listiću napola predrtu maja 1336. ima:

Пръвисокомꙋ господинꙋ кралю всѣхь српскихь и поморскиех . . . . . клонение, що ѥ кралѥвьство ти вьторицею ꙋписало и покелѣемо мꙋ да дѡидеть да господине, како заповѣда богь да.

Adresa:

Пръвисоком кралю всѣ . . .

' Originat u dubrovačkoin arkivu n knjizi Diversa caucellariae knji^e od g. 1334., leži kraj mjesecd pktobra 1335.

Pucić Sporn. srp. II. br. 16. 15.

[1] Nema klauzule eksaminatora i notJfa

175.

1335, 10. novembra. (U Napulju).

Karlo kralj napulj'ski ište od Kotorana, da plate Rimljanina Petru Valenta.

Roberto kralj napuljski piše: »Viris nobilibus et discretis comiti, consilio et comuni civitatis Catheri (!), dilectis amicis suis« etc, *da liječniku magistru Petru Valenti Rimljaninu plate ugovorenu placu:* »solidos grossorum de cruce trecentos« *za vrijeme, što je boravio u spomenutoj općini.*

Reg. Angioini.
Makušev Zapiski XIX. 2: pril. 3. 65.
Racki Rad XVII 1. 228.

176.

1335, 29. novembra. U Višegradu.

Karlo Roberto kralj ugarskii hrvatski dozvolj'uj'e samo mala gradska : . vrata kraj svoj'e' palače na Griču. -

Karolus dei gracia rex Hungarie. Dilecto sibi et fideli magnifico viro Mykch bano tocius Sclauonie salutem et graciam. Noveritis, quod quamquam nos in civitate nostra castri montis Grecensis de Zagrabia iuxta murum domum regalem per vos fieri et parari iussissemus, quam omnino fieri volumus in eadem; tamen magne porte preparacionem, quam dictPcives nostri vos velle facere prope ipsam nostram domum, dicunt nobis per eorum nuncios humiliter nunciantes, nollumus magnam portam, sed portellam,. per quam, unus equus exire veL intrare valeat sine lesione, preparari. , Quare precipimus vobis. firmiter per presentes, quatenus magnam portam in ipso loco parare nullatenus faciatis, sed parvam portam, prout diximus inibi fieri facientes, custodientes per omnia et caventes, quod nec per vos nec vestros officiales, hospites nostros de eadem in ipsorum iuribus perturbetis, eorum libertates infrigendo. Datum in Wyssegrad, in vigilia beati Andree apostoli,- anno domini MCCCXXX quinto. v'. '•',. ......

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu. — Pečat na ledjima pritisnut.
Kukuljević Ark. za jugosl. pov,. 1.201. ^— Starine'.VIII. 206.
Tkalčic Mon. civ. Zagrab. I. 148.—149.

177.

1335, 29. novembra. U Višegradu.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski nalaie banu Mikiću, da se ne uzimlje. dafa od vinograda zagrebačkih, koji su za potrebe grada.

Karolus dei gracie rex Hungarie. Fideli suo magnifico viro Mykch bano tocius Sclauonie salutem et graciam. Noveritis, quod Franciscus iudex et Lambinus quondam iudex civitatis nostre castri montis Grecensis de Zagrabia, nuncii fidelium hospitum nostrorum de eadem, nostre serenitatis adeuntes presenciam, nomine tocius universitatis nobis proposuerunt conquerentus, quod vos super ipsos et de eorum vineis pro usu castri singulas mensuras vini, que cybrion vocantur, exigere voluissetis et adhuc peteretis; quare fidelitati vestre firmiter precipientes mandamus, quatenus ipsos cybriones vini super eos, si ipsi prius non solverunt nec dederunt, recipere seu exigere nullatenus presumpmatis, et hoc idem precipimus banis pro tempore constituendis firmiter observandum. Datum in Wyssegrad, in vigilia beati Andree apostoli, anno domini MCCCXXX quinto.

Originai u arkivu jugoslav. akad. Pečat bio na iedjima utismtt.
Tkalčić Monum. civ. Zagrab. I. 149.

178.

1335, 30. novembra. U Višegradu.

Karlo kralj' ugarski i hrvatski nalaže \ banu Mikiću, da ne dira i ne dopusti. dirali u ima.nj'a crkve zagrebačke: Vinodol, Peek i - . Berezd.

Karolus dei gracia rex Hungarie fidelibus suis magnificis viris Mykch bano tocius,Sclauonie et aliis quibuslibet banis pro tempore constituendis, quibus presentes ostendentur salutem et graciam. Noueritis, quod nos quasdam possessiones, vnam ecclesie Zagrabiensis siue capituli, aliam erhpticiam Vynodol uocatas, per venerabilem in Christo patrem dominum Ladizlaum eadem gracia episcopum Zagrabiensem emptam vigore presencium quemadmodum prius concesseramus, sic et nunc consentimus et nostrum consensum concedimus pro dicta sua ecclesia perpetuo .possidendas. Item alias possessiones, scilicet. Peek et Berezd nominatas. in comitatu Zagrabiensi vltra Drawam existentes, quas idem dommus epi-

scopus ab abbate et conuentu monasterii Thoplicensis in feudum prius tenuit et nunc in futurum legittime debet tenere, que possessiones violenter occupate detinentur, remotis ipsarum detentoribus quibuslibet illicitis, eidem domino episcopo et sue ecclesie pleno iure reddidimus et restituimus perpetuo possidendas pariter et habendas. Ouare fidelitati uestre precipientes mandamus, quatenus mox receptis presentibus manus uestras de eisdem possessionibus penitus retrahatis et quorumlibet manus ad uos pertinencium retrahi facientes, quia nos ipsas domino episcopo predicto pro sustentacione ef conseruacione suorum castrorum de Harastricha(!) commisimus conseruandas; secus per nullum casum facere presumentes sicut nostram dileccionem caram habere intenditis. Datum in Wyssegrad, in festo beati Andree apostoli, anno domini MCCCXXX° quirito.

Iz kodeksa: Liber privileg;. episc. Zagrab. list. 62.
Kodeks u arkivu nadbiskupije u Zagrebu: I. B. IX. 167.
Fdrlati Illyr. sacr. V. 422.
Fejer Cod. dipl. Ilung. VIII. 4. 85.-86.

179.

1335, 30. novembra. U Višegradu.

Karlo kralj ugarski i hrvatski daruje biskupiji zagrebačkoj maltarinu u Ivaniću.

Nos Karolus dei gracia rex Vngarie memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis. Quia vocante domino de mundo scimus hos procul dubio transituros, salubriter deliberauimus decernentes diem extreme nostre messionis misericordie operibus debere preueniendum, presertim in eo, ut ministrorum Christi sustentacionibus regias manus porrigamus adiutrices, vt per ea que agimus in terris, multiplicatum fructum cum domino recolligamus in celis. Igitur tam pia tamque salubri intencione moti, volentes ecclesiam kathedralem sanctissimi Stephani regis de Zagrabia ad instaf aliorum regum felicium recofdaciohum piorum progenitprurri nostforuni ipsam. dbtanciufri, posseššionum et diuersorum horioruin prerogatiuis et ditariciuni speciali nostfa concessione graciose mediante prbsequi regio cum fauore, redditus et facultates eiusdem ampliantes, vt episcopalis veneranda dignitas ex hoc se senciat magis consolatarri • et eiusdem'ecclesie ministri in ipsa iiigitef deo famulantes pro hac riostra pia elargicione memoriam norriiriis riostri semper in benedictione habentes venereritur, ad peticioriem

et instantem supplicacionem venerabilis in Christo patris domini Ladizlai dei et apostolice sedis gracia dicte ecclesie Zagrabiensis episcopi nostri predilecti, prelatorum et baronum regni nostri consilio prematuro de speciali gracia regie pietatis pro eterne salutis nostre remedio eidem ecciesie ac ipsius prelatis presenti et futuris in quibusiibet ac singulis pontibus secundum diuersas uias diuersos introitus uel exitus habentibus uel facientibus in Iwangh in episcopatu predicto ad ipsam insulam Iwangh pertinentibus et eius confinia tangentibus factis et fiendis, presertim pro custodia ac refectione poncium eorundem et pro reparacione, gubernacione fortiliciorum(i) inibi existencium, ex nostro iussu et beneplacito factorum et fiendorum, super quouis transeuntes eciam exempto nullo penitus excepto, vigore presencium donantes concedimus in perpetuum tributum exigendum, ita tamen, ut quemadmodum nunc in sancto Martino super firmam terram exigitur, sic eodem numero et quantitate in quibuslibet et singulis pontibus predictis factis et fiendis secundum modum supradictum a quibuslibet exigatur. Datum in Wysegrad, in festo beati Andre apostoli, anno ~domini MCCCXXXV.

Iz originalnog prijepisa kralja Karla od 30. novembra 1341.
Iz Liber privileg. episc. Zagrab. list. 23. i 26. — U arkivu nadiiskupije u Zagrebu: I B. IX. 167.
Farlati Illyr. sacr. V. 422.—423.
Katona Hist. crit. IX. 82.
Fejer Cod. dipl. Hung. T. VIII. vol. IV. 86.

180,

13S5, 2. deeembra. U Višegradu.

Karlo kralj ugarski i hrvatski nalaie kaptolu pećufskom i stolnobiogradskom i požeškom, da izvide, kako se plaća ?naltarina u sv. Marttnu, jer tako će se plaćati u Ivaniću crkvi zagrebačkoj.

Karolus dei gracia rex Vngarie fidelibus suis capitulo Quinqueecclesie.nsi salutem et graciam. Cum nos ecclesie sancti Stephani regis de Zagrabia more aliofum progenitorum nostrorum ipsam laudabiliter ditancium speciali nostra prouisione prosequentes tributum in pontibus quibuslibet possessionis eiusdem ecclesie Iwangh nominate eo modo, quo in sancto Martino prope ibidem super firmam terram exigitur, in perpetuum donauimus exigendum, prout series litterarum riostrarum patencium super hoc confectarum[1] demonstrat euidencius, ac de modo et

[1] Vidi listinu Karlovu od 30. novembra 1335. • - •

quantitate exactionis tributi eiusdem, que continue in eodem sancto Martino nunc exercetur, nobis ad plenum ueritas non constat. Volentes nostrum animum exinde informare, vestre fidelitati precipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum,. quo presente Vizlou de Vyzlou aut Gunter de Sillya vel Petrus dictus Pagan, aliis absentibus homo noster ad dictam possessionem Scent Martin accedendo ibidem et eciam alias vbicumque de modo actionis ipsius tributi, de numero et quantitate, vt quantum et quot super quasuis res et quosuis transeuntes exigatur, sciat et inquirat omnimodam ueritatem et tandem tocius facti seriem nobis fideliter rescribatis. Datum in Wysegrad, sabbato proximo post festum beati Andre apostoli, anno domini MCCCXXXV.

Iz prijepisa kaptola pecujskog jednako i stolnobiogradskog i požeškog od 21. marta 1336., ovaj prijepis iz potvrde Karlove od 30. novembra 1341.

Potonja potvrda iz kodeksa: Liber privil. ep. Zagrab. list. 24.,. kodeks u arkivu nadbisk. zagr. I. B.IX. 167.

Ovaj list Karlov upravljen je istodobno na tri kaptola: pečujski, stolnobiogradski i požeški, sva tri ga u svoj otpis uvrščuju.

181.

1335,* 23. decembra. U Lateranu.

Papa Benedikt XII. nalaže redu dominikanskomu, da primi u duhovnu zaštitu samostan sv. Marije de Altaripa kraj Zadra.

Benedictus episcopus servus servorum dei dilectis filiis. magistro ordinis Praedicatorum et priori provinciali, sub cuius regimine fratres eiusdem ordinis Praedicatorum Jadrensis conventus consistunt ad praesens seu consistent in posterum salutem et apostolicam benedictionem. Apostolicae sedis benignitas prudentes virgines, quae se parant accensis lampadibus obviam ire sponso, tantq propensiori debet studio prosequi caritatis, quanto maiori propter fragilitatem sexus indigere suffragio dinoscuntur. Cum igitur, sicut ex parte dilectarum in Christo filiarum priorissae et sororum monasterii beatae Mariae de Altaripa iuxta. jadram ordinis sancti Augustini secundum instituta, et sub cura ordinis Praedicatorum viventium fuit propositum coram nobis, quod eaedem-

* Farlat stavlja listinu u godinu 1334. računajući od izbora papina (20. decembrj); mi računamo od njegovog posvećenja (26. decembra, Grothefend p. 75.)'

inclusae corpore in claustris claustralibus, mente tamen libera devote domino famulantes, vobis et eidem ordini vestro affectent committi; nos pium ipsarum propositum in domino commendantes, earum devotionis precibus inclinati ipsas et monasterium praedictum vobis et dicto ordini auctoritate apostolica duximus committendas; eadem auctoritate nihilominus statuentes, ut sub magistro aut doctrinis vestris et successorum vestrorum magistri et prioris provincialis, qui per tempus fuerint, de cetero debeant permanere, illis gaudentes privilegiis, quae vestro ordini sunt conccssa, vel in posterum concedantur. Vosque ac successores praedicti animarum suarum sollicitudinem gerentes et curam, atque eis de institutionibus eiusdem vestri ordinis illa quae eis competunt exhibentes, eidem monasterio per vos, vel alios fratres dicti ordinis, quos ad hoc idoneos videritis, quoties expedierit, visitationis officium impendatis, corrigendo et reformando ibidem tam in capite quam in membris, quae correctionis et reforrriationis officio noveritis indigere. Electio tamen priorissae libere pertineat ad conventum, ac nihilominus instituatis ,.. . . . . . .tis et ordinetis, prout secundum dominum videritis expedire; confessiones earum audiatis et ministretis eis ecclesiastica sacram[enta] . . . liceat praedictis priorissae et sorbribus redditus et possessiones recipere, ac eas libere retinere. Non obstante contraria consuetudine vel statuto ipsius vestri ordinis, confirmatione sedis praedictae, vel quacumque firmitate alia roboratis. Quocirca discretioni vestrae per apostolica•;scripta mandamus, quatenus omnia praemissa ad ministerium vestrum spectantia curetis diligenter et sollicite iuxta huiusmodi commissionis et constitutionis nostrae tenorem sublato cuiuslibet difficultatis dispendio ; adimplere. Datum Laterani, 10. calendas ianuarii, pontificatus nostri anr-o primo.

Farlati Illyr. sacr. V. 05.

182.

1335. (U Ninu?)

Budislav Bribirski knez jamči Paskvi VarikaH Zadraninu za posjed Novoselac kraj Nina.

..Budislavus comes quondam comitis ' Ugrini de Birberio concedit Damiano Pasque de Varicassis civi Jadrensi possessionem in territorio None, loco vocato Novoselaz. Promittenš deffendere a communitatc None filios Curiaci comitis Neliptii et filios comitis Georgii de Clissi.

Sigillum comitis Budislavi pendens, in quo aquila stans, alis utrinque expansis, capite ad dextram verso, et cauda in florem sive lilium desinente.

Ex notis instrumentorum Nonae in membrana.
Nole ckronologiche da Giovanni Lucio Bullettino 1S82. p. 24.

183.

1336, 3. januara. U Zadru.

Mihovil Radinov prodaje vinograd u Bibanju DeSi Skoronji.

[In] Christi nomine amen. [Anno incarnationis eiusdem mi]IIesimo trecentesimo trigesimo quinto, [indictione] quarta, die tercio [mensis ianjuarii, Jadre. Tempore domini Francisci Danduli incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaro decretorum doctoris, -dei et apostolice sedis gratia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Marini Superancii egregii comitis. Ego Michovil Radini habitator Jadre, uendo uobis Desse marinario filio condam Scorogne et Mare coniugibus, Jadrensibus, unam meam vineam positam ad Bibanum super terram monasterii sancte Marie monialium de Jadra, que reddit decimum pro terratico dicto monasterio hic in Jadra de tina de uino, de aliis uero fructibus ad villam dicti monasterii ibi, uel hic in Jadra, sicut dictum monasterium [uo]luerit; de qua vinea sunt gognai circa quinque in una hograda, [et si] plus est, uestrum sit, ad habendum et quicquid uobis deinceps placuerit [faci]endum sicut de uestro proprio, iure dicti monasterii predicto et omni alio secundum consuetudinem et statutum Jadre semper saluo. Precio cuius uendicionis ego predictus uenditor recepi a uobis predictis emptoribus libras centum et duas denariorum paruorum, prdmittens ego predictus uenditor per me meosque heredes et successores vobis predictis emptoribus uestrisque heredibus et successoribus predictam vineam cum suis pertinenciis et iuribus excalumpniare in ratione ab omni persona super me et bonis meis omnibus, consentientibus huic uendicioni dominabus sororibus Pelegrina, Agnette et Ghotta, monialibus et vicariis dicti rrionasterii, et nobili uiro Frederico de Nassis de Jadra, aduocato eiusdem monasterii. Cui hograde siue vinee de quirina est vinea Radouani Draxini, de borea vinea Radoy Varban, de trauersa vinea Peruoslaui Doclisin'et de austro [vijnea Dragachne relicte Thomisce beccari, omnes super [terrajm dictf monasterii. Actum est hoc et firmatum coram' hiis uocatis et rogatis teštibus, scilicet Luca Cossano et Lanca Blatoslaui, [ciufjbus Jadre et'aliis. • • • • <

(Drugi rukopis).

f E^o Georgius Blasii de Soppe iudex examinator manum misi.

(Sigmim not.J

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo consueto signaui.

Original u gnber. arkivu u Zadru, odio satnost. sv. Nikole no. 157. Početak i dcsni rub ponešto okrnjeni.

184.

1336, 7. januara. U Beču.

Sinovi Stjepana- bana daju se u službu vojvodama austrijskim.

Nos comes Jeorius, Dionysius et Paulus fratres, filii quondam Stephani bani de Slenischnach, nec non heredes nostri presentibus publice profitemur, quod nos illustrissimorum principum, dominorum nostrorum gratiosorum, domini Alberti et Ottonis, ducum Austrie, Styrie et Karinthie servitores spontanei facti sumus, tali videlicet modo, quod nos ipsis et ipsorum heredibus cum omnibus castris, civitatibus et aliis. munitionibus ac hominibus et servitoribus nostris, que vel quos iam in nostra potestate habemus, vel in antea cum eorundem dominorum nostrorum aut servitorum suorum auxilio seu per nos ipsos et nostros servitores vel homines expugnaverimus aut quovis alio modo obtinuerimus, attendere ac fideliter servire astringimur et debemus, prout fideles servitores suis dominis die noctuque servire et !attendere asttinguntur. Promittimus etiam eisdem dominis nostris et.heredibus eorum. bona fide nostra nomine iuramenti prestiti, quod cum m.agnifico domino, domino Karalo rege Ungarie, domina regina conthorali sua et ipsorum heredibus, amicis, servitoribus, fautoribus ac ad. eos pertinentibus, predictorum dominorum nostrorum, ducum Austrie et nostris adversariis, quocunque nomine nuncupentur, non debemus sine scitu, iussu et bona voluntate eorundem dominorum nostrorum, ducum Austrie seu heredum eorum unquam ad aliquam pacis unionem vel concordiam pervenire. Et ut hec omnia et singula, sicut prescripta šunt, per nos omnes et quemlibet nostrum ac heredes. nostros rata, grata et firma permaneant ac inviolabiliter observentur, sepe dictis dominis nostris,ducibusAustrie heredibusque ipsorum has nostras Iiteras dedimus in premissorum testimonium evidens;et cau-

telam sigilli nostri munimine roboratas. Datum et actum Wienne dominica post epiphaniam domini. anno eiusdem rnillesimo trecentesimo tricesimo sexto.

Thalloczy-Barabas Cod. dipl. com. de Blagay 115.—116.

185.

1336, 8. jarmara. U Avig-nonu.

Benedikt XII. papa kralju Karlo- Robertu neka otstrani neprilike postavljene biskupu bosanskomu.

Benedictus episcopus etc. Carissimo in Christo filio Carolo regi Ungarie illustri salutem etc. Gravis admodum ecclesie Boznensis, sui qualitate status asperi deplorantis, querela nostri apostolatus moleste implevit auditum, nostramque mentem plurimum conturbavit; describit siquidem lugubriter multa dispendia, que ipsa ecclesia toleravit et perpetitur spiritualiter et temporaliter, postquam fuit proprii presulis per eius obitum solatio destituta; emittit quoque crebra de profundis suspiria, et in murmur erumpit anxium, et clamorem producit validum nimium lacessata: sicut enim nuper aput nos pretacta querela perstrepuit, dum iam dudum prefata ecclesia per mortem bone memorie Petri episcopi Bosnensis vacasset, statim tu in possessionem episcopatus Bosnensis quendam laicum pro tuo libito intrusisti, per quem non modica incommoda et dampna contra libertatem ecclesiasticam eadem ecclesia passa fuit, tanta videlicet et talia, quod nisi eis celeriter occurratur, ecclesia ipsa desolationis ultime deveniret in collapsum: nam extunc ecclesie prefate persone seu canonici de capitulo illius iacturas. multimodas in tantum per- dictum laicum pertulerunt, quod iam de numero dictorum capituli vix quatuor pro celebrandis in ea divinis officiis remanserunt, victus penuriam. perferentes. Accedit Insuper ad languoris cumulum ecclesie prelibate, quod licet predicta ecclesia dilectum filium Laurentium Lorandi canonicum suum canonice atque concorditer, nullo discrepante, in suum antistitem evocasset, sperans, quod ipse sibi ut sue sponse sibi matrimonialiter in posterum copulande preese possit pariter et prodesse, ipsaque per omnium bonorum suorum diu alienatorum recuperationem in suis adversitatibus consolari; tu tamen sibi diversa impedimenta in pluribus locis fecisti et facis apponi, quominus ipse ad sedem apostolicam possit accedere pro suis et dicte ecclesie iuribus prosequendis, unde iam dicta ecclesia nedum adhuc luget viduitatis incommoda, sed

pariter in suis bonis et iuribus et libertatibus leditur, et iuri dicti Laurentii derogatur. Quare dicta ecclesia a nobis super hiis implorans remedia, supplicationem ad nos direxit humilem et devotam, ut super premissis tam ecclesiam quam Laurentium predictos apostolice propitiationis intuitu respicere dignaremur. Eapropter nos ad celsitudinem tuam, cuius honoris et status prosperi incrementum paterne zelamus in domino scripturam apostolieam dirigentes, regalem excellentiam solicite requirimus et hortamur attente, ac etiam attentius deprecamur, quatenus pro divina et eiusdem sedis reverentia, necnon interventione requisitionis, hortationis et deprecationis nostrarum huiusmodi liberaliter et sine cuiuslibet difficultatis obice ac dilationis obstacuio amoveas, seu amoveri facias realiter impedimenta quecunque aposita, ut prefertur, Laurentio antedicto, ut ipse cum libertate plenaria et securitate personali ac reali ad sedem predictam valeat se conferre, prosecuturus huiusmodi iura sua et ecclesie supradicte. Taliter namque, quesumus, regia prudentia se habeat in hac parte, quod super te ac domum tuam celestis benedictionis gratia iugiter profundatur, tueque celebris memorie titulus apud nos dictamque sedem clarus et gratificus cotidie presentetur. Datum Avinione VI. idus ianuarii. Anno secundo..

Theiner Mon. Hung. 1. no. 90S. str. 608.—609. Iz reg. orig. an$_Y$ II. par. 2. com. ep. 445.
Fermendžin Acta Bosnae p. 23.

186.

1336, 13. januara — 22. juna. U Zadru.

Grisogon sin Creste de Grubogna potvrdjuje, da je primio od Zanina gradjanina zadarskog 800 libara u ime miraza svoje žene Nikolete.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millešimo trecentesimo trigesimo quinto, indiccione quarta, die tercio decimo rriensis ianuarii, Jadere. Tempore domini Francisci Danduli incliti ducis Venećie,. et venerabilis in Christo patris domini Nicolai de MatafaTo de Jadera. decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gracia Jadrcnsis archiepiscopi, ac domini Marini Superancii egregii comitis. Grisogonus filius Cresti de Grubogna ciuis Jadre confessus fuit et contentus presente dicto Creste eius patre et ad omnia et singula infrascripta expresse sibi consenciente,. se recepisse et habuisse ac sibi datas integre et solutaš in pecunia rш-

merata a CJanino condam Cerni de Peloso ciue Jadre libras octino-entas denariorum venetorum paruorum dante et soluente eidem Grisoo-ono eius cognato pro dote et dotis nomine domine Nicolote eius sororis, vxoris dicti Grisogoni predictam pecunie quantitatem, promittens dictus Grisogonus per se suosque heredes et succesores sine aliqua excepcione iuris uel facti se obligando dicto Canino stipulanti et recipienti nomine et uice dicte Nicolote eius sororis suorumque heredum et successorum dictas libras octingentas denariorum venetorum paruorum seruare ac eas semper saluas facere iuxta dotis consuetudinem, nec non dare, soluere et restituere eidem domine Nicolote eius vxori suisque heredibus et successoribus uel cui ius et casus dederit dictas libras octingentas denariorum venetorum paruorum in omnem euentum dotis restituendi, pro quibus omnibus et singulis dictus Grisogonus obligauit eidem Canino recipienti nomine et uice dicte Nicolote sororis sue se et bona sua omnia presencia et futura. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Micha de Qadolino et Grisogono Rainerio de Uaricassa, ciuibus Jadere et aliis.

(Drugi rukopisi).

f Ego Georgius Blasii de Soppe iudex examinator manum misi.

Ego Maurus de Cosica imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus interfui rogatus, ut audiui, scripsi et roboraui.

f Ego Matheus Andree de Matheo iudex examinator, quia ad autenticum scriptum manum(!) Mauri de Choissica(I) cum hoc exemplo concordare inueni ideo examinaui.

f Ego Jacobus Miche Qadolinis examinator, quia hoc ecsenplum (!) •cum a[u]tentico scripto manum Maori(!) de Cosica concordare inueni, ideo examinaui.

Ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus, quod hoc exemplum cum suo autentico concordare inueni, me cum signo meo subscripsi.

(Signum not.).

Ego Michael Leonardi imperiali auctoritate notarius et, Jadrensis iuratus, quia hoc exemplum cum suo autentico concordare inueni, me •cum signo meo subscripsi.

(Signum not.J.

Ego Maurus de Cosica imperiali. auctoritate notarius et Jadrensis iuratus hoc exemplum ex suo autentico scripto manu mei predicti no^-tarii fideliter exemplaui, de man.dato magnifici viri domini Blasii <Jenp honorabilis comitis et iudicum Jadre mihi facto sub anno incarnacionis •domini millesimo trecentesimq trigesimo sexto, indiccione quarta, die

vigesimo secundo mensis iunii, presentibus Clemente condam Nicolai et Rainerio de Uaricassa ciuibus Jadre et aliis, tempore domini Francisci Dandulo incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris de Jadra Jadrensis archiepiscopi, ac domini Biasii ^eno supradicti egregii comitis, nil addens uel minuens quod sensum mutet uel uariat intelectum, et quia verumque concordare inueni, me subscripsi meumque signum consuetum deposui.

• *(Signum not.).*

Original u arkivu ju^osiavenske akadeinije ti Zagrebu: Diplomata a. 1335.

187.

1336, 24. februara. U Zagrebu.

Pred kaptolom zagrebačkim prodaju Toma i Gjuro sinovi Beke i njihova brača fiosjed svoj Bliznu u županiji križevačkoj Andriji sinu Nikolinu.

Capitulum ecclesie Zagrabiensis omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod nobiles iuuenes Thomas et Georgius filii Beke filii Germani pro se personaliter et cum sufficientibus litteris procuratoriis nobilis viri magistri Stephani comitis Crisiensiš pfo Bartholomeo, Stephano et Beke fratribus suis vterinis ab vna parte, ab altera vero discretus vir magister Andreas filius Nicolai prothonotarius magnifići viri domini Mykch bani tocius Sclauonie coram nobis personaliter constituti, iidern Thomas et Georgius filii Beke nomine suo et premissorum fratrum suorum riomine confessi extiterunt ministerio viue uocis, quod quandam possessionem ipsbrum Bliznafew vocatam in comitatii" Crisiensi existentem iure hereditario ipsos contingentem a parte ofientis eidem' magistro A.ndre vicinantem, cum omnibus vtilitatibus suis, scilicet siluis, vineis, locis molendinorum, pratis et terris arabilibus ae ceteris suis attinencils quocumque nomine vocitatis sub metis suis prioribus et antiquis de consensu et voluntate Andre filii Mykow, Petri et Nicolai filiorum Petres, vicirorum et commetaneorum suorum, prout in litteris patentibus prenominati magistri Stephani comitis Crisiensis vidimus contineri, pro viginti quatuor marcis promtorum denariorum banalium, per quinque pensas marcam quamlibet conputando, plene vt dixerunt habitis et receptis memorato magistro Andree filio Nicolai et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus in perpetuum et irreuo-

cabiliter vendidissent, tradidissent et assignassent, ymo vendiderunt et assignauerunt tenendum, possidendum pariter et habendum nil iuris nilque proprietatis seu dominii sibi penitus in eadem reseruando, litteras autem ipsorum et instrumenta quibus mediantibus premissa possessio apud eosdem optenta extitisset, eidem magistro Andree coram nobis assignarunt, et si quas dolose ex eisdem reseruassent, cassas fieri pronunctiarunt(l) et inanas, obligarunt eciam se iidem Thomas et Georgius filii prenotati Beke tam suo quam nomine fratrum suorum premissorum, vt quocumque temporis in processu ipse magister Andreas aut sui successores per quempiam in facto premisse possessionis impeterentur, extunc ipsi et fratres sui antedicti ac eorum heredes ab omnibus impeticionibus expedire tenebuntur propriis laboribus et expensis; mete autem ipsius possessionis prout in litteris priuilegialibus capituli Chasmensis ecclesie vidimus contineri hoc ordine distinguntur, videlicet: Prima meta incipit de parte occidentali ab... [aqua Kajproncha vbi est arbor piri meta terrea circumfusa, inde in valle versus partem orientis procedens in commetacione terre Ambrosii venit ad magnam viam, in qua procedens in modico versus meridiem exit et venit ad arborem berkyna meta terre[a circumfusam] et cruce signatam, deinde procedens cadit in caput Blyzna, inde in eodem fluuio de Blyzna descendens exit ad arborem piri cruce signatam meta terrea circumfusam vbi vicinatur terre Mykow filii Andre(f), inde in valle procedens veršus partem. . . . . . .alem exit ad duas metas terreas, inde asscendens venit in arborem cerasi cruce signatam' meta terrea circumfusam, deinde ad arborem piri meta terrea circumfusam sitam iuxta viam vbi conterminatur terre Bradna, inde in via tendens in magno spacio venit ad metam . terream, inde relinquendo viam procedit versus partem orientalem per siluam in commetacione terre Endre, venit ad arborem byk sub qua sunt due mete terree, inde ad arborem gerthyan meta terrea circumfusam sitam iuxta dictam aquam Kaproncha, in qua procedens superius venit ad priorem. metam ibique termraatur. In cuius rei memoriam presentes concessimus litteras sigilli nostri pendentis munimine roboratas. Datum in dominica reminiscere, anno domini MCCC tricesimo sexto. „ „

Iz izvornog prijepisa kaptola zagrebačkog od 21. augusta 1418.
Potonji prijepis 'u arkivit jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1336.

188.

1336, 26. februara. U Zagrebu.

Na molbu smova Mihajla od Moravča prepisuje kaptol zagrebački listinu palatina Ivana sina Dionizijeva.

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis significamus quibus expedit per presentes, quod nobiles iuuenes Paulus et Nicolaus filii Michaelis filii Paulis de Moroucha pro se et Stephano fratre eorum ad nostram personaliter accedentes presenciam exhibuerunt nobis litteras magistri Johannis filii Dionisii quondam palatini pendenti sigillo eiusdem consignatas petentes cum instancia, vt eas de uerbo ad uerbum transcribi, nostrique sigilli apposicione faceremus consignari. Quarum quidem tenor talis est: *(Slijedi listina od g. 1295. o posjedu AespesuJ.* Nos autem iustis et congruis peticionibus eorumdem anuentes, maxime quia ipsas litteras invenimus non abrasas non cancellatas, eas de uerbo ad uerbum transcribi , nostrique pendentis sigilli apposicione fecimus consignari. Datum feria tercia proxima post dominicam reminiscere, anno domini MCCCXXX⁰ sexto.

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata. a. 1295. U prorezu vrvca od zelene svile, pečat otpao.

189.

1336, 24. marta. U Pečuhu.

Kaptol pečuhski javlja na zapovijed kralja Karla od 2. decembra 1335. kako se pobire maltarina u sv. Martinu.
(Jednako javlja kaptol stolnobiogradski i požeški.)

Excellentissimo domino ipsorum Karolo dei gracia illustri regi Vngarie capitulum Quinqueecclesiense oraciones in domino. Litteras uestre excellencie honore cum decenti recepimus hunc tenorem continentes: *(Slijedi listina od 2. decembra 1335.).* Nos igitur mandatis vestre excellencie obtemperantes cum predicto Vizlou de Vizlou nomine vestro discretum virum magistrum Nicolaum dictum de Ezek, socium et concanonicum "nostrUm fidedignum, vt mandastis, duximus transmittendum, qui quidem Vyzlou(!) de Vyzlou cum eodem homine nostro "ad nos redeunfes pari uoce taliter inquisiuisse apud possessionem Scenth Martin, Zagrabie et in aliis locis vicinis et commetaneis nec non eciam a'laycis

et clericis ac cuiuscumque status et condicionis hominibus, a mercatoribus, tributariis ipsius tributi et loci se inquisiuisse et sciuisse sunt confessi, de modo et quantitate exactionis ipsius tributi. videlicet, quod dictum tributum sic exigitur: Vt de singulis balis in curru deferentibus singuli decem denarii recipiuntur, item de vno curru qui transit uersus Modrusam octo banales, item de singulis curribus qui vinum deferunt septem banales, qui uero sal, fruges et alias res preter pannum sex denarii, item de singulis bobus et vaccis singuli banales, similiter de pascualibus, item de singulis ouibus et capris singuli obuli, item de tunica obulus, de pallio obulus, item de una pecia fustani vel media vnus banalis, et si in dorso super se portat induendo nichil recipitur, item de singulis peditibus vnus obulus, item de porcis ante festum sancti Martini obulus post ipsum.festum vnus banalis, item de illo qui portat pannum griseum in dorso quatuor banales, item.de inciso panno secundum maius et minus, item de vna pecia stameti sex banales, et de vaceta quatuor, item de vna massa que pisces, coria boum aut cera defert quinquaginta banales, item de vno vsone una corrigia, item de vna sarcina piscium in dorso portata tres denarii. Datum in dominica ramispalmarum, anno domini MCCCXXXVP,

Iz potvrde kralja Karla od 30. novembra 1341.

Potvrda kao i ova listina iz kodeksa: Liber privileg. episc. Zagrab. list. 23.-—25. Kodeks u arkivn nadbiskupije u Zagrehi: I. B. IX. 167.

Istoga je datuma i sadržaja otpis kaptola stolnobiogradskog, a datumom se razlikuje otpis kaptola požeškog : 24. aprila 1336.

Od kaptola stolnobiograd. izaslan magister 'Jokannes archidiaconus.

Od kaptola pozeškoga izaslan magister Petrus cautor.

190.

1336, 10. aprila. U Čazmi. •

Ladislav biskup zagrebački hšava na saboru u Cazmi Ldvru\ Ivana, Dominika i Grgu^ imanj'a, što sa ponovno pokušali dignuti proiiv • • • :" 'r • •...:.- *njega iitna,* - - -

Ladizlaus . dei et apostolice sedis gracia episcopus Zagrabiensis vniuersis, presens..scriptum inspecturis salutem in domino. Publica requirit u.tilitas, ne detestanda iniquorum peruersitas ex aliqua sui parte remaneat- inpunija, yt,,ceteri eorum. exemplo a similibus retrahantur. Ad vniuersorum igitur noticiam volumus peruenire, puod Laurencius quondam comes npster Chasmensis,.Johannes et Dominicus filii Marcelli, nec

non Gergus(!) filius Alexandri, prediales nostri episcopatus ipsi maligno inbuti ad infidelitatem se conuertentes aquirentesque sibi diuersas societates vniuersum populum prouinciarum episcopatus nostri Zagrabiensis contra nostram personam incitauerant et nos more tirannico manuque armata crudeliter effugarunt, mortem eciam nostram machinando, vt concussis columpnis sancta mater ecdesia Zagrabiensis corruisset, sed deo propicio manus euasimus tirannicas Petri adiuti precibus, pro quo Christus legitur deprecasse. Et licet ex premissa infidelitate et crudelitate ipsos possessionibus et bonis in episcopatu nostro existendbus priuare potuissemus, ymo verius tum auctoritate constitucionum papalium tum eciam vigore priuilegiorum concessorum predialibus dicte nostre ecclesie, in quibus infidelitate nec non eciam ingratitudine commissa ipso facto priuati fore censentur et habentur, priuantes denunciare volentes, tamen more pii patris cum ipsis agere graciose eorumque insipienciis compacientes predictos excessus eisdem duximus misericorditer reiaxandos, condicione tamen submissa, vt, si ullo umquam tempore contra nos uel nostram ecclesiam seu eciam ad nos pertinentes verbo, consilio uel facto aliquam infidelitatem committerent, premisse eorum infidelitates cum subsequentibus in memoriam debuissent reuocari et in eandem et pfen^e[1] eiusdem inciderent. Set cum ipsos supra alios honoribus decorassemus et pecunia locupletassemus sperantes ab eisdem nos mercedem recepturos, postmodum iidem consueta malicia inbuti Jude filii effecti, quanto eos pre ceteris dilexeramus tanto forcius contra nos, nostros et nostre ecclesie statum in sediciones et tradiciones ac prodiciones diuersas exarserunt, et in tantum in maliciis exercuerunt, quod eorum acta presentibus longum esset enarrari, aliqua tamen licet pauca respectu perpetratorum presentibus inseri faciamus. Primo enim expulsionem nostram, secundo eciam pro certo procurauerunt et fecissent, si alios qui bonitate adepta eisdem restiterunt ad hoc inducere potuissent, item castrum nostrum nouum in Iwangh constitutum deponere et destruere procurauerunt, si facere potuissent, item contra ecclesie libertatem et nostrum statum conuenticulos pluries fecerunt, plura ibi iniqua consilia tractando cum diuersis, item tradicionem nostram et nostrorum tradicionem facere procurauerunt et diuersis de episcopatu trium prouinciarum et inimicis domini nostri regis ac aliis qui nobis patuerunt, si potuissent, item iniamiam multiplicem contra nos et nostros friuole conponi procurauerunt et eciam mortem nostram publice se procurare dixerunt, item eciam possessiones quas habebant in nostro episcopatu ad protectionem inimicorum dei et ecciesie ac nostrorum capitalium inimicorum commiserunt

[1] Napisano samo: »pe«, valjda manjka kratica.

-contra ecclesie nostre libertatem et iacturam ac grauamen, item 'mirias nobis et nostris diuersas et iniuriosas sunt comminati, item occupari possessiones ecclesie nostre et desolari per Mfykch] banum et filios eiusdem in nostre ecclesie et nostrum preiudicium ac grauamen procurauerunt, item in clerum dei uerba iniuriosa et derisoria ausi fuerunt proclamare, item dacia pro inimicis ecclesie et nostris uiolenter et modo indebito procurauerunt et persolui fecerunt, per que populum nostrum et ecclesie nostre usque ad consumpmacionem deduxerunt, item officialibus nostriš minas mortis, ymmo mortem procurauerunt, si facere potuissent, item decimas nostras quod plus et ymo dacia et alios prouentus uiolenter retinuerunt et debitis temporibus non soluerunt, item litteras nostras de mul[c]tis non curauerunt, set vilipenderunt, ymo presentatoribus .eorundem percussionem et dedecus fuerunt comminati, item pecuniam nostram pro armatis pluries ex ipsis receperunt et cum eadem a nobis aufugerunt, item eciam nobis promissa et licet de mulfcjtis specialiter tamen solucio centum rriarcarum uel i.uxta hoc donato factam tempore sedicionis facere non curauerunt nec persolui fecerunt, item officram et iudicatum vicariatus et iudicatus curie nostre uiolenter inpediuerunt. Scientesque iidem premissa perpetrasse seque reos congnoscentes(l), non expectata iusticia et pronunciacione priuacionis[1] a nobis et nostro episcopatu tamquam rei et filii rebeliionis fugierunt et multa scandala, iriiurias, infamaciones et pliira indicibilia eontra nos et nostrbs per M[ykch] banum et filios suos procurauerunt et se tueri et defendi cum eisdem procurantes contra nostre eeolesie libertatem et priuilegiorum securitatem. -Et' Mčet omnia premissa et alia, que* longum esset enarrare, que ut plurimum per rei euidencia'm > curictiš patuissent, volentes tamen iuris tramitem obseruare, testibus ad hbc euocatis, qui fuerunt euocandi, ipsisque legittime examinatis, ipsos ornnia premišsa et ptemissorum singula inuenimus verissime perpetrasse, hiis adhuc- non contenti, ne festinorum numero computaremur, congregacionem omnibus et singulis trium prouinciarum nostri episcopatus, scilicet de Chasma, Iwangh et de Dombro more solito publice in Chasma fecimus proclamari ad habendam certitudinempleniorem, et ut eciam de cordibus dubitancium hesitacionis scrupulus racicitus euellatur. In-qua quidem' congregacione omnes prediaIeS' aliique homines ipsarum trium prouinciarum Johannem, Dbminicum filios Marcelli ac Laurencium quondam cbmitem Chasmensem, nec non Gergusi filium Alexandri coram sepedictis Gunterio ex parte dbmini -regis et Petfo cantore ex parte capituli' de Posbgain testimonium desti-

[1] Premješteno ovamo znakom navodnim.

natis, clamorosis vocibus vnanimiter et concorditer in articulis et litteris nostris contentis reos, culpabiles, noxios et infidelitatis nota dampnabiliter respersos seu cauterizatos nobis constanter et efficaciter tradiderunt et omnia asserta contra ipsos uera esse, extirpacionem et ablacionem bonorum suorum iustam, legittimam ac iuridicam esse approbauerunt. Non ualentes igitur, qui ad euulsionem et dissipacionem malorum a domino sumus constituti ista Ulterius tollerare, Laurencium, Johannem, Dominicum et Gergus ingratos, infideles et traditores nostros tum vigore constitucionum nostrarum contra infideles consultores et fautores eorundem seu quoquo modo auxilium uel hospitalitatem eisdem prebcntes olim publice edidimus, tum vigore priuacionis per nos prius facte tum eciam uigore priuilegiorum vniuersis predialibus concessorum, in quibus tales ipso iure priuati censentur, in presenti nostra congregacione publice bonis et possessionibus in episcopatu nostro existentibus priuatos esse in hiis scriptis declaramus, decernentes, ut eorum possessiones et bona ad ipsos uel eorum heredes nullo processu temporum reuertantur. Presentes autem ad rei euidenciam et testimonium sigillo nostro autentico fecimus communiri et in dicta nostra congregacione publicari. Datum Chasme, feria quarta proxima post octauas festi resurrectionis domini, anno eiusdem MCCCXXX° sexto.

Iz kodeksa: Liber privileg. episc. Zagrab. list. 79.
Kodeks u arkivu nadbiskupije u Zagrebu: I. B. IX. 167.

191.

1336, 11. aprila. U Vukovu.

Toma župan vukovski sa svojiin sucima odredjuje ustanovljcnja medja zemlje' u Pačinli.

Nos. Thomas comes de Wolkow, viceiudex . . Nicolai bani de Machov et quatuor iudices nobilium de ebdem damus (!), quod cum- rios ad instanciam peticionis(l) discreti viri magistri Gregorii literati, procuratoris . . Ladislai dei gracia archiepiscopi Cholocensis duos ex ftobis, videlieet Jacobum comitem *ei.* Valentinum maiorem exercitus duxissemus • transmittendum ad agenda mfrascripta,- iidem homines nostri tdeihde •ad' nos reversi, concprditer nobis retulerunt, quod prefatuš maglster Gregorius in persona dicti, domini sui a quadam patticula ^e.rre?;.^ terram Pachinta vocatam asserendo pertinere et ab universis-eiusdem utilitatibus et iobagionibus ibidem existentibus Matheum ef Maftinum

filios Stephani filii Folberti et ad se pertinentes feria quarta proxima post octavas pasce domini prohibuisset, ac inhibuisset preter unam curiam in qua liberos eorumdem filiorum Stephani medio tempore idem dominus archiepiscopus permisisset commorare, quam quidem particulam terre Pachinata (!) vocate, sicut idem procurator domini archiepiscopi prelibati retulisset, predicti filii Stephani usque modo, alio nomine videHcet Bozias seu Folbteluki nominando usque modo(!) detinuissent sine causa occupando. Datum feria quinta proxima post octavas pasce domini, anno domini M°CCC°XXX° sexto.

U arkivti grofova Festetić.
Nagv Cod. dipl. Andeg. III. 26S.

192.

1336, 11. aprila. U Čazmi.

Ladislav biskup zagrebački izopćuje na saboru u Cazmi Farkaša i Martina plemiće iz sv. Ivana, sto su pomagali buntovnike Lovru, Ivana, Dotninika i Grgu.

Ladizlaus dei et apostolice sedis gracia episcopus Zagrabiensis srgnificamus per presentes quibus expedit vniuersis, quod, cum sedicionibus et aduersitatibus populorum et predialium ecclesie nostre Zagrabiensis de Iwanch, Chasma et Dombro contra nos et nostram ecclesiam suscitatis et subortis quosdam ex ipsis plano processu et paternali inductu, ne malum inchoatum per ipsos ad ulteriora distenderetur, deo adiuuante in quantum ualuimus compescere curauimus et sedare, quosdam uero ex ipsis qui erant capitales illius criminis, quos uigor debite uindicte exposcebat, ut equitas iusticie suadebat, et quos conniuentibus oculis contra nostre consciencie dispendium transire non poteramus inultos. Cauentes nichilominus illius constitucionis obstaculum proferentis culpe sint[1], in quibus culpa est relaxare uindictam, ne per inpunitatis audaciam qui nequam fuerant effici ualeant nequiores; cauentes eciam illas constituciones que dictant utriusque, scilicet ecclesiastici et ciuilis iuris moderamina, in hoc videlicet, quod omnes subditos et filios ingratitudinis armantes se et insurgentes contra suos patres et dominos non solum excomunicatos fore pronunciant, set eciam ipso faeto a beneficiis debitis ab ecclesia obtentis et eciara, quod maius est ab hereditate debita paternali secundum ius succedentis constituerunt esse dampnan-

[1] Pisano: sunt.

dos et ipso facto priuandos; propter quod ex illis malefactoribus et aduersariis ecclesie nostre quosdam, videlicet Laurencium, Johannem et Dominicum filios Marcelli et Gergus fiiium Alexandri non soium sentencia excomunicacionis dampnauimus, verum eciam omnibus possessionibus suis, quas ex parte ecclesie nostre possidebant et tenebant quouis titulo fieri uoluimus esse priuandos sicut sentencia lata per nos[1] contra eosdem et contra suos fautores, auxiliatores et consiliarios eorundem per nostras litteras facta continet manifeste. Set quia pena semper debet seruare suos actores nec est ulterius protrahenda, nisi quantum in excedente fuerit repertum, propter quod, ne in nostra sentencia contra prefatos preferenda precipites et inconsulti fieri uisi fuissemus, set in hoc facto magis de certo cerciores redderemur, conuocatis omnibus populis communibus et predialibus de tribus prouinciis, videlicet de Iwanch, Dumbro et Chasma in eadem villa Chasmensi congregacionem fecimus generalem; in qua congregacione Laurencium, Johannem et Dominicum filios Marcelli prenominatos tali pena esse dignissime censuerunt condempnandos. Et quia in eadem nostra congregacione Farkasium vna cum filio suo Paulo et Martinum ac Joachinum filios Thome filii Beriuoy nobiles de sancto Johanne asseruerunt esse et in omnibus fore et fuisse coadiutores, consencientes socios et sodales predictorum malorum et aduersariorum ecclesie; cuius rei certitudo per certas personas ad hoc deputatas nobis constitit; eosdem Farkasium vna cum filio suo Paulo et Martinum ac Joachinum filios Thome filii Beriuoy predictos nobiles auctoritate episcopali dyocesani, domino adiuuante qua fungimur, eandem sentenciam excomunicacionis protulimus contra ipsos propter associacionem et iuuamen, quod predictis malis et persequetoribus (!) ecclesie prebuerunt tamquam in suos fautores et consilio et auxilio iuuamineque eisdem aduersariis nostre ecclesie et nostris assistentes, cum pena debeat tenere non solum actores criminum, sed eciam hiis consencientes et fauentes. Ceterum eciam cum deo sit danda solucio decimarum et sancte ecclesie, supradicti nobiles de propriis hereditatibus suis annis quam plurimis decimas nobis debitas soluere frequenter .ammoniti per nostros decimatores in dispendium animarum suarum soluere neglexerunt. Propter quod nos decimas papales ab illorum nobilium parte nobis prouenientes de nostra kamera persolui fecimus atque dari et latam nostram sentenciam contra iamdictos nobiles Farcasium vna cum filio suo Paulo et Mrrtinum ac Joachinum filios Thome filii Beriuoy in hac parte tam diu inuiolabiliter uolumus obseruari facere per nostros, donec de iniuriis ecclesie nostre factis et illatis per e6sdem,

[1] Vidi listinu od 10. aprila 1336.

ut est premissum, ac de dampno decimarum predictarum satisfactio nobis plena fiat; ut, quos. di.uinus timor a malo non reuocat, .. saltim temporalis pene seueritas a peccato cohibeat. Presentes autem ad. rei euidenciam et testiraonium sigillo nostro autentico fecimus communiri et in dicta nostra congregacione publicari. Datum Chasme, feria quinta proxiraa post octauas resurrectionis domini, anno eiusdem MCCCXXX[0] sexto..

Iz kodeksa: Liber privileg. episc. Zagrab. list. 71.
Kodeks u arkivu nadbiskupijc u Zagrebtc : I. B. IX. 167.

193.

1336, 7. maja. U Zadru.

Nikola Vitkor prepušta Nikoloti udovici Radovana Sturnela svoje pravo na vmograd, koji je kupio na javnoj dražbi,

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimp trecentesimo tricesimo sexto, indictione quarta, die septimo mensis maii, Jadre. Tempore domini Francisci Danduli incliti ducis Venecie, , et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaro decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gratia Jadrensis archiepiscopi, ac domini' Marini Superancii egregii comitis. Ego Nicolaus de Vitcor, ciuis Jadrensis, facio uigorem et robur tibi quidem Nicolotte relicte Radouani Sturnelli, .ciui Jadre, de omnibus meis iuribus que habeo et hajbere possum in uno publico instrumento breuiarii incantus, scripto per notarium infrascriptum sub anno domini et indictione predictis, die vero primo .mensis maii presenti.s predicti, per quod fuit mihi deliberata per incantum .una. vinea Dobrice filie condam Dragotini de Jadra, posita ad Cerodol, quod breuiarium ex nunc tibi trado, ut possis eo uti, agere, experiri, petere^ placitare, consequi et te tueri et omnia alia et singula facere de ipso breuiario et de dicta vinea, que egomet Nicolaus facere possem uigore dicti breuiarii, Precio cuius cessionis iuris et actionis ego dictus Nicolaus recepi a te dicta Nicolota libras quadraginta duas denariorum paruorum. Verum non tenear ego dictus Nicolaus tibi dicte Nicolote in aliquo casu ad excalumpniacionem dicte vinee uel ad restitucionem dicte pecunie in toto uel in parte, sed promitto tantum ego predictus Nicolaus per.me meosque :heredes et successores tibi dicte . Nicolote tuisque heredibus et successoribus predictam cessionem iuris et actionis ratam habere perpetuo et non contrafacere de iure uel de facto: super me et

bonis meis omnibus, omni excepcione remota, nulloque pretennjsso obstante. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet[1] Nicolao de Speia et Grisogono de Curtissia, ciuibus Jadre, et aliis.

(Drugi rukopis.)

j Ego Georgius Blasii de Soppe iudex examinator manum misi.

(Signum not.)

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius: et Jadrensis iuratus, rogatus scripsi et publicaui et signo consueto signaui.

Original u gubemial. arkivu u Zadrtt, odio samosiana sv. Nikoie no. 160.

194.

1336, 12. maja. (U Napulju).

Piše se, da su Dubrovčani prošle godine uhvahli u Cavtatu dvife napuljske ladj'e, koje su sa žitom išle u Kotor.

Registri Angioini.
Makušev Zapiski XIX. 2. pr. 3. 63.
. Rački Rad XVIII. 229.

195.

1336, 14. maja. U Spljetu.

Na sinodi u Spljetu nagadj'aju se Ldmpredij biskup trogirski "i Silvestar lekior Male braće u Trogiru glede svečanog polaia kod sprovoda.

In dei nomine amen. Anno domini millesimo trecentesimo trigesimo sexto, indictione quarta, die decimo quarto mensis madii. Per presens instrumentum publicum pateat euidenter, quod in sancta synodo Spalatensi congregata in maiori ecclesia Spalatensi post missarum solemnia in ea constitutis et. existentibus discretis et sapientibus viris domino Stephano Michaelis canonico Traguriensi et syndico ac procuratore Traguriensis capituli, prout constitit in notis. . . . . .prius eo viso per publicum instrumentum scriptum manu Stoyani Simonis canonici Tra-

[1] Pisano dva puta.

guriensis, imperiali auctoritate notarii et fratre Sylvestro de Trao-urio ordinis Minorum lectore. Cum quedam controuersia exorta esset in predicta synodo inter venerabilem in Christo patrem dominum Lampredium dei gratia episcopum Traguriensem et ipsum fratrem Sylvestrum nomine monasterii fratrum Minorum, de qua per dei et sancte synodi gratiam ad concordiam deuenerunt, prout de ipsa concordia constabat publico instrumento scripto manu mei infrascripti notarii; in quo ipse frater Sylvester inter alia ad obseruationem consuetudinum antiquarum se et suum ordinem obligabat, videlicet de non eundo processionaliter cum funere aliquo nec ad funus, nisi quantum consuetudines se extendunt cum clero vel sine clero, de qua et circa quam siue quas consuetudines obseruandas, ut supra se obligauit per reuerendissimum patrem dominum archiepiscopum supradictum sibi factum, fuit mandatum expressum. De quibus omnibus. . . . . ratione fratris Syluestri predicti sub penis in constitutionibus, iuribus siue con. . . . . . . factis expressis rogatus ego intrascriptus notarius per procuratorem Trag . . . . dictum meum tabelionatus officium in sacramenti virtute. . . . . de scientia et voluntate totius synodi et precepto. . . . . fratre Syluestro presente et audiente. . . . . Actum Spalati in maiori ecclesia Spalatensi post missarum solemnia, oresentibus extra synodum dompno. . . . . Bononia et Johanne quondam . . . Gerardi de Bononia et Marino . . . . domini archiepiscopi predicti testibus vocatis et rogatis et aliis pluribus.

(Signum notj

Ego Mattheus quondam Gerardi de Panicho ciuis Bononie publicus imperiali auctoritate notarius et nunc iuratus reuerendi in Christo patris domini domini dei gratia archiepiscopi, supradictis predictis omnibus cum prenominatis testibus presens fui et rogatus scripsi per Stephanum predictum et in hanc formam redegi signumque meum apposui consuetum.

Original u arkivu kaptola u Trogiru no. 56.
Listina je u polovici na lijevoj strani krnja.
Farlati Illyr. sacr. IV. 377.
Pavlović Mem. di cose dalm. 185. no. 56.

196.

1336, 24. maja. U Zadru.

Krševan de Vitaga i sinovi nj'egovi prodaju zemlje u Trecima Danielu VarikaH.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo sexto, indictione quarta, die vigesimo quarto mensis maii, Jadre. Tempore domini Francisci Danduli incliti ducis Venecie, et reverendi patris domini Nicolai de Matafaro decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gracia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Marini Superancii egregii comitis. Ego Grisogonus de Vitaca ciuis Jadre et nos Nicolaus, Vitus et Marinus fratres filii dicti Grisogoni ciues Jadre, consenciente nobis dictis fratribus ad omnia et singula infrascripta dicto Grisogono patre nostro, uendimus tibi Danieli de Varicassis ciui Jadre unam sortem de terra nostra ex decem sortibus terre nostre posite ad Trecci; de qua sorte esse debent gognai triginta ad mensuram comunis Jadre, et si plus fuerit, tuum sit, cum decima parte omnium vinearum nostrarum ibidem pertinente dicte sorti terre et cum decima parte de gais, pratis, aquis, pascuis, siluis, arboribus, memoribus, pertinenciis et iuribus omnibus, vt deinceps de dicta una sorte terre cum omnibus suis pertinenciis et iuribus predictis tu dictus Daniel possis facere tuum uelle cum heredibus et successoribus tuis sicut de tuo proprio. Pretio cuius uendicionis ego predictus Grisogonus et nos predicti Nicolaus, Vitus, Marinus uenditores recepimus a te dicto Daniele emptore libras ducentas et quinquaginta denariorum paruorum. Promittentes nos dicti uenditores per nos nostrosque heredes et successores tibi predicto emptori tuisque heredibus et successoribus dictam sortem terre cum omnibus suis pertinenciis et iuribus predictis er.calumpniare in ratione ab omni persona super nos et bonis nostris omnibus. Hoc tamen pacto expresso, quod si non inuenirentur triginta gognai de dicta sorte terre uendite, teneamur tibi refundere de dicto pretio pro rata uel dare tibi •de terra nostra ibidem, quantum deficeret de dictis gtfgnaios triginta, residuum autem dictarum decem sortium terre pro indiuiso est nostrum dictorum uenditorum. Quibus omnibus decem sortibus terre seu ville de •borea terra heredum Miche Bochorci et eius nepotis et partim terra de Podbergiane, de austro terre ville de Gelsane et partim terra Lemeseuo •chreschie, de quirina partim via publica et partim terra de Racica et partim pasculum monasterii sancti Cosme et Damiani de Monte, de trauersa terra aliorum consortium terrarum de Trecci et partim terra •uocata Chotuschina et partim terra de Podbergiane. Et uolumus nos

predicti uenditores, quod tu predictus emptor possis te tenere de omnibus et singulis predictis ad nos et ad nostrum quemlibet in solidum sicut et quociens uolueris reiterando, omni excepcione remota nulloque pretermisso obstante. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet presbitero Georgio ser Michaelis de Jadra et Barte aurifice filio condam Johannis de Dobros, Jadrensibus et aliis.

(Drugi rtikopis.)

j Ego Georgius Blasii de Soppe iudex examinatur manufn missi

(Signum not.) -

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo consueto signaui.

Original u ark. grofova Begna z Posedarju. P. no. 62*
Slična listina od 8. febr. 1336.

197.

1336, 27. maja. (U **Zagrebu).**

Ladislav biskup zagrebački oprašta skrušenim buntovnicima n Cazvii, Ivaniću i Dubravi.

Ladizlaus dei et apostolice sedis ;gracia Zagrabiensis episcopus vniuersis Christi, fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in domino.. Ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod, cum vniuersi prediales ciues liberarum villarum et castrensium trium prouinciarem nostrarum Chasme, lwangh et Dombro malicie furore inducti nos grauiter offendissent • contra nos et nostros insurgendo, tandem eorum maliciam cognoscentes, ducti cohsilio saniori nobis fecerunt humiliter supplicari, vt eis graciam et veniam de eorum excessibus prer sentibus faceremus. Nos auteih uolentes paci de misericordia, quam rigore reddere domino racionemhumili-supplicacione pro parte ipsorum nobis facta personaliter inclinati, intuitu dei et diuine pietatis omnem excessum ipsorum. in quantum. nostram. personam tangit et nostros successores. pro presenti malicie robore contra nos et nostram ecclesiam factam perpetuo relaxamus, ipsos et eorum heredes recipientes in sinum pristine nostre dilectionis gracie et fauorem. Condicione nichilominus interiecta, quod. si processu temporis, qiiod absit, contra nos et nostros aut.nostros successores infidelitatis uel ingratitudinis uicium uerbo. ue facto aut .opere quocienscumque jncurrerint simul uel diuisim, penam quam merebantur racione premissorum ex nunc prout ex tunc. incurrarit ipsi et eorum heredes ipso facto simul uel diuisim vt superius est expressum, vbi nobis patuerit et decere ueracius audiemus. In cuius rei testimonium presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum feria secunda proxima post festum sancte Trinitatis, anno domini MCCCXXX° sexto.. -

Iz prijepisa kaptola požeškog od 3. augusta 1336.
Prijepis iz kodeksa: Liber privileg. episc. Zagrab. list. 71. U arkivu nadbiskupije zagreb. I. B. IX. 167.

198.

1336, 23. juna. (U Zagrebu).

Ladislav biskufi zagrebacki' lišava buntovnike Lovru, Ivdna, Dominika i Grgu imanja, a ostalima oprasta;

Ladizlaus • dei et apostolice sedis gracia Zagrabiensis episcopus vniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in salutis largitore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod cum inter nos, prediales, ciues et populos prouinciarum nostrarum de Chasma, Dombro et Iwang ab anno domini MCCCXXX° tercio grauis et magna discordia fuisset .exorta, ita, quod iri illo nobis per inductionem aliquorum ex ipšis inhonestas. . . . .et dampna illata extitissent, tandem; quia iidem nobis pluries supplicarunt senon esse reos, proclamantes, ut nos nostros infideles et sceleris huiusmodi principales publice puniremus et eos iustos inuenientes ad nostrum colligeremus gremium et dilectionem sicut nostros et nobis inoxios. Nos habito tractatu cum fratribus nostris, capitulo scilicet Zagrabiensi et Chasmensi, ex consilio et assensu eorundem decreuimus omnium predictarum et aliarum prouinciarum nostrarum predialibus, ciuibus et populis congregacionem Chasme faciendam, ad hoc terminum videlicet octauas festi resurrectionis domini assignantes, iam elapsas: Quo die omnes tam nos quam fratreš dictorum collegiorum nostrorum speciales et certi insuper homo dbmini nostri regis et capituli de Posaga honesti viri pro testimonio petiti et adducti in dicta c.ongregacione fecimusinquisiciqnem priuatam et generalem ac publicam, ibique per ueridicos et probos viros ac alios communes nostri episcopatus homines probatum extitit et certitudinaliter compertum, quod in illp insultu principales operatores, inductores et factores fuerunt: Laurencius qubndam comes Chasmensis, Jbhannes et Dominicus filii Maroelli, ac Gergus 'filius Alexandri. Demum iterum predicti Laurencius, Johannes et Dominicus ac Gegus(!) secundariq.fereante ipsam nostram congregacionem

similia et maiora eciam in periculum nostre persone palam et occulte procurabant et facere attemptabant, prout nobis occulte et palam extitit veraciter declaratum. Nos igitur ex debito nostri offlcii prout eciam exigit ordo iuris iustum pro iniusto punire volentes, ymo reos secundum exigenciam suorum delictorum, punientes, iamdictos Laurencium, Johannem et Dominicum ac Gegus tamquam infideles de nostris prouinciis et suos in futurum heredes heredumque suorum successores exclusimus, nullo vmquam tempore ad gremium siue possessiones sancte Zagrabiensis ecclesie redituros, possessionibus quas habebant priuauimus et rebus vniuersis. Alios uero nostros prediales, ciues et populos insontes et immunes inuenientes in fidelitate relinquimus permanere, ut tenemur, sicut nostros fideles et nostre ecclesie obedientes ac eciam seruitores, et hanc graciam eisdem concedimus hiis condicionibus interiectis, si secundum eorum priuilegia ingratitudinem uel infidelitatem contra nos et nostros non incurrerint, dacia conconsueta(f) suis temporibus persoluerint, collectas per nos pro neccessitatibus nostris et ecclesie nostre nostrorumque successorum secundum processus nostri status impositas nobis et nostris successoribus soluerint et dederint, nec non iura episcopalia tam consueta quam eciam ab antiquo ordinata exsoluerint[1], aut nobis promissa obseruabunt. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum et actum per manus discreti viri magistri Nicolai archidiaconi de Kamarcha nostrique fidelis et dilecti cancellarii, in vigilia festi natiuitatis beati Johannis Baptiste, anno domini MCCCXXX° sexto.

Iz kodeksa: Liber privileg. episc. Zagrab. list 76.
Kodeks u arkivu nadbiskupije u Zagrebu: I. B. IX. 167.

199.

1336, 28. juna. U Dubrovniku.

Oliver Grkinić vlastelin srpski, prima od dubrovačkoga vlastelina Junija Lukarevića povraćene neke dragocjenosti.

Oliuer Gherchinich baro domini regis Raxie et cener Charauide constitutus ante presentiam nobilis et potentis viri domini Nicolai Falletro honorabilis comitis Ragusii contentus et confessus fuit habuise et recepisse et apud se habere a Junio de Lucaro de Ragusio unam centuram de argento et unam ladicam de argento, ponderis inter ambas librarum tredecim et unciarum V, et centum nonaginta quinque ducatos de auro, que centura et ladiga et ducati accomandati fuerunt per dictum Caraуidam(!) socerum olim dicti Oliueri, eidem Junio, ut idem Junius confessus fuit. Et similiter idem Oliverius confessus fuit tantas fuisse res et ducatos accomandatas eidem Junio per dictum Charauidam et non plures, cum infrascriptis pactis et condictionibus, uidelicet quod ipse Oliuerius teneatur et debeat predictam centuram et ladicam et ducatos dare in manibus domini regis Raxie in presentia Petri de Ribica et Marini filii Junii de Uolcasso de Ragusio et fieri facere ab ipso rege eidem Junio de Lucaro unam apouiliam, sigillatam suo sigillo, continentem, qualiter ipse dominus rex uel suus successor nec frater, filii seu filia dicti Charauidi seu aliqua alia persona de dictis centura et ladiga et ducatis non possint facere uel mouere aliquam litem uel questionem in regno Raxie et Slauonie seu in aliquo loco, in curia uel extra, eidem Junio. Et Junius de Georgio constituit se placium et proprium pagatorem pro dicto Oliuerio, quod si ipse non actendet predicta, quod ipse restitueret eidem Junio de Lucaro predictam centuram et ladicam seu valorem ipsarum et dictos ducatos centum LXXXXV, quod si non fecerit et dampnum aliquod eueniret ipsi Junio de Lucari, teneatur eum conseruare ab omni dampno et expensis, quas dicta occaxione(l) incureret.

Diversa canceilariae knjiga g. 1334. u dubrovačkom arkivu.
Jfireček Spom. srp. br. 8, 25.—26.

[1] Bilo napisano: »persolverint« a!i ispravljeno.

200.

1336, 3. augusta. U Požegi.

Kaptol požeški prepisuje za svjedočanstvo hstmu biskupa zagrebačkog Ladislava od 10. aprila 1336, kojom ovaj lišava neke buntovnike ?ijihovih imanja.

Nos capitulum ecclesie beati Petri de Posoga memorie commendamus per presentes, quod anno domini MCCCXXX° sexto, sabbato proximo post festum beati Petri apostoli ad vincula, venerabilis in Christo pater dominus Ladizlaus dei et apostolice sedis gracia episcopus Zagrabiensis per discretum virum magistrum Petrum cantorem ecclesie nostre per nos iuxta formam et continenciam Htterarum regalium ad sciendum et inquirendum de vniuersis iniuriis, controuersiis et turbacionibus ipsf domino, episcopo indebite irrogatis, vna cum Gunter homine regip destinatum, nec non per eundem Gunter hominem regium quasdam litteras suas sub suo sigillo super facto negocii et processus priuacionis posses-

sionum Laurencii quondam comitis Chasiriensis, J.ohannis et Dominici filiorum Marcelli,. nec: non Gerguš filii Alexahdri pro eorum excessibus contra eosdem patenter eonfeetas nobis fecit exhiberi. petendo, ut formam earundem litterarum suarum patencium ob maiorem[1] cautelam nostris, Iitteris patentibus inseri faceremus. Nos uero peticionibus eiusdem domini episcopi iustis et legittimis annuentes pro eo eciam maxime, quia predietus. magister Petrus eantor ecclesie riostre et Gunter homo regius prenotatus eo tempore quo super facto inquisicionis negocii et processus memorati in illis partibus processissent, ab omnibus nobilibus et aliis communibus hominibus prefate ecclesie Zagrabiensis, a quibus decuit et licuit diligenter inquirendo se sciuisse dixerunt omnia eodem modo fuisse facta et peracta, quemadmodum. in predictis litteris ipsius domini episcopi continentur, per hoc eciam certitudo huiusmodi sinistri facti euidencius comprobatur,. quod iidem Gunter homo regius et Petrus cantor congregacioni Ghasme ,habita(!) interfuerunt, iiv qua, ut asserunt omnes, prediales aliiqiie homines trium prouinciarum,scilicet Chasmensis de Iwangh et de Dombro Johannem et Dominicum filios Marcelli ac Laurencium. quondam comitem' Chasmensem, nec non Gergus filium Alexandri clamorosis uocibus vnanimiter in omnibus articulis in litteris dotnini episcopi contentis reos, culpabiles, noxios et infidelitatis nota respersos seu cauterizatos domino episcopo tradiderunt, tenbrem earundem litterarum suarum presentibus nostris litteris inseri fecimus de uerbo ad uerbum transcribendo, qui talis est: *(Slijedi listina biskupa iagreb. Ladislava od 10. aprila g. 1336.).*

Iz kodeksa: Liber privilee;. episc. Zagrab. list. 70.
Kodeks u arkivu nadbiskupije u Zagrebt^: I. B. IX. 167.

•Л,..\ ;2ai. . '•.,."

1336, 3. augusta. U. Požegi.

Kaptol pozeški prepisuje listinu hiskupa zagrebačkog Ladislava od 27. maja 1336., kojom o.n oprašta skrušenim buntovnicima u Čazmi, Ivaniću i Dubravi.

'•"• Nos capitiilum ecclesie beati Petri de Posaga[1] memorie cbrrimendairilis per presentes, qtiod anno domin'i MCCCXXX° sexto, sabbato proxirrto pošt'festum beati Petri apostoli[1] ađ' vincula, venkabiltš in

[1] Uftietnuto: istom-rukom. iznad. linije.

Christo pater dominus Ladizlauš dei et apostolice sedis gracia episcopus Zagrabiensis per discretum virum magistrum Petrum cantorem ecclesie nostre, quem iuxta formam litterarum regalium ciim Gunter liomine regio ad faciendum inquisiciones de dampnis, iniuriis et controuersiis ipso domino episcopo et ad eundeni pertihentibus irrogatis transmiseramus, nec non per eundem Gunter homihem regium quasdam litteras siias patentes sub sigillo suo super misericordia, quam cum popuiis et predialibus dicte ecclesie sue de excessibus eorundem fecišse dinoscetur corifectas nobis fecit exhiberi peterido, vt easdem litteras suas ob maiorem cautelam nostris litteris patentibus inseri[1] faceremus. Cuius peticioriibus iustis et legittimis anuentes pro eo eciam, quia prefatiis magister Petrus cantor ecclesie nostre et Gunter homo regius prenotatus omriia ea' que in eisdem litteris domini regis contihentur eodem mbdo tuisse facta[1] et peracta se sciuisse retulerunt, formam ipsarum litterarum domini episcopi presentibus nostris litteris inseri fecimus de iierbo ad uerbum transcribendo. Cuius tenor talis est: *(Slijedi listina biskupa. zagr. Ladislava cd 27. maja g. 1336.).*

Iz kodeksa: Liber privil. ep. Zdg. hst. 71.
Kodeks u arkivu nadbiskupije u Zagrebu. I. B. IX. 167.

• 202.

1336, 5. augusta. U Koprivnici.

Pred lanom Mikićepi daruju Bekini sinovi neke dijelpve sypga.posjeda u Bregima magistru Tomi Bekinu kastelanu.Stinišnjaka.

[N]bs Mykch banus tocius Sclauonie memorie' commendantes tendre presencium significarrius' quibus expedit vniuersis, quod riobiles viri rnagistri Endfee (!) et Beke filii Stephani filii' Belus, ac Stephanus filius eiusdem Beke nbbiles de Gobornuk ab vna parie, et magišter Thoifias filius Beke castellanus. noster de Stynisniek gener eiusdem Beke ab altera coram nobis peršonaliter' constituti, iidem rriagistri Endree et Beke ac Stepharius filius eirisdem Beke confessf existerurit rriinisterio viue uocis, quod' possessibnarias porciones eorum in pbssessione Breg vocata iri comitatu Crisienši' existeriti ipsos contingentes curii orririibus earum vtilitatibus et pertinenciis Vniuersis, videlicet ^ siluiš,'pratiš, terfis arabilibus, locis molendinorurri, aqtiis et aquarum cursibus siib suis lirnitacionibus et signis antiquis, qtiibus"ipsi' habueriint et possiderunt de consensu-"et voluntate omnium proximorum et commetaneoiiirn suorum prefato ma-

gistro Thome filio[1] genero eorum et per consequens nobili domine Chalee consorti eiusdem magistri Thome, filie videlicet prefati magistri Beke filii Stephani filii Belus propter amorem, dileccionem proximitatis care in perpetuum et in filios filiorum suorum donassent, tradidissent et assignassent tenendas, possidendas et habendas, nil iuris nilque proprietatis sibi penitus in eisdem reseruantes tali modo, quod si idem magistei Thomas filius Beke ex eadem domina Chala iudicio diuino prolem habere non posset et vterque eorum sine prolis solacio decederent de hac vita, tunc prefate possessionarie porciones ad eosdem deuoluerentur possidende. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes ad peticionem nobilium predictorum eidem magistro Thome filio Beke concessimus litteras nostras priuilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas, anno domini M°CCC° tricesimo sexto. Actum in Koproncha in festo beati Dominici confessoris.

Original u arkivu nadbisk. zagrebačke. Decimalia fasc. 7. uo. 10. Sa svilene crveno-plave vrvce otkinut je pecat.

203.

1336, 9. augusta. U Zadru.

Nikola sin Madija de Calcigna gradjanin rapski prodaje Nikoli sinu pokojnog Vulcinje de Marlinussio zemlju svoju u' Raii.

[In] Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo sexto,: indiccione quarta, die nono mensis augusti, Jadre. [Temporje domini Francisci Dandulo incliti ducis Venecie, [etj reuerendi patris domini Nicolai de Matafaro decretorum [doctoris], dei et apostolice sedis gracia Jadrensis archiepiscopi, ac [domini] Blasii Geno egregii comitis. Ego Nicolaus [condam] Madii de Galcigna ciuis Arbi uendo tibi Nicolao condam Vulcigne de Martinussio ciui Jadre unam meam terram positam ad Raccham, de qua est circa unum gognai et si plus est tuum sit ad habendum et quicquid tibi deinceps placuerit perpetuo faciendum sicut [de] tuo proprio, cum omnibus suis pertinenciis et iuribus . . . cuius vendicionis ego predictus uenditor recepi [a te] predicto emptore libras duodecim denariorum paruorum, [promi]ttens ego predictus uenditor per me meosque heredes et successores tibi dicto emptori tuisque heredibus et successoribus dictam terram cum omnibus suis pertinenciis et iuribus discalumpniare in racione ab omni persona super me et bonis meis omnibus. Cui terre de omnibus partibus est

[1] Očito ispušteno »Beke«.

[terrja tui dicti emptoris. Actum est hoc et firmatum [coram] hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Biualdo [Madii de Be]tono et Marchisino Petri Traitananci, ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Thomas de Petrico iudex examinator manutn missi.

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo consueto signaui.

(Signum not.)

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu. Diplomata a. 1336.

Listina je uzduž čitave desne strane krnja.

204.

1336(?)—1347(?), 14. augusta. U Nerodimlju.

Stjepan kralj srpski dozvoljuje Dubrovčanima kupovati žito u njegovoj zemlji.

† Пише кралевьство ми сиѥ, да ѥсть вѣдомо всакомꙋ, створихь милость Дꙋбровчаномь всѣмь, да си кꙋпꙋю жито по земли и по градовѣхь кралевьства ми свободно, да имъ никто не забави, ни властелинь ни владалць кралевьства ми. И кто имь продаѥ, и томꙋ да нѣ забаве ни ѡтъ кога, да продаѥ свободно. Кто ли се ѡбрѣте ꙋчинивъ нѣкою забавꙋ Дꙋбровчанинꙋ или земланинꙋ, кои мꙋ продаѥ жито, да приме гнѣвь и наказаниѥ ѡдь кралевьства ми, и да плати кралевьствꙋ ми .Є. сьть перперь. И сию нимь милост створихь ꙋ Неродимли, мѣсеца авгꙋста .ДІ. дьнь.

† Стефань краль.

Miklosich Mon, Serb. 119.—120.

205.

1336, 17. augusta. U Avignonu.

Benedikt XII. papa, svojim izaslanim sucima .naläže neka ovrše .. . osudu u poslu kotorskom. ,• ,

Benedictus episcopus etc. Venerabilibus fratribus . . . archiepiscopo Spalatensi et . . . episcopo Traguriensi, et dilecto filio Clementi de Gangulis canonico Ragusino, salutem etc. Officii nostri debitum exigit, ut nos, qui sumus omnibus in iusticia debitores, cunctis eam poscentibus faciamus eius plenitudinem ministrari. Sane dilecti filii Marini Domanha de Bualicha civis Catharensis querelosa nobis expositio patefecit, quod olim ecclesia Catharensi per obitum bone memorie Domanhe episcopi Catharensis, qui in partibus illis diem clausit extremum, vacante, felicis recordationis Iohannes papa XXII. predecessor noster, qui provisionem eiusdem •ecclesie illa vice antedicti Domanhe obitum provisioni sue specialiter, reservaret, venerabilem fratrem nostrum Sergium Polensem episcopum tunc canonicum et civem Catharensem, eiusdem Marini germanum, prefecit ipsi Catharensi ecclesie in episcopum et -pastorem, et quod cum idem Sergius de mandato dicci predecessoris apud apostolicam sedem in episcopum consecratus ad dictam Catharensem ecclesiam, prout tenebatur, ex sui officii debitq . accessisset, iudices, officiales ac universitas civitatis. Catharensis cuidam statuto per eos.contra ecclesiasticam libertatem edito, quo,ₖsićut. dicitur, cayebatur, quod.nullus qriundus de. ciyitate prefata prefici posset in episcopum Catharensem, minus' provide innitentes dictum'Sergium in episcopum Catharensem rećipere ćontumacitef denegarunt, et nichilomihuš dićtum'Marifmm'et quosdam- corisanguiheos et nepbteš eiusdem Sergiv ceperiiht, 'et de špečiali' rhandato cqndam.TJrosii:'tunc-regis Rascie; dirjs carceribus detineri: fecerunt, omtnf-дие_(}) bona. rnqbilia et immqhilia Sergii ao ,Marini: predictorum >ceperunt et distraxer.nnt, pro. libitq voluntatis,. .asserentes ,Sergium. *et* Marinum predictoš statuti predicti pretextu ad solvendum regi prefato duo milia perperorum, et certis officialibus, videlicet-Casnezo fnille,; sevesto: Crarorum quingentos, wrinode quingentos, iudici ducentos, celiuto magno ducentos, stanilozo ducentos, communitati Catharensi mille et unicuique civium dicte civitatis quingentos perpe/os pro pena teneri et debere compelli: super quibus omnibus per eundem Sergium coram dicto predecessore querela exposita, idem predecessor universitati civitatis predicte sub excommunicationis in singulares personas eorum, ac iudicum, officialium et consiliariorum, quorum consilio dicta civitas regebatur, et

interdicti in civitatem et universitatem predictas penis et sentenciis, quas eos et eas ac eorum quemlibet incurrere voluit ipso facto, nisi mandatis eius in hac parte efficaciter obedirent, duxit per suas litteras iniungendum, ut infra mensem post receptionem dictarum litterarum dictum statutum, penitus revocare, illudque de libris et capitularibus eorum abradere ac abolere studerent, quod eciam statutum idem predecessor irritavit et cassavit, ac cassum et irritum nunciavit de apostolice plenitudine potestatis, et nichilominus eundem Sergium tanquam eorum verum episcopum reciperent,, dictosque Marinum, consanguineos et nepotes restituerent et restitui facerent pristine libertatf eisque bona redderent supradicta. Postmodum vero prefato Sergio de dicta Catharensi ecclesia ad ecelesiam Polensem per eundem predecessorem translato, idem predecessqr ad. nuncidrum universitatis predictorum instanciam bone memorie, Iohanni sancti Theodori diacono cardinali, tunc in partibus Tuscie apostolice sedis legato, suis dedit litteris in mandatis, ut singulares personas et .universitatem predictas, que preiatas sentencias incurrerant, dummodo prius constaret eidem, quod dictus Marinus esset a dicto carcere relaxatus,. et sub certis aliis conditionibus a dictis sentenciis, si ab eis^ peterent, humiliter se absolvi, per se vel alium seu aliosauctoritate apostolica absolveret, ipsasque sentencias relaxaret, iniunctis eis omnibus .que. de iure existerent iniungenda,: decernens nichilominus statutum... predictum irritum et inane, prout eciam decreverat in prioribus litteris supradictis, quodque prefati univefsitas et officiales ipsius mandato apostolico sud super revocatione et irritatione dicti statuti per easdem priores litteras eis facto parere efficaciter tenerentur: dictusque cardinalis ad instanciam procuratorum universitatis eorumdem venerabili fratri nostro . . . episcopo Scutarensi commisit in hac parte totaiiter vices suas, qui quidem epišcopus Scutarehsis ex abrupto et de facto dicto Marino, tunc adhuc diro carceri et crudeli detento, nec ad bona sua predicta restituto, nec vocato, sed absente, non per contumaciam idque penitus ignorante, prefatas sentencias pro sue voluntatis libito pretextu litterarum et commissionis hu<smodi felaxavit. Quare prefatus Marinus super hiis ad nos devote recurrens nobis humiliter supplicavit, ut cum relaxatio sentenciarum huiusmodi utpote' contra formam litterarum dicti predecessoris. eidem. cardinali directarum facta iuribus non subsistat,ₛac universitas' et singulares persone predicte dicta bona Sergii et Marini predictorum partim vendiderint, partimque inter se absque legitima causa .diyteetint;:-e.t:'ea.: detihe.ant.s.talilter₍ dccupata,. felaxationem ,sentehčiarum Jjuiu.smodi perj.dictumijepiscopum-,Scutarensem.sic de facto. prešumptam .denunciariₜ.inuHana, -jtpsosque. ;universitatem;:; officiales. et/.singulares | per-5onasJ et quoslibet alios boriorum kuiusmodi.' detehtores ad restitutionem

bonorum ipsorum cum fructibus medio tempore perceptis ex eis, necnon dampnis et expensis prefatis Marino et Sergio faciendam compelli per discretum aliquem mandaremus. Nos igitur de premissis certam noticiam non habentes, ac attendentes, quod premissa, si veritas suffragetur eisdem,. in gravem exempli perniciem redundare noscuntur, et propterea volentes super hiis iusticie debitum exhiberi, discretioni vestre per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios, vocatis qui fuerint evocandi, faciatis super premissis omnibus et singulis summarie et de plano sine strepitu et figura iudicii iusticie complementum. Testes autem, qui fuerint nominati,. si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam,. appellatione cessante, cogatis veritati testimonium perhibere, contradictores eadem censura, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii pape VIII. predecessoris nostri, quibus cavetur, ne aliquis extra suam civitatem et diocesim nisi in certis exceptis casibus, et in illis ultra unam dietam a fine sue diocesis ad iudicium evocetur, et tam de duabus dietis in concilio generali, quam aliis quibuscumque constitutionibus a predecessoribus nostris Romanis pontificibus tam de iudicibus delegatis, quam personis' ultra certum numerum ad iudicium non vocandis, aut aliis editis, que vestre possent in hac parte iurisdictioni aut potestati eiusque libero exercitio quomodolibet obviare, seu si aliquibus communiter vel divisim a sede apostolica sit indultum, quod interdici vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expfessam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum apud pontem Sorgie Avinionensis diocesis, XVI. kalendas septembris, pontificatus nostri anno secundo.

T/ieiner Mon. Slav. Merid. I. 254. pag. 191.—192. Iz reg. an. II. par. 2. ep. 508.

206.

1336, 23. augusta. U Požegi.

Kaptol požeški prepisuje tri svoje listine, Sto se tičii prodaje imanja Zemen.

• [Cjapitulum ecclesie beati Petri de Posaga vniuersis Christi fidelibus presentibus et futuris presentes Htteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod anno domini MCCOXXX° sexto, feria sexta proxima post festum

sancti regis Stephani, Leukus filius comitis Petri filii Cupse ad nostram personaliter accedendo presenciam exhibuit nobis tres litteras nostras patentes super facto empcionis terrarum per predictum comitem Petrum patrem suum a Thomen filio Kudona confectas, petens cum instancia, ut easdem nostro dignaremur priuilegio confirmare. Cuius peticionibus annuentes ipsas tres litteras nostras patentes seriatim transscribendo presentibus inseri fecimus nostrique pendentis sigilli munimine roborari. Quarum scilicet litterarum vnius tenor talis est: *(Slijedi lislina požeškog Jzaptola od 1. augusta 1313.J* Alterius vero littere tenor talis est: *(Slijedi listina istoga kaptola od 25. juna 1315.).* Tercie autem littere tenor talis est: *(Slijedi listina jednakog datuma).*

Ongnat u knjižnici narodnog mtizeja u Budimpešt: s. a. 1336. — Na listini vidi se tras;, gdje je o vrvci visio pečat.

207.

1336, 28. augusta. U Zadru.

Mihajlo de Zadulinis prodaje Mariji udovi Matije de Cotopagna kuću u gradu.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo sexto, indictione quarta, die vigesimo octauo mensis augusti, Jadre. Tempore domini Francisci Danduli incliti ducis Veneciarum, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gracia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Blasii •Geno egregii comitis. Ego Michael condam Jacobi de Qadulinis ciuis Jadre uendo tibi domine Marie relicte Mathei de Cotopagna ciui Jadre totum unum meum hospicium positum Jadre ad C[u]decham ueterem plantis chopertum cum suo camino, curia, palatorio et androna, atque cum omnibus iuribus, habenciis et pertinenciis ipsi hospicio quoquo modo pertinentibus, ad habendum et quicquid tibi deinceps placuerit perpetuo faciendum sicut de tuo proprio, pretio cuius uendicionis ego dićtus uenditor recepi a te predicta emptrice libras trecentas et quinquaginta denariorum paruorum, cui hospicio de trauersa est partim domus heredum Bertoni marangoni et partim domus heredum Cose de Prode mediante dicta androna et partim est curia que fuit Pauli de Bossaco, super quam curiam cadit stilicidium camini dicti hospicii, de austro est uia inter conuicinos et partim est dicta domus dictorum heredum dicti Bertoni, de quirina est domus siue hospicium Martinussi de Claudo et

de borea est domus Petri Gurcich et partim caminum dicti Martinussi, de quo camino cadit stilicidium super curia huius hospicii uenditi et confinati, de qua androna trauersali choperuit in parte Martinus condam Marci de Millano et debet ea discoperire et laborerium suum inde rerriouere, postquam sibi fuerit denunciatum infra unum -annum publico instrumento scripto per Guidum de Padua notarium Jadre sltb anno domini millesimo trecentesimo trigesimo quarto, indicione tercia, die uigesimo mensis marcii, quod instrumentum do tibi dicte ernptrici cum omni suo uigore et robore. Proraittens ego predictus uenditor per me et heredes et successores meos dictum hospicium corifinatum cum omnibus suis pertinenciis et iuribus tibi dicte emptrici tuisque heredibus et successoribus .excalumpniare et defendere in ratione ab omni persona super me et bonis meis omnibus. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Cosa Hotussanino et Arthico condam Thomadi de Arthico, ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rtikopis).

f Ego Bogde Grisogoni de Bogde examinator examinaui.

(Signum not.J

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo consueto signaui.

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Dominika no. 711. -, . . . , . , . , . • ; . .

208.

1336, 24. septembra. U Čazmi. . „

Ladislav biskup zagrebački nalaže, neka se na posjedima kaptolskint, pomnože kmetovi i dobro -drie.

Ladi.zlaus dei et apostolice sedis gracia Zagrabiensis episcopus discretis ef honestis yiris, suis fratribus in Christo, capitulo nostre Zagrabiensis ecclesie salutem cum benediccione paterna. Quoniam ex officio prelacionis assumpte nobis incumbit, subditorum. pro posse et comoda opture, procurare et incomoda evitare. Hac ducti consideracione vos omnes et singulos paternaliter inducimus et ortamur in dorhino, quatenus vestra predia canonicalia inter cetera, quantum in vobis est, in colonis augmentandis, iuste et utiliter conservandis, in aliis suis utilitabus promdvere . studiose intendatis, ut hii, qui post cursum viiie vesfre in ipsis succedent, se *de* vobiš habeant commendare non conqueri, sicut iam dudum', ut plurimum docente experiencia, est repertum. Et quoniam peria debet suos sequi auctores, statuimus decernendo, ut quicumque ex vobis sua canonicali vinea deserta vel alienata decedet vel decesserit, ante omnia de bonis suis, pro suo in canonicatu successore canonicalis viriea bona conparetur, vel de suis empticiis vineis suo pro canonicali predio per ; generalem vicarium annectatur. Quicumque autem suum colonum de eodem predio iniuste oppresserit vel spoliavefit bonis suis in toto vel in parte, et hoc per aliquos ex vobis vicario riostro innotuerit, ipse vicarius teneatur talem coripellere ad restituendum ablata et alias punire de vestro consilio, prout videbitur expedire. In cuius rei memoriam presentibus sigillum nostrum duximus apponendum. Datum Chasme, feria III. proxima ante festum beatorum Cosme et Damiani martirum, anno domini MCCC tricesimo sexto.

Lib. statut. capit. Zagrabien. part. II. cap. IV. ' "
Tkalčić Mon. episcop. Zagrab. II. 68.
Tkalčic Mon. civ. Zagrab. I. 149.—150.

209.

1336, 5. oktobra. U Zadru.

Radeta Stankujević prodaje. Radenu Brajdružiću vinograd u Obrovcu.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo sexto, indicione quinta, die quinto mensis. octubris, Jadre... Temporibus domini Francisci Dandulo incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaro decretorum dpctoris, Jadrensis archiepjscopi,; ac domini Blasii Geno egregii comitis. Ego .Radeta Stancueuich de. Tcecy do, vendo et trado tibi Radenno condam Jurgii Braydrusich villano monasterii sancte Marie ad villam Hobrouec totam vnam vineam meam dimidii gognai vel circa, habentem quatuor arbores oliuarum positam ad. villam Hobrouec in confinio sancti Petri super terram dicti monasterii, reddeuntem sibi. decimam partem. tocius redditus et fructus [pro]. terratico illuc ad villam . predictam in domo predicti monasterii conductam expensis dicti Radeni labo.ratoris siue emptoris vinee predicte, ad habendum et quicquid tibi tuisque heredibus. et successoribus placuerit facieqdum. Precio cuius vendicionis ego dictus venditor recepi et habui a te dicto emptore libras sex denariorum paruorum. Vnde per me meosque heredes et successoribus(l) me.obiigo tibi. tuisque

heredibus et successoribus dictam yineam excalumpniare et deffensare cum oliuariis et pertinenciis omnibus in racione ab omni persona et vniuersitate super me et bonis meis presentibus et futuris. Cui vinee de trauersa est vinea Slaucy, de austro Johannis Sudcich, de quirina vinea Bogdani Dobrachnich, et de borea vinea Radoslaui Bobote, consenciente huic[1] vendicioni Pelegrina, Chota et Nisa moniales et vicarie dicti **mo**nasterii et Federico de Nasse aduocatore dicti monasterii. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet presbitero Georgio sancti Michaelis et Marino de Calcina et aliis.

(Drtigi rukopis).

Ego Thomas de Petrico iudex examinator manum missi.

Ego Marinus Simonis de Saracho imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Original u guicrn. arkivti u Zadru, odio samostana sv. Krševana. Kaps. IX. no. 136.

210.

1336, 26. oktobra. U Višegradu.

Karlo kralj ugarski i hrvatski nalaže zagrebačkom kaptolu, da uredi medje posjeda Novogdvora svojine Parisa.

Karolus dei gracia rex Hungarie fidelibus suis capitulo ecclesie Zagrabiensis salutem et graciam. Dicunt nobis Paris filius Paris, item Philipus et Pasa filii eiusdem, quod quedam possessio ipsorum Wyuduor vocata in comitatu Crisiensi existens, reambulacione et metarum renouacionibus plurimum indigeret, super quo fidelitati vestre precipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Petrus filius Jacobi, uel Martinus filius Ladizlai altero absente homo,noster accedat ad faciem prenotate possessionis, vicinis et commetaneis eiusdem conuocatis et presentibus reambulet ipsam per veras metas et antiquas, nouas metas iuxta veteres erigendo, si non fuerit contradictum, contradictoribus vero si qui apparuerint contra eosdem, ad nostram presenciam vel bani ad terminum competentem legitime euocatis et post hec diem et locum citacionis, nomina citatorum et terminum assignatum cum cursibus metarum ac tocius facti seriem

[1] Pisano dvaput.

nobis fideliter rescribatis. Datum in Wyssegrad, in festo beati Demetrii martiris, anno domini M°CCC°XXX° sexto.

Iz izvješća zagreačkog kaptola od '20. decembra 1336., kako to prepisao ban Mikić 3. aprila 7337.

Original posiednje u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: Л1. O. D. L. no. 34.010. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 1597. no. 32.

211.

1336, 2. novembra. U Stolnom Biogradu.

Kaptol stolno-biogradski prepisuje listinu biskupa zagrebaokog od 10. aprila 1336., kojom ovaj lišava neke buntovnike svoga iman/a.

Nos capitulum ecclesie Albensis memorie commendantes significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod anno domini MCCCXXX° sexto, scilicet in crastino omniura sanctorum, comes Wyzlo nobilis de Wyzlo vice et nomine venerabilis in Christo patris et domini Ladizlai dei et apostolice sedis gracia episcopi Zagrabiensis ad nostram personaliter accedendo presenciam exhibuit nobis litteras eiusdem domini sui patentes, non abrasa^, non cancellatas, non abolitas nec in aliqua sui parte uiciatas, petens a nobis, ut tenorem et formam earundem nostris in litteris patentibus vberiorem rei ad cautelam inseri faceremus et transcribi. Quarum tenor talis est: *(Slifedi lislina biskupa zagrebaekog Ladislava od. 10. aprila 1336.)* Vnde nos iustis peticionibus eius fauorabiliter inclinati tenorem dictarum litterarum modo premisso repertum nostris in litteris patentibus inseri fecimus et transcribi. Datum die et anno supradictis.

Iz kodeksa: Liber privileg. episc. Zagrab, list. 70.
Kodeks u arkivu nadbiskupije u Zagrebu; I. B. IX. 167. . ..

:•':-. 212.. -

1336, 3. novembra. U Cazmi.

Pred kaptolom čazmanskim mi'e se parbene sirdnke. '•"''

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis . presenciurn per tenorem, quod Jacobus filius Herrici a parte vna, ab altera autem Matheus et Phylippus filii

Petri proximi eiusdem personaliter coram nobis cbnstituti, iidem super omnibus causis, videlicet dampnis, nocumentis, mutilacionibus, homicidiis, effusione sanguinis, ceterisque iniuriis usque ad hec tempora hinc et inde quoquomodo reciproce datis, commissis et illatis, pro quibus contra se ordine iudiciario mouebantur uel mouere in futurum sperabant questionem, saluis et exceptis factis possessionum, retulerunt se per arbitrium et composicionem proborum virorum ad plene pacis et concordie vnionem, que vinculum extat caritatis, devenisse et coram nobis deuenerunt, alter alteri plenam et omnimodam satisfactionem, qua super premissis contenti sunt impendendo; liti, accioni et questioni, que eis uel eorum heredibus seu proximis super causis iam prb boho pacis sopitis et. sedatis .competerit uel competere possent in futurum re.nunciando, litteras etiam tam bani quam cuiuscumque iudicis... regni. eiusdem ac nostras in processu causarum in preiudicium et grauamen partis alterius quoquomodo obtentas et confectas aucto.ritate. 'presenciurn mortuas et innanes reliquerunt et viribus carituras, si pnquam per j.quempiam-in lucem proferentur. Datum. dominicp die proximo^post Testum; omnjuin sanctorum, anno domini MCCC°XXX° sexto.. ... „- ,;,,,, ..'> •:.',;:: -,

Original u knjiitiici narodrioga muzeja u Buđimpešii; bivša zbirka jfdnkovičeva.

'Na listini visi svilena vrvca zelerie i crvene b'bf'e'. Pečdl otpa'o'.

213. - V •;•?:•.••••••.""•' .«•

1336, 11. novembra. U Koprivnici. , ...*I*

Pred banom Mikiiem prodaju sinovi Bekini'."siioje dijelove u fosjedu Bregima Tomi Bekinu. " • '•'• •'.'-• • "•'•"•-

Nos Mykch banus tocius Sclauonie memorie conimendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod nobiles viri magistri Endre et Beke filii Stephani filii Belos, ac Stephanus filius eiusdem Beke nobiles de Gorbonok ab una parte, et magister Thomas filius Beke castellanus noster de Stennichnak, gener eiusdem Beke filii Stephani pro se et pro Andrea ac Johanne- fratribus siue ab altera coram nobis personaliter constituti, iidem magistri Endre, Beke et Stephanus confessi extiterunt in hunc modum, quod licet possessionarias porciones eorum in possessione [Breg] vocata in comitatu Crisiensi existenti ipsos contihgentes prefato magistro Thome filio Beke filii Stephani us'ćjue ad vitam eorum. si prolis inter eos non'procrearetur, mediantibus prioribus: litteris 'priuilegialibus contufissent optinendaš; tandem qiiia prefatus magister Thomas filius Beke in diuersis eorum necessitatibus res suas quadraginta marcas facientes in varis(!) rebus eisdem prebuisse, pro eo prefatas possessionarias porciones suas in dicta possessione Breg ipsos contingentes cum omnibus earum vtilitatibus et pertinenciis vniuersis, videlicet siluis, pratis, terris arabilibus, locis moiendinorum, aquis et aquarum cufsibus sub suis limitacionibus et signis antiquis, quibus ipsi habuerunt et possiderunt de consensu et voluntate prefate dornine Chale ac orrinium proximorum et commetaneorum suorum eidem magistro Thome, Andree et Johanni fratribus suis antedictis in perpetuum et in filios filiorum suorum vendidisserit, tradidissent et assignassent tenendas, possideridaš pafiter et habendas sub condicione tali, quod si prefati filii Beke racione'possessionariarum porcionum predictarum per quemcumque successiue molestarentur, iiderh magistri Endre, Beke et Stepharius ipsos propriis eorum laboribus et expensis expedire tenerentur. In cuius rei memoriam pefpetuamque firmitatem preserites cbncessimus litteras nostras priuilegiales' peridentis sigilli nostri muhimine robofatas. Datum Koproncha, in festo beati Martini ćorifesso'ris, arino domihi MCCC°XXX° sexto. •-.••

Iz prijepisa kaptola zagrebačkog od g. 1389.

Prijepis nalazi se u arkivu zagrebačke nadbiskupije: Donalionalia fasc. VII. no. 11.

214.

1336, 26. novembra. Pod Kalnikom.

Pred Nikolom kastelanom Velikog Kalnika i Adrija?iom zemskim županom prodaju Radila itd. svoj vinograd na. brdu Vimćnom Ivanka sinu Ivanovu za šest penгa.

Nos magister Nicolaus filius Nicolay castellanus de maiori Kemluk, ac Adrianus filius Farchassii comes terrestris eiusdem castri memorie commendantes teriore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod constitutis pefsonaliter coram nobis Radila cum fratre suo Wlchk similiter cum filiis fratris eorurri, Iwan, Radona, Nicholaus filii Radeh ex vna-parte, ex altera-vero Iwank filins Tohannis iobagioneš eiusdem castri Jdem predictus-Radila eum suis ffatribus quandam vineam.eorum'hereditafiam sitam in monte Vinichna dixerunt et confessi sunt se vepdidisse pro' sex pensis denariofum banalium eidem antedicto Iwank,isibi et per eum. suis- heredibus heredumque suorum šuccessoribns iure .perpetuc-

irreuocabiliter tenendam, possidendam pariter et habendam nullo penitus contradicente, cum bona voluntate omnium vicinorum et commetaneorum suorum, qui dicti Radila cum suis fratribus dixerunt ab eodem Iwank dictam pecuniam integraliter recepisse; cui vinee prima meta incipit ab oriente est vinea Wlchk filii Radessa vbi est harbor(!) vulgarice dictus(!) cherfa cruce signata, de eodem desscendens iuxta vineam Wlchk et-cadit ad metas vinee Marcus et Thome filiorum Wlkcheuich, per easdem metas gradiens ad meridiem et cadit ad vineam Drusynk filii Drusiuech, iuxta eandem vineam asscendens ad montem donec veterem viam, per eandem tendens et cadit iterrum(!) ad metas vinee Wlkch, iuxta eandem desscendens et cadit ad priorem metam. Presente vero iobagionum(!) Mathyas(!) filius Budiwoy, Drusink filius Drusiuech, Jakmyn filius Ozul, Iwech filius Staulen, Johanne filio Martini tunc tempore centurione atque aliis quam pluribus iobagionibus castri. In cuius rey memoriam perpetuamque firmitatem presentes contulimus eidem prefato Iwank appensione nostrorum sigillorum consignatas munimine roboratas. Datum sub Kemluk, feria tercia proxima post festum beate Katherine virginis, anno domini millesimo CCCXXX sexto.

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1-336. .

Na listini vise o svilenim vrvcama tamno modre boje dva malena .okrngla pečata: kastelanov je dobro sačuvan, dočim županov slabije.

Na hrptu savremena bilješka: »Super quadam vinea empticia in Radesich«.

215.

1336, **30. novembra. U Trogiru.**

Notarski izvadak iz oporuke Petra sina DeSina, kojom ostavlja sto hbri crkvi sv. Lovrinca u Trogiru.

In dei nomine amen. Anno domini millesimo trecentesimo trigessimo sexto, indictione quarta, regnante domino Karulo serenissimo rege Vngarie et temporibus illustris domini nostri domini Francisci Dandulo incliti ducis Venetie. ac venerabilis patris domini Lampredii episcopi, et nobilis et sapientis viri domini Johannis Mauroceni honorabilis comitis ciuitatis Traguriensis, suorumque iudicum dominorum Gregorii Salinguerre, Joseph Stephani, Andree Gauseugne et Lucha[n]ni Deste Basti, die vltimo mensis nouembris. Cum Petrus Desse suum fecerit testamentam scriptum

per dompnum Stoyanum Symi cannonicum, clausum et terratum et tribusdiuersis sigillis sigillatum, quod iussit aperiri et publicari per me Superantium notarium uel per alium notarium iuratum communis Tragurii statim post eius mortem etc. Hoc est testamentum meum Petri Desse Sinti, quod volo ut ordinatum fuit in eo, quod stat firmum et ratum et inter cetera que reliquid(!) in ipso, reliquid operi sancti Laurentii de Tragurio libras centum paruorum pro ma!e ablatis, incertis etc. prout in ipso continentur. Meos autem procuratores instituo Francicam filiam meam et filios fratris mei, meos autem procuratores instituo et fatio(!) Johannem fratrem meum et Nicoliccam generum meum cum sua vxore Franci^a ad dandum et exercendum etc. Actum Tragurii in domo habitationis ipsius Petri, presentibus Barono Siluestri et Cressalo Desse Sensuli testibus rogatis et Gregorio Macthei(!) Lutii(!) examinatore.

(Drugi rukopis).

Ego Gregorius Mathei Luci conscius examinaui.

(Signum not.J.

Ego Superantius Ranaldutii de Cingulo auctoritate imperiali notarius et nunc communis Tragurii iuratus hiis omhibus interfui et rogatus scribere scripsi et publicaui.

(Istim pismom:)

Soluta est Nicole Mathei operario.

Original u arkivu kaptola u Trogiru. no. 57.

216.

1336, 6. decembra. U gradu Beli.

Petar Comuti prior Ivanovaca potvrdjuje listinu priora Olivera od 2. februara 1306., kojom ovaj darova posjed Tuinu Ivanu zvanom Dijete-

Nouerint vniuersi et singuli presentes priuilegiales litteras inspecturi ac quoque audituri, quod accedens ad presenciam nostram fratris Petri Cornuti sancte domus hospitalis sancti Ioannis Hyerosolymitani per Hungariam et Sclauoniam humilis prioris nobilis vir comes Beda natus olim comitis Ivani, nobis humiliter postulauit, ut eidem confirmare dignaremur et suis heredibus et heredum suorum successoribus quoddam priuilegium olim concessum comiti Ivano patri suo per olim fratrem Oliverum sancte domus hospitalis predicti per Hungariam et Sclationiam magistrum »vocatum de. quadam possessione Tusna vocata cum omnibus suis ƒpertinenćiis, secundum quod in dicto priuilegio concesso comiti

Ivano patri suo plenarie continetur. Nos considerantes grata seruicia ips.ius comitis Beda exhibita ordini nostro in castro nostro de Bella et alibi ubicumque fratribus et iobbagionibus nostris existentibus in dicto castro et ad dictum castrum pertinentibus et spectantibus ubique constitutis, et que quotidie exhibet et exibere intendit et in posteram exhibere promittit, et ut ad ea exhibenda forcius animetur, considerato eciam, quod propter guerram Theotonicorum, quam habent cum illis de partibus Sclauonie utilem fore ordini nostro et castro predicto et iobbagionibus nostris, et quod a multis periculis homines nostros et terram nostram euitare possit tanquam existentem(l) in medio metalem terram nostram et Theutonicos, ac eciam considerata bona fama ipsius, pro euidenti utilitate domus nostre et castri. predicti de consilio et voluntate fratris Laurencii de Perusio preceptoris domus nostre de Sopronio. et fratris Ioannis Latini de Perusio perceptoris domus nostre de- Noua Curia, fratris Treulli perceptoris domus nostre de Chorgouicza, fratris Ioannis Molaraxon et fratris Thadei de Atisio et aliorum fratrum et procerum nobis adsistencium in dicto castro,.. predictam possessionem Tusna. vocatam cum omnibus suis partinenciis eidem comiti Beda et suis heredibus et heredum suorum successoribus confirmamus et de nouo concedimus perpetuo tenendam et possidendam, gaudendam et usufructuandam. Cuius priuilegii tenor talis est; *(Sliedi listina meštra, Olivera od god. 1306.)*. In quorum omnium testimonium et certitudinem pleniorem presentes litteras fieri fecimus ac šigilli prioratus nostri Hungarie • muniri et roborari. Datum in castro nostro Bella, die sexto mensis decembris, anno domini millesimo trecentesimo tricesimo sexto, indiccione quarta.

Prijepis XVIII. vijeka ovjerovljen po jfos. Pracaiću ban. tab. nota.ru u kr. zem. drkivti u Zagrebu: Doc. medii aevi a. 1306.

Na.originalu.je visio.pečdt.,; :- • „–<•.•.-.,•„.–, • • '-., • •' •.

Fejer;Cod. dipl.,Hung-. .VIII...,4..: 204.-—206j{e collect. .Sechenyana t. IV. ПО. 117.) ... :,

•',:•:- !•'•->••• *r.J-A '-ir:* ': *i W 'Г:Г.J* X, " •••;• *"Л* ',:•}

1336, S.deceihbra. U Avignonu. "'.'."'"'.'"'.'. ." .

-Benidikt.Xil. fttipa intenuje kdnottika -LovH-nta• iiskupom bosd'fi- •'': • • '• '•"• *s'kim'-ipreporuia 'ga M<i$'tima 4'"nafodu.'* • ;-;il: ' '

,,.;, Benedictus .epjscopus, seryus.:servorurn,dei,. Venera.bi.li rfr^tri, La,urent:io episcopo Boznensi;-,,s3:lutem -et. ap.ostplicam .^benedictionem. Milit.anti

ecclesie licet immeriti,' disponente domino, presidentes circa curam omnium solertia reddimur indefessa sohciti, ut iuxta pontificalis offitii debitum commissi nobis gregis dominici curam humiliter gerere, divina cooperante clementia, studeamus. Et quamquam assidue vigilemus: commodis singularum, tamen erga ilias, que deplorant viduitatis incommoda, propensiori solicitudine ac maiori pulsamur instantia, ut eis preficiamus yiros ydoneos in pastores, qui sciant et possint illis preesse utiliter, pariter et prodesse. Dudum siquidem bone memorie Petro episcopo Boznensi regimini Boznensis ecclesie presidente, felicis recordationis Iohannes papa XXII. predecessor noster intendens eidem ecclesie, cum vacaret, per apostolice sedis providentiam ydoneam preesse personam. provisionem ipsius ecclesie Boznensis, cum eam quovis modo et ubicumque vacare contingeret, dispositioni sue ac sedis predicte ea vice reservavit, decernens. extunc irritum et inane, si secus super hiis per quos•cunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum vero dicto predecessore viam universe carnis ingresso, • ac deinde prefata ecclesia per obitum ipsius Petri, qui dudum in partibus illis diem ; clausit extremum, pastoris solatio destituta, dilecti filii . . . prepositus et. capitulum ipsius ecclesie, huiusmodi reservationis et decreti forsan ignari, te tune canonicum eiusdem ecclesie, in sacerdotio constitutum, per formam compromissi quamvis de facto concorditer elegerunt, tuque reservationis et decreti predictorum similiter inscius huiuSmodi electioni de te celebrate de facto etiam consensisti. Et demum quibusdam asserentibus predecessorem eandem provisionem ipsius ecclesie dispositioni sue et dicte sedis antea reservasse, tu de huiusmodi reservatione dubitans ad eandem sedem personaliter accessisti, et tandem huiusmodi electionis negotium proponi fecisti in concistorio coram nobis. Nos igitur electionem ipsam utpote post et contra reservationem et decretum predicta de facto celebratam attendentes, ac eam, prout erat, reputantes irritam et inanem, ac ad provisionem ipsius ecclesie celerem et felicem, de qua nullus preter nos ea vice se intromittere poterat, reservatione et decreto huiusmodi obsistentibus, ne ipsa ecclesia longe vacationis exponeretur incomodis, paternis et solicitis studiis intendentes, et cupiontes eidem «cclesie -talem .preesse personam, que'sciret, vellet et posset eam pre•servare. a ndxiis et' adversis, ac in suis manutenere iuribus et etiam adaugere, post deliberationem,: quam super hiis cum • fratribus nostris habuimusl. diligentem, demum ad te, quem, prout .fidedigna relatione percepirhusj .morurri' et .vite -insignis honestas, litterarum scientia, spiritualium et:.temporalium providentia, aliaque multiplicia .virtuturrt. dona ..commendant, et in queitt.etiam -vota.,Ipsorum prepositi et capituli tam «bneorditer, ut -premittitur,: convenerant, direximus oculos mentis nostre;

quibus omnibus diligenti meditatione pensatis, de persona tua, nobis et fratribus ipsis ob huiusmodi exigentiam meritorum accepta, eidem Boznensi ecdesie de dictorum fratrum consilio auctoritate apostolica providimus, teque jili prefecimus in episcopum et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie tibi in spiritualibus et temporatibus plenariecommittendo. Ac subsequenter per venerabilem fratrem nostrum Iohannem episcopum Portuensem tibi fecimus munus consecrationis impendi, in illo, . qui dat gratias et largitur premia, confidentes, quod eadem Boznensis ecclesia sub tuo felici regimine, gratia tibi suffragante divina, prospere dirigetur, et salubria suscipiet incrementa. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus ad dictam Boznensem ecclesiam cum gratia nostre benedictionis accedens geras sollicite curam eius, gregem dominicum in illa tibi commissum doctrina verbi et operis informando; ita quod dicta Boznensis ecclesia gubernatori cirćumspecto et fructuoso administratori gaudeat se commissam, ac bone fame tue odor ex laudabilibus tuis actibus latius diffundatur, et preter eterne retributionis premium nostre benedictionis gratiam uberius valeas promereri. Datum Avinione, V. idus decembris, anno secundo.

In eodem modo. Capitulo ecclesie Boznensis, clero et populo civitatis et diocesis Boznensis, Stephano bano principi Boznensi, archiepiscopo Colocerisi, et Carolo regi Ungarie idem episcopus ut supra in aliis simiitbus- commendantur, verbis competeriter mutatis. Datum ut supra

Theiner Mon. hist. Hung. I. no. 909. p. 609.—610.
Fermendžin Acia Bosnae p. 23.

218.

1336, 14. deeembra. U Zagrebu.

Ban Mikić daj'e zemljište ubijenih Peirise i Jurja lliji sitiu Vučilovom: li~

Nos Mykch banus tocius Sclauonie memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis[1], quod Elyas filius Wiehilo fidelis noster ad nostram accedens presenciam exhibuit nobis quasdam lrtteras magistriEIye comitis de Hraschina et castellani de Greben, ac Gurke filii Branich comitis-terrestris *de* eadem Hraschina, in quibus continebatur quod Juan, Johannes, Nicolaus et Endre filri Kunad, nobiles iobagiones castri predicti secunda, feria proxima ante festum omnium sanctorum, anno domini MCCCXXX° quinto coram ers comparendo

quandam porcionem Bense attinere debentem in loco fori de Hraschina existentem, cum duabus vineis quondam cultura carentibus ad eandem pertinentibus in territorio de Hraschina plantatis et per eosdem filios Kunad cultura melioratis, Andre, Petrise et Georgio filiis Endre ciuibuš de loco ibri Hraschina antedicto pro decem marcis denariorum pignori obligassent tali modo, quod quandocumque filii prefati Bense ad eorum proprya(!) reuerterentur, tunc premissam porcionem cum vineis pro ipsis decem marcis ab ipsis Nicolao et [En]dre liberam haberent redimendi facultatem. Deinde quasdam alias litteras prefati magistri Elye comitis nostri de Hraschina et castellani de Greben legacionem eius continentes demonstrauit, in quarum tenoribus idem magister Elya nobis declarabat, quod Petrise et Georgio filiis Endre ciuibus antedictis occisis, prenominatus Andreas filius Endre frater eorum porcionem suam in dicta porcione ipsius Bense et vineis memoratis sibi attinentem de voliintate et permissione Georgii villici, Henchech, Guren, ... o, Thome et Mykaelis ciuium eiusdem fori pro certa quantitate pecunie memorato Elye filio Wlchilo tradidisset et assignasset; et quia porciones prefatorum Petrise [et] Georgii filiorum Endre hominum interemptorum, quas in dicta pecunia decem marcarum et per consequens porcione et vineis antedictis habere debuissent, iure dominii in nostram proprietatem extiterant deuolute, consideratis fidelitatibus et fidelium seruiciorum meritis prenominati Elye filii Wlchilo ipsas porciones predictorum Petrise et Georgii hominum interemptorum tamquam nostras et in nostrum ius deuolutas tradidimus et assignauimus retinendas; committentes, vt quandocumque filii prefati Bense ad proprya eorum reuerterentur, pro ipsis decem marcis dictam porcionem patris eorum cum vineis prenotatis ab ipso Elya filio Wlchilo redimere valeant et liberare. In cuius rei testimonium vberiorem ad cautelam sigillum nostrum autenticum duximus appendendum. Datum Zagrabie, secundo die festi beate Lucie virginis, anno domini MCCCXXX° sexto.

Ori%inal u narodnom muzeju u Budimpešti, a. 1336.; bivša zbirka jfankovićeva.
Viui se trag, gdje je visio pečat.

[1] Slijedi rupa, nastala uslijed gladjenja.

219.

1336, 20. decembra. U Zagrebu.

Mikič ban potvrdjuje kaptolu zagrebačkomu uobičajeni sajam u Toplici.

Nos Mykch banus tocius Sclavonie universis presencium notitiam habituris salutem in eo qui est omnium vera salus. Ea que ad honorem et profectum sancte matris ecclesie et eius ministrorum ordinentur . . . per quempiam pie creduntur cum multiplicato fructu in celesti patria refundenda. Qua ducti consideracione forum, quod ab olim in possessione Zagrabiensis capituli Thoplica vocata, circa ecclesiam beatissimi Martini confessoris ibidem sicut didicimus ad utilitatem dicte Zagrabiensis ecclesie consueverat celebrari, volumus et mandamus diebus sabbatinis de cetero et in perpetuum conveniri, congregari et exerceri libere, contradicti&ne cuiuslibet non obstante. In cuius rei testimonium et robur perpetuum presentes fecimus appensione sigilli nostri communiri. Datum Zagrabie, in vigilia Thome apostoli, anno domini millesimo CCC°XXX° sexto.

Original u arkivu kaptola zagrebačkog;: Acta antiqua fasc. 56. no. 2. na listini visi vrvca od zelene i cj-vene svile.

220.

1336 20. dece^ibra. U Zagrebu.

Zagrebački kaptol pise banu Mikiću, da nije mogao obnoviti medje posjeda Noooga dvora, jer je to Nabrad zapriječio.

Magnifico viro domio Mykch bano tocius Sclauonie, capitulum ecclesie Zagrabiensis oracionutn suffragia deuotarum. Litteras serenissimi principis domini Karoli dei gracia illustris regis Hungarie recepimus hunc tenorem continentes: *(Slijedi nalog kralja Karla od 26. oktobra 1336.).* Nos vero mandatis eiusdem domini nostri regis obedire cupientes, cum Martino filio Ladizlai homine ipsius discretum virum dbminum Georgium archydiaconum Chasmensem, socium et concanonicum nostrum pro testimonio duximus transmittendum, qui quidem homo domini regis ad nos reuersus sub testimonio dicti nostri hominis nobis retulit,

•quod reambulatis metis dicte possessionis W^^udwor vocate, dum nouas «rigere voluissent, Joliannes de Nabrad in locis vbi dicte mete possessionem ipsius contingere videbantur, ipsos ab ereccione metarum nouarum prohibuisset, quare eundem secundo die festi beati Nicolai confessoris nunc preteriti contra predictum Paris in eodem loco prohibicionis ad presenciam vestram citauissent, quindenas diei citacionis prenotate eidem pro termino coram nobis comparendi assignando, quoniam nos per magistrum Johannem filium Johannis filii Junk requisuistis mandando, ut vobis seriose premissa omnia rescriberemus, ideo fecimus quod iussistis. Datum in vigilia beati Thome apostoli, anno prenotato.

Iz origin. prijepisa bana Mikića od 3. aprila 1337. u kr. ugar. drž. arkivn u Bndimpeiti: M. O. D. L. no. 34.010. — Stara signatura: 2V. R. A. fasc. 1597. no. 32.

221.

1336. 22. decembra. U Zadru.

Mihajlo de Zadulinis iupnik sv. Petra izjavljuje, da neće više tražiti neku svotu od Jakoba sma pokojnoga Martina.

In dei nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo sexto, indiccione quinta, die vigesimo secundo mensis decembris, Jadere. Tempore domini Francisci Dandulo incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Blasii Geno egregii comitis. Cum dominus Michael de Zadulino plebanus sancti Petri de platea Jadere affictaueerit Jacobo condam Marini mercatori Jadere quandam domum cum statione dicte ecclesie sancti Petri positam in confinio sancti Laurencii de Jadera ad decem annos proximos futuros [pro] precio afictus viginti solidorum grossorum quolifbet] anno, ut per(!) publico instrumento scripto manu Blasii Michaelis Jadrensis notarii anno incarnacionis domini millesimo trecentesimo trigesimo sexto, indicione quinta, die decimo septimo mensis octobris etc, ut in eo legitur, et cum idem Jacobus de uoluntate et ex certa sciencia predicti plebani pro aptatura et reparacione dicte domus cum stacione tam intra quam [extra] expendisset tantum, quod ascendit ad libras quadraginta denariorum venetorum paruorum; facta super hoc racione cum ipso plebano quas uoluit ipse plebanus conputari in affictum dicte domus cum statione, item cum super hoc dictus plebanus contentus et confessus fuerit habuisse et recepisse ab ipso Jacobo libras. . . . quattuor denariorum paruorum

*

uenetorum pro parte solucionis affictus ipsius domus cum statione,. quod . . . . conputatis expensis dicte domus cum statione ascendit ad summam quadraginta solidorum grossorum uenetorum, quos dictus plebanus conpensauit sibi in affictu primorum duorum annorum de predictis decem annis, imoque antedictus plebanus per se suosque heredes et successores fecit dicto Jacobo pro[1] se et suis heredibus et successoribus recipienti plenam securitatem.; finem, quietacionem et pactuin de ulterius non petendo de predictis quadraginta solidis grossorum venetorum; hoc acto expresso per pactum inter contrahentes predictos, videlicet, quod totum illud quod posuerit ipse Jacobus in aptatura et reparatione dicte domus cum statione intus et extra, deinde in finem termini antedicti libere debet esse et remanere in domo et statione preter scaffas et perticas stationis que esse debent Jacobi supradicti. Promittens predictus plebanus per se suosque heredes et successores sine aliqua exceptione iuris uel facti se obligando predicto Jacobo pro se et suis heredibus et successoribus stipulanti eidem uel suis heredibus aut successoribus de dictis quadraginta soldis grossorum uenetorum litem uel questionem ullo tempore non inferre aut mouere, nec inferrenti consentire, cum sit ei pro duobus predictis primis annis integr • persolutum atque satisfactum, set hanc solucionem pro primis duobus annis predictis firmam et ratam habere et non contrafacere per . se uel alium aliqua racione uel causa de iure uel de facto sub pena quarti et omnium dampnorum, expensarum et interesse litis et extra super se et bonis suis habitis- et habendis, et pena soluta uel non, presens tamen instrumentum pro modo predicto in sua permaneat firmitate, omni exceptione et sui defensione remota. Insuper Petrus condam Grisogoni de Zadulino precibus predicti plebani sui fratris se constituit principalem fideiussorem, excalumpniatorem et solutorem pro predicto plebano eidem Jacobo se principaliter, et in solidum obligando eidem Jacobo, quod requisito et non requisito dicto plebano ipse Jacobus possit eundem Petrum conuincere et conuenire tam de predicta constitucione quadraginta solidorum grossorum quam eciam de tempore priorum duorum^ predictorum annorum et dampnis^et expensis et de omnibus et singulis supradictis, et nichilominus uofuerunt predicti plebanus et Petrus, quod ipse Jacobus ^possit se tenere super eos ambos et eorum alterum, super quem et sicut uoluerit principaliter et in solidum de sorte et de omnibus et singulis supradictis super se et eorum bonis. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis testibus, videlicet Gregorio Detrici et Grisogono Uiti Domaldi de Zadulino, ciuibus Jadere et aliis.

[1] Dva puta pisano.

(Drngi rtckopis).

f Ego Nicolaus Madii Gallelli iudex examinator examinaui,

Et ego Siluanus Francisci de Foroiulio imperiali auctoritate notarius et nunc communis jadre iuratus predictis interfui, et ut audiui rogatus scripsi et roboraui.

(Signum not.J

Qriginal u atkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata •a. 1336.

222.

1336. (?)-1347. (?).

Sijepan kralj srpski ođredju/e, da Dubrovčanima nitko ne smije otimatitrsovinc.

† Пише кралевьство ми, да ѥ вѣдомо всакомѹ. Створи милость кралевьство ми всѣмь трьговцемь дѹбровьчкимь, кои ходе по земли кралевьства ми, и такози имь се обѣта кралевьство ми кь господа бога и кь прѣчистѹю матерь божию, да им не ѹзме нища кралевьство ми безь кѹпа, ни кнезь кралевьства ми ни ки властелинь ѹ земли кралевьства ми да не ѹзме нища безь кѹпа, ни само кралевьство ми да не ѹзме силомь безь кѹпа, развѣ да си продаю, свободно ходе по земли кралевьства ми, ни на панагюри ни ѹ коѥмь трьгѹ ѹ земли кралевьства ми да имь нища не ѹзме силомь кралевьство ми, развѣ да ходе по трьговѣхь, и що своѡмь волѥмь продаю кралевьствѹ ми, да имь кралевьство ми плаќа кѹпь како и прочи людиѥ. И на моѭ вѣрѹ на кралевѹ да се ни ѹ чемь не поткори кралевьство ми, що смь писаль.

† Стефань краль.

Miklosich Mon. Serb. p. 120.

223.

1337, 17. jarmara. U Višegradu.

Karlo kralj ugarski i hrvatski nalaie sucima plemića županije požeike, da ispitaju e da li posjed Orljavica pripada Nikoli sinu , Aladara.

Karolus dei gracia rex Hungarie fidelibus suis iudicibus nobilium de comitatu de Posaga salutem et graciam. Dicit nobis Nicolaus filius Aladary de Ferrou conquerendo, quod quedam possessio Aryauicha. vocata in comitatu de Posaga existens ad ipsum iure hereditario perti- neret et deberet pertineri, sed nuc(!) Duym comes eiusdem comitatus ipsum niteretur molestare seu agrauare in eo, quod ipsa possessio in nullo eidem Nicolao pertineret et eciam indebite ipsam(!) vteretur, super quo fidelitati vestre precipientes mandamus, quatenus vnum ex vobis transmitatis, qui ab omnibus quibus decuerit sciat et inquirat super eo,. vtrum ipsa possessio Aryauicha ad ipsum Nicolaum titulo iuris heredi- tarii debeat pertinere nec ne omnimodam veritatem, et post hec prout vobis veritas constiterit de premissis nobis fideliter rescribatis. Datum in Vysegrad, feria sexta proxima ante quindenas epiphaniarium domini,. anno eiusdem M°CCC°XXX° septimo.

Iz originalnog izvještaja župana Stjepana od 21. marta 1337. u kr. ugar. drž. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.581. — Stara signat. N. R. A. fasc. 1508. no. 9.

224.

1337, 20. januara. U Avignonu.

Benedikt XII. papa biskupu skradinskomu neka poda dispenzu ie- nitbenu Ivanu bribirskomu sa Katarinom sestrom Mladena kliskoga.

Benedictus episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri . . .. episcopo Scardonensi, salutem et apostolicam benedictionem. Petitio dilectorum filiorum nobilium virorum Iohannis Georgii de Briberio et Mladini Clisie et Scardone comitum tue diocesis nobis exhibita conti- nebat, quod ad sedandum graves guerras et inimicitias, que inter eos ac eorum communes, consanguineos et amicos, pacis emulo procurante, vigere noscuntur, ex quibus villarum et castrorum subversio, homicidia

et alia mala plurima sunt secuta, necnon ad pacem et concordiam inter eos, actore domino, reformandam utriusque partis amicis procurantibus habitus est tractatus, ut idem Iohannes Georgii comes et Catharina soror dicti comitis Mladini matrimonialiter copulentur; sed quia dicti Iohannes et Catherina quarto consanguinitatis gradu invicem se contingunt, matri- monium huiusmodi contrahere nequeunt, dispensatione super hoc aposto- lica non obtenta: quare predicti Iohannes et Catherina nobis humiliter supplicarunt, ut cum eis, quod impedimento huiusmodi non obstante huiusmodi matrimonium licite contrahere valeant, dispensare misericor- diter dignaremur. Nos igitur, qui salutem querimus singulorum et libenter Christi fidelibus quietis et pacis commoda procuramus, huiusmodi pacem et concordiam inter dictos nobiles reformari sopitis discordiis cupientes, eorum supplicationibus inclinati fraternitati tue per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus si est ita cum eisdem Iohanne Georgii comite et Catherina, quod impedimento, quod ex dicta consan- guinitate provenit, aliquatenus non obstante possint huiusmodi matri- monium ad invicem licite contrahere, et in eo, postquam contractum fuerit, libere remanere apostolica auctoritate dispenses, prolem suscipiendam ex huiusmodi matrimonio legitimam nuntiando. Datum Avinione, XIII. kalendas februarii, potificatus nostri anno tertio.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. no. 257. p. 19i. — Iz reg. an. III. par. 2. ep. 11.
Farlati Illyr. sacr. IV. 18.

225.

1337*, mjeseea januara. U Zadru.

Stanoje sin Radovanov prima od svoga tasta TomaSa Kvarčića miraz svoje supruge Lipice.

. . . .[menjsis, ianuarii, Jadre. Tempore domini Francisci Dandulo incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gratia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Blasii Geno egregii comitis. Confiteor ego Stanoy peliparius filius condam Radouani Jadrensis, me recepisse a te Thomassio Quarcig de Jadra socero meo libras quinquaginta denariorum paruorum in ratione partis bonprum

* Od juna 1336. bio je knez zadarski Blaž Geno, zato mećemo listinu u ja- naar 1337.

paternorum et maternorum Lipice filie tue uxoris mee, videlicet unam vineam extimatam libras sexdecim denariorum paruorum, positam in monte Briacello super terram ecclesie sancti Mathei de Jadra, que reddit septimum pro terratico dicte ecclesie ad barcam, consenciente ad hec occasione dicte vinee Johanne condam Guidi de Matafaris procuratore domini Demetrii de Matafaris fratris sui, plebani predicte ecclesie, et residuum dictarum librarum quinquaginta recepi in pannis et aliis rebus mobilibus extimatis. Quas libras quinquaginta denariorum paruorum promitto saluas facere, tenere, regere et custodire secundum ius et consuetudinem rerum uxoris, promittens ego dictus Stanoy per me meosque heredes et successores predictas libras quinquaginta denariorum paruorum dare, reddere et restituere dicte Lipige uxori mee suisque heredibus et successoribus in omni tempore et euentu rerum uxoris restituendarum super me et bonis meis omnibus. De qua vinea sunt circa tres gognai, cui de austro et vinea Nicolai Rasumig mediante via, de trauersa vinea domine Marie relicte Bernaldi, de borea vinea Mare Karini et de quirina vinea Russi zappatoris, omnes in terra dicte ecclesie. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Barthe condam Petri de Sloradis et Nicolao de Vitchor, ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis.)

Ego Vulcina Petri de Matafaro iudex examinator manum misi.

(Signum not.)

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus seripsi et publicaui et signo meo et nomine roboraui.

Original u gubernijal. arkivu u Zadru, odio samost. sv. Dominika no. 2455.

Listina je odozgo krnja.

Na hrptu moderno: a. 1336.

226.

1337, 1. februara. U Višegradu.

Karlo kralj ugarski i hrvatski odredjuje na molbu biskupa zagrebačkog Ladislava, da se u Ivaniću pobire za crkvu zagrebačku maltarine kao i u sv. Martinu.

Nos Karolus dei gracia rex Vngarie memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod cum venerabilis

in Christo pater dominus Ladizlaus eadem gracia episcopus Zagrabiensis, fidelis familiaris noster ad presenciam nostre serenitatis agrediendo ecclesie nostre sancte regis Stephani de Zagrabia in pontibus possessionis eiusdem ecclesie Iwang nominate, vt quemadmodum in sancto Martino ibidem prope super firmam terram exigitur ipsi nostri(!) ecclesie tributum, a nobis dari et conferi perpetuo postulasset. Nos autem de modo, qualitate et quantitate exaccionis tributi eiusdem in sancto Martino noticiam non habentes, consuetudine regni nostri exigente fidelibus nostris ecclesiarum capitulis Albensi et de Posaga, vt ipsi approbata consuetudine regni nostri requirente homines ipsorum pro testimonio fidedignos cum Vizlo uel Gunger[1] aut Petro eorum aliquo hominibus nostris ad sciendum exinde ueritatem transmitterent, et tandem facti seriem nobis rescribere deberent, dedissemus scribentes in mandatis. Post hec dicta duo capitula fideliter nobis rescripserunt super hoc in hec uerba. Et primo sequitur tenor htterarum rescripcionalium capituli ecclesie ^Albensis, qui talis est: *(Slijedi listina kaptola stolnobiograd. od 24. marta 1336.: vidi pečujsku.)* Item incipit tenor litterarum rescripcionalium pretacti capituli de Pasaga in hec uerba: *(Slijedi listina kaptola pozeskog od 24. aprila 1336.)* Item ad peticionem eiusdem domini episcopi tenorem Iitterarum nostrarum patencium super donacione eiusdem tributi confectarum presentibus inseri iussimus, qui talis est: *(Slijedi lisiina kralja Karla od 30. novembra 1335.)* Nos itaque ex tenoribus litterarum rescripcionalium memoratorum fidelium nostrorum capitulorum, videlicet Albensis et de Pasaga ecclesiarum super modo, qualitate et quantitate exaccionis tributi, quod in sancto Martino super firmam terram exigitur, modo premisso informati, ut quemadmodum ibi, sic in pontibus dicte possessionis Iwang deinceps legittima tributa exigi committentes, prout exinde ab eisdem duobus capitulis nobis rescriptum extitit, confirmamus. Datum in Wysegrad, in vigilia purificacionis virginis gloriose, anno domini MCCCXXXVIP.

Original u arkivu nadbiskupije u Zagrebu: Privilegialia a. 1336.

Na hrptu nalazi se trag velikoga okrugloga pečata.

Kodeks: Liber privil. episcop. Zagrab. list. 25.—26. u arkivu nadbiskupiye u Zagrebu I B. IX 167.

[1] Mjesto Gunter.

227.

1337, 8. februara. U Zadru.

Krševan de Vttaca itd. frodaju Danijelu Varikaii folovicu zemlje svoje u Trećcima.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo sexto, indictione quinta, die octauo mensis februarii, Jadre. Tempore domini Francisci Danduli incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, dei. et apostolice sedis gracia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Blasii Geno egregii comitis. Nos Grisogonus de Vitaga, Vitus et Marinuš filii dicti Grisogoni, nobis conssenciente ad omnia et singula in hoc instrumento contenta dicto Grisogono patre nostro, ciues Jadre, uendimus tibi Danieli de Varicassis ciui Jadre medietatem nostram pro indiuiso unius sortis terre posite ad Trecci, que tenet Michaelus, de qua medietate nostra dicte sortis terre conuentamus tibi esse gognaios quindecim, et si plus est, cedat in hanc uendicionem absque precii addicione cum omnibus pascuis, aquis, vineis, arboribus, pertinenciis et iuribus ad ipsam medietatem nostram dicte sortis terre quidem pertinentibuš, ad habendum et quicquid tibi deinceps placuerit perpetuo faciendum sicut de tuo proprio, in qua medietate nostra dicte sortis terre cum omnibus suis pertirienciis et iuribus ponimus te ex nunc in possessionem. Pretio cuius uendicionis nos predicti uenditores recepimus a te dicto emptore libras centum uiginti quinque denariorum paruorum, promittentes nos dicti uenditores per nos nostrosque heredes et successores tibi dicto emptori tuisque heredibus et successoribus dictam medietatem nostram dicte sortis terre cum omnibus suis pertinenciis et iuribus excalumpniare in racione ab omni persona super nos et bonis nostris omnibus et super quemlibet nostrum in solidum, ad quem te tenere uolueris de dicta excalumpniacione, sicut et quociens uolueris reiterando ubique locorum omni excepcione remotis, nullo pretermisso obstante. Cuius sortis terre alia medietas est tui dicti Danielis ita, quod nunc tota predicta una sors terre est tui dicti Danielis, que est ex nouem sortibus terre nostre, cui toti terre seu ville de borea est terra heredum Michaelis Bochorci et eius nepotis et partim terra de Podbergian[e], de quirina partim via publica et partim terra de Racice et partim pasculum monasterii sancti Cosme et Damiani de Monte, de trauersa terra aliorum consorcium terre de Treccj et partim terra uocata Chotuschina et terra de Podbergiane, et de austro terre ville de Gelsane et partim terra Lemesouo-hraschie.

Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Marino de Tarallo et Miroio filio Chranoy, Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Barte Gregorii de Sloradis examinator manum misi.

(Signum not.).

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo meo et nomine roboraui.

Original u arkivu grofova Begna u Posedarju: P. no. 60.

228.

1337, 13. februara. U Zadru.

Prodan Longinović podanik samostana sv. Krševana daje svomu sinu Marinu zemlju na Velikom oloku.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo sexto, indictione quinta, die tercio decimo mensis februarii, Jadre. Tempore domini Franceschi Dandulo incliti ducis Venecie, et venerabilis patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, ac domini Blasii Geno egregii comitis. Prodanus Longinouich' uilanus monasterii sancti Grisogoni de Berbegno dedit et concessit ad laborandum Marino filio suo et procurandum pro se et suis heredibus et successoribus recipienti unam suam uineam. circha(!) trium gognaiorum positam super terra dicti monasterii sancti Grisogoni, positam in insula Magna in loco uocato Sauro; cui hos dixit esse confines: De austro est uinea Cressoli filii Vulchsse po^ita super terra dicti monasterii, de quirina est uia publica, de borea est uinea Johannis Buface posita super terra dicti monasterii, et de trauersa est boschum, hinc ad per(!) totum tempus uite dicti Prodani. Promittens dictus Prodanus dicto Marino dictam uineam sibi et heredibus et successoribus suis excalumpniare ab omni persona, collegio et uniuersitate, dictamque dationem siue concessionem firmam et ratam habere, tenere, obseruare et adimplere hinc ad terminum supradictum. Et e conuerso predictus Marinus promisit stipulatione solempni dicto Prodano dictam uineam quolibet anno congruenter p[ri]oribus bene putare seu cerpire et zapare secundum formam statutorum et consuetudinum Jadre et uindemrare et . , . res et fructus recoligere omnibus suis laboribus et expensis atque quartam partem dicto monasterio sancti Grisogoni pro terratico annuatini

dare et consignare secundum modum consuetum et reliquam uero partem diuidere de omnibus fructibus exinde percipiendis annuatim et medietatem dicto Prodano bona fide dare et consignare omnibus suis expensis, •et reliquam medietatem pro se retinere, hoc pacto inter eos expresse inito et aposito, qucd post obitum dicti Prodani dicta uinea sit et esse debeat et in parte dicti Marini deueniat. Que omnia et singula in hoc contractu contenta promiserunt dicte partes uicissim, silicet vnus alteri ad inuicem solempni stipulatione hinc inde intervenientibus firma et rata habere, tenere, obseruare et adimplere et non contrafacere uel uenire per se uel alium aliqua causa ratione uel ingenio de iure uel de facto, sub pena decem librarum denariorum paruorum inter eos ad inuicem stipulatione promissa et reffectione damnorum et expensarum litis et extra et obligatione omnium suorum bonorum utriusque ipsorum •et pena soluta uel non, rata maneant omnia et singula suprascripta Actum et firmatum est hoc presentibus Zeorgio condam Blasii de Soppe •et Laurentio Jacobi.de Bogde, ciuibus Jadre testibus ad hec uocatis et rogatis et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Nicolaus Madii Galelli iudex examinator examinaui.

(Signum not.)

Ego Jacobus condam Bonacursi de Forliuio imperiali auctoritate notarius et Jadrensis notarius predictis omnibus presens fui et rogatus scripsi et publicaui et signum meum aposui consuetum.

Origmal u gubernijalnom arkivu u Zadru; odio samostana sv. Krševana. Kaps. XIX. no. 467.

229.

1337, 23, februara. U Zadru.

Zamn Varikaša daje Krasanu Vrančiću iz Cema zemlju, da nasadi vinograd.

In dei nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo sexto, indicione quinta, die vigesimo tercio mensis februarii, Jadre. Tempore domini Francisci Danduli incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Blasii Geno egregii. comitis. •Caninus Pauli de Varicassis ciuis Jadre concessit Crasano Vrangchich vilano Cose de Begna ad Cerno pro se et suis heredibus recepienti vnum

gognaium terre sue posite ad Cernum in loco qui dicitur Colicamig ad pastinandum ad quartum hinc ad tres annos proxime futuros, cui de trauersa est terra dicti Cose, de borea, de quirina et de austro est terra predicti Zanini, ad habendum et usufructuandum et quidquid sibi et suis heredibus de iure placuerit faciendum, saluo semper iure dicti Zanini proprietatis dominii et terratici et omni alio iure secundum consuetudinem et statutum Jadre. Promittens ipse Zaninus per se suosque heredes et successores se obligando predicto Crasano pro se et suis heredibus stipulanti dictum vnum gognaium terre sibi et suis heredibus et successoribus ab omni persona in ratione defendere et excalumpniare super se et bonis suis. Et hoc promisit et fecit predictus Zaninus, quia dictus Crasanus promisit per se suosque heredes et successores se obligando predicto Zanino pro se et suis heredibus et successoribus stipulanti dictum vnum gognaium terre predicte hinc ad tres annos predictos pastinare et complere vitibus de bono genere, et ipso pastinare viginti quinque arbores oiiuarum et omnes alias arbores secundum consuetudinem et statutum Jadre, sub pena sex yperperorum, et de omnibus fructibus qui percipientur ex dicta vinea pastinanda dare et assignare ipsi Zanino uel suo nuncio legali et sine fraude, ibi in vinea quartam partem et aportare hic in Jadra ad domum ipsius Zanini suam quartam partem- omnibus suis expensis dicti Crasani, et si in fraude ipsum inuenerit, se obligauit eidem Zanino ad penam yperperorum predictam, et dictam terram pastinatam . . . . . placare pocladis et grebenicis et bis zapare in anno secundum consuetudinem et statutum Jadre, si uero iura sua alteri uendere uoluerit, debet primo ipsi Zanino denunciare, et si ea emere voluerit, dare sibi pro illo precio, quod ab aliis habere poterit, si autem emere noluerit, liceat iunc sibi aliis uendere iura sua dando tunc Zanino predicto vnum castratum uel soldos viginti paruos venetos, saluo semper iure ipsius Zanini predicto. Que omnia dictus Crasanus promisit ipsi Zanino, ut predictum est, attendere et obseruare super se et omnibus suis bonis presentibus et futuris. Actum est hoc et firmatum coram Priboio condam Jolchig et Daniele Vrlanac vilanis Cosse de Begne in Cerno, testibus ad hec uocatis et aliis.

(Drugi rukopis.)

f Ego Barte Gregorii de Sluradis (!) exsaminator(l) manum misi.

(Signum not.)

Et ego Siluanus Franciscus de Foroiuli imperiali auctoritate notarius et nunc iuratus predictis interfui et ut audiui rogatus scripsi et roboraui.

Original ti arkivu grofoia Begna u Posedarju: P. no. 49.

230.

1337, 1. marta. U Koprivniei.

Mikić ban označuje prodaju zemlje, da je učinjena zlobno i lainim pismom.

Nos Mykch banus tocius Sclauonie memorie commendamus, quod magistri Johannes et Emricus filii Herricy, item Andreas filius Belus, pro se et pro Dominico fratre suo nobiles de Gorbonuk ad nostram accedentes presenciam nobis protestando significare curaverunt, quod Nicolaus filius Belus, possessionarias porciones suas universas precipue que olym Dobrozlai fuisset(!) et specialiter possessionem Lachkalaz vocatam eisdem vicinantes et eciam iure hereditario sibi debentes in ipsorum preiudicium et grauamen sine eorum scitu et voluntate Nicolao dicto Nemeth mediantibus literis privilegialibus magistri St[ephani], comitis nostri Crysiensis nomina et consensus eorumdem in facto ipsius vendicionis et emcionis debitos in eisdem litteris maliciose ascribendo cum absentes fuissent, vendidisset, tradidisset et assignasset. Vnde facientes protestacionem ipsum Nicolaum a vendicione premissarum possessionariarum porcionum suarum, ipsum verum Nicolaum dictum Nemeth, ab emcione eadem prohibuerunt coram nobis, asserentes et manifesto probantes, quod in dictis literis privilegialibus prefati magistri Stephani comitis nostri Crisyensis, in facto ipsius emcionis et vendicionis confectis nomina et consensus eorum nequiciose et maliciose ipsis absentibus annotari fecissent et ascribi; idcirco cum tempus advenerit opportunum, litem super hoc sequi vellent et movere. Datum in Kapr[un]cha, sabbato proximo post festum beati Mathye apostoli, anno domini M°CCC°XXX° septimo.

Original u kr. ug. državnom arkivu u Budimpešti: M. O- D. L. no. 3044. — Stara sign.: N. R. A. fasc. 1697. no. 6. — Na hrptu se vidi trag pritisnuta okru^la pečata.

Nagy Cod. dipl. Andeg. III. 323. — 334.

231.

1337, 10. marta. (U Napulju).

Karlo kralj napuljski daje progoniti Rogera Angela notara iz Barola, što je pronevjerio u Sibeniku za Baroli sabrane novce.

Karlo Roberto pišc: »Potestati et communi civitatis Ancone« *da zadrše nekog Rogera, koji je bježao u Ankonu s novcem, što ga je dobio od šibeničke općine, a vlaslničtvom* »Hugolini campsoris et Petrucii de Sirefranco de Barolo«, *koji su njega označili svojim ptmomoćnikom* »ad conferendum se ad civitatem Schibinici de partibus Sclavonie, petendum et recolligendum, nomine et-pro parte ipsorum, a communitate dicte civitatis Schibinici, certam pecunie summam debitam dictis exponentibus pro certa victualium quantitate, et assignatam comunitati prefate olim infra annum quarte indictionis proximo preterite. Diches (!) inde, procurator, receptis per eum exinde a comunitate predicta ducatis auri mille, cum pecunia ipsa fugam "krripiens, ad dictam civitatem Ancone dicitur confugisse.«

Rcg. Angioini.
Makušev Zapiski XIX. 2. pril. 3. p. 51.—52.
Rački Rad XVIII. 229. Mnogo kracc.

232.

1337, 18. marta. U Spljetu.

Notarski prijepis oporuke Jelene kćeri Vuka bana bosanskoga i udovice Vuka Hrdniča.

Hoc est testamentum nobilis domine, đomine Elene filie condam magnifici viri domini Vuch bani Bosne et relicte olim magnifici viri Vuch Hranich, habitatricis in monasterio sancti Benedicti de extra muros Spaleti, clausum et sigillatum more civitatis Spaleti in cera comuni sigillo inpressivo, a parte cuius exteriori, videlicet a tergo sic scriptum erat, videlicet:

MCCCXXX. VII., indictione XV[1], die XVIII. marcii, Nobilis domina, domina Elena filia condam magnifici viri Vuch bani Bosne et relicta magnifici viri Vuch Hranich, habitatrix ad presens in mo-

[1] Pogreška pisarska, ima biti samo V. (quinta).

monasterio sancti Benedicti de Spaleto sana per Christi gratiam mente,. sensu et intellectu, corpore vero languens, presentavit mihi Dominico de Manfredis notario publico et iurato comunis Spaleti hoc testamentum clausum et sigillatum asserens suum esse testarnentum et ultimam volu.ntatem, rogans me notarium predictum, ut sue mortis casu adveniente illud aperiam et in publicam formam redigam secundum formam statutorum et consuetudinum Spaleti.

Actum et presentatum in monasterio predicto in camera querentis predicte domine Elene testatricis, presentibus Marco calzolario et Radosio Utisseni, testibus vocatis et rogatis. Ser Antonio Stagni consiliario examinatore.

Postea vero in dictis MCCCXXXVIL, indictione XV.[1] vigesima dicti mensis marcii, cum dicta domina Elena diem suum clausit extremum, ego idem Dominicus de Manfredis notarius publicus et iuratus comunis predicti dictum testamentum coram domino comite antedicto et eius mandato in presentia testium et examinatoris infrascriptorum aperui,. legi et publicavi de verbo ad verbum. Cuius tenor a parte interiori talis fuit et est videlicet:

MCCCXXXVII. a di XVIII de marzo.

Jo madonna Jelena fiola de Volch'o ban, fazo lo mio ultimo testamento con la mente sana et di corpo infirma.

Item lego in opera di jesia de sam(!) Benedicto ducati cento e sette, de li qual CVII. lego a Marin de Andrea ducati vinti, che se resbate perche questi ducati cento sete mi a dar dito Marino di Andrea, e de questi ducati otantasete voyo che i capelani per duy ani de dir le messe ogni di per anima mia in dita jesia de sam Benedeto, e resto che se meti in ovra della jesia de sam Benedeto.

Item lego a madoha abadissa de sam Benedeto taze do una grande et altre pizola.

Item lego a mio patrato dom Pietro primacerio ducati diexe d'oro per anima mia.

Item lego. a comun lire cinque.

Item lego alle surele moneghe de sam Benedeto, le quale sonc* quatro qua al prexente lire cinquanta.

Item 1'ego a madona abadissa Mira de sam Benedeto, mia vesta nova nigra.

Item lego a dona Dobra una fodra de conigli et lire vinti, moler che fo del ser Francisco PochavancicL.

Item lego a Ursa fiola de Jacxa la mia fodra de volpe.

' Isto tako pogrešno.

Item lego tuto mio leto fornido a Mira fiola de ser Agostin da Sibenicho, e una taza d' arzento mazor.

Item ancora lego a dita Mira dui trapeti.

Item recomando dita Mira in mani di dona abadissa come mia fia in tuto, si per caxo dita Mira morissi avanti ordine, che remania la mita a la jesia et altra mita a la so madre zo che li lasso.

Item lego che se diga chantamisse, do per anima mia e tre cantamisse per anima de mio padre e de mia madre e per anima di mia sorela.

Item lego ducati oto che vadam[1] do homeni a Roma per anima.

Item lego ducati tre, che vadam do homini a santa Maria de Trani.

Item lego a sam Cosma e Damiano uno dopier de livre du.

Item lego a Stana Magazica lire quaranta, e si la recomando a Jnadona abbadissa e ale sorele.

Item lego a Dragna mia fante lire duxente e vinti, de la qual cossa si dita Dragna more, che possa testar lire cinquanta et altro cbe vada in jesia de sam Benedetto.

Item fazo li miei comessarii ser Marim(!) de Andrea e ser Arnier de Lorenzo, e che non possa far niguna cossa zenza mio patrato dom Pietro e madona abbadissa de sam Benedetto, e questo faro co la volonta e consentimento de madona abbadissa de sam Benedeto.

Item lego a madona abadissa Mira choslieri storti cinque e a ser Micha de Andrea choslieri storti tre, e a Mira choslieri quatro.

Item lego a Biloslava mio fante livre XV.

E tuto resto che remane che vada per mani de mei commessarii, cossi staboli come moboli, e come digo de soua che niguno dei commessarii non possano far zenza volonta de madona abadisse Mira e mio patrato dom Pietro primancero.

E questo voglo e che sia mia ultima volonta.

Actum, apertum et publicatum super sala magna superiori palacio communi, presentibus ser Petro Martini et ser Daniele de XL. de Ventre, camerario camere XXX. vocatis et rogatis et ser Antonio Stagni consiliario examinatore.

Bulleltino. XXI. p. 15.—17.

[1] Valjda mjesto »vadano".

233.

1337, 21. marta. (U Požegi).

Zupan Stjepan izvješćuje kralja, da posjed Orjavica pripada Nikoli sinu Aladara.

Excellentissimo domino eorum Karulo dei gracia illustri regi Hungarie comes Stephanus capitaneus generacionis Borich bani et Iwan comes terrestris fideles famulatus quoad uiuunt. Recepimus litteras vestre serenitatis honore decenti hunc tenorem continentes: *(Slijedi pismo kralja Karla od 17. januara 1337.)* Juxta earundem continenciam comitem Vcelynum filium Johannis nobilem de Posaga virum ydoneum ad premissa destinauimus, qui demum ad nos reuersus nobis dixit, quod ipse a nobilibus de Posaga quam pluribus et communibus hominibus diligenter inquirendo, sciuimus, quod ipsa possessio Aryauicha vocata eidem Nicolao iure hereditario pertineret. Datum feria sexta proxima post dominicam reminiscere anno supradicto.

Original u kr. ugar. državnom arkivu n Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.581. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 1508. no. 9.

Na hrplu listine bijaše pritisnut pečat.

234.

1337, 27. marta. U Požegi

Pred kaptolom požeškim biva prodaja polovice posjeda Ilove u kotaru virovitičkom.

[CJapitulum ecclesie beati Petri de Posaga vniuersis Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentes litteras inspecturis salutem in domio sempiternam. Ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod Nicolaus, Petrus et Egidius filii Mauricii de Barana, pro se et pro Leukus fratre ipsorum in nostri presencia personaliter constituti, confessi sunt oraculo viue vocis, quod ipsi et predictus Leukus frater eorumdem dimidietatem possessionis Ilua nuncupate in districtu de Vereucha existentis, super qua capella sub honore beati Georgii martiris est constructa, porcionem videlicet a parte castri Soploncha existentem, per ipsos filios Mauricii a Petro filio Dyonisii filii Gud, Nicolao filio Georgii fratris sui nec non domina Elyzabeth sorore eiusdem Petri uterina ac Jacobo filio ipsius mediantibus litteris

privilegialibus capituli ecclesie Chasmensis pro triginta quinque marcis precio comparatam, prout in eisdem litteris priuilegialibus predicti honorabilis capituli ecclesie Chasmensis nobis ibidem exhibitis vidimus contineri, cum terris arabilibus, vineis, siluis, aquis, fenetis, locis molendinorum ac aliis utilitatibus universis ad eandem medietatem predicte possessionis pertinentibus, nobili viro magistro Nicolao dicto Treutul, comiti Posoniensi, similiter pro triginta quinque marcis ab eodem plene, ut dixerunt, receptis dedissent, tradidissent et vendidissent in heredum heredes iure perpetuo et irreuocabiliter possidendam, tenendam pariter et habendam, assumpmentes et obligantes se prenominati Nicolaus, Petrus et Egidius filii Mauricii super eo, quod si predictus Leukus frater ipsorum eo. quod idem in facto predicte vendicionis possessionis prenotate coram nobis personaliter non comparuit, racione dicte medietatis possessionis prelibate aut aliquarum vtilitatum suarum adversus prefatum magistrum Nicolaum vel heredes suos vllo unquam tempore moveret ordine iudiciario requisicionem aliqualem, extunc ipsi Nicolaus, Petrus et Egidius nlii Mauricii, expedirent seu expedire ac defendere tenerentur propriis eorum laboribus ex expensis. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem ad peticionem eorundem filiorum Mauricii presentes concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus magistri Johannis lectoris ecclesie nostre, feria quinta proxima ante dominicam letare, anno ab incarnacione domini millesimo trecentesimo tricesimo septimo.

Original u kr. ugar. držav. arkivu- u Budimpešti: M. 0. D. L. no. 3053. — Stara signatura: N. P. A. fasc. 689. no. 16.

Na listini visi o svilenoj vrvci zelene boje dobro sačuvan šiljato-ovalni pečal kaptolskt u običnom vosku sa slikom sv. Petra u biskupskoj odori. Legenda u capitali »6". capituli ecclesie sfanjcti Petri de Posoga^.

*Na hrptii savremeno u pismu knjiga: »Priuilegium capituli ecclesie sancti Petri apostoli de Posoga super empcione medietate possessioms Illua a Nicolao, Petro et Egidio Jilii »Mauricii et aliis interms expressis«. Osim toga kancelarijska bilfeška: *collatum et communitum*.*

Nagy Cod. dipl. Andeg. III. 337.—338.

235.

1337, 3. aprila. U Zagrebu.

Ban Mikić rijeiava spor izmedju Parisa i Ivana Nabrada glede posjeda Novidvori.

Mykch banus tocius Sclauonie omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum igitur noticiam harum serie volumus peruenire, quod cum comes Paris filius Paridis, Philipus et Pasa filii eiusdem receptis litteris serenissimi principis domini Karoli dei gracia illustris regis Hungarie domini nostri naturalis, quandam possessionem eorum Wyuduor vocatam in comitatu Crisiensi existentem, per Petrum filium Jacobi vel Martinum filium Ladizlai, altero absente hominem regium sub testimonio honorabilis capituli Zagrabiensis ecclesie iuxta suas metas veteres et antiquas presentibus vicinis et cometaneis eiusdem reambulari et vbi necesse fuisset nouas metas iuxta veteres erigi facere voluissent, contradictores autem in huiusmodi processu apparentes habita citacione contra eosdem de mandato regio in termino competenti coram nobis conparere debuissent, prout hoc idem prefatus dominus noster rex predicto capitulo Zagrabiensis ecclesie nobis rescribere demandabat. Tandem ipsum capitulum Zagrabiense nobis rescripserat in hunc modum: *(Slijedi pismo zagreb. kaptola od 30. decembra %. 1336.).* Ipsisque quindenis occurrentibus, quia sollempnitas festi natiuitatis domini appropinquabat, pro eo ipsam causam. ad congregacionem nostram primitus celebrandam duximus dilatandam. Cumque eandem congregacionem nostram in octauis epiphanie domini proxime preteritis in Zyrch cum nobilibus Sclauonie celebrassemus, prefatus comes Paris filius Paridis iuxta continenciam priorum litterarum nostrarum in figura iudiciaria exsurgendo contra Johannem de Nabrad proposuerat eo modo, quod pridem per magistrum Martinum filium. Ladizlai, hominem regium mediante testimonio discreti viri domini Georgii archydiaconi Chasmensis, hominis honorabilis capituli Zagrabiensis ecclesie possessionem suam Wyuduor vocatam per veras et antiquas metas reambulari et iuxta veteres presentibus vicinis et commetaneis nouas erigi facere voluisset, memoratus Johannes de Nabrad in locis dicte mete, ubi possessioni eius vicinabantur, precipue in quadam particula terre, quam primitus in composicione arbitratoria mediantibus litteris nostris anno domini M°CCC°XXX° secundo confectis facta eidem resignasse et prohibuisse peribetur,(!) ipsas nouas metas erigere non permittendo eidem contradiccione obuiasset. Quo audito prefatus Johannes de

Nabrad responderat ex aduerso, quod premissam prohibicionem dictarum nouarum metarum ereccionibus non in particula terre, quam sibi in composicione nominata resignasset, facere curasset, sed quia idem comes Paris de possessione sua aliam particulam sibi ereccione nouarum metarum excidere • voluisset, idem ideo super hoc eidem prohibicione obuiasset, vnde quia premissarum metarum erecciones et reambulaciones per homines regium et nostrum ac testimonium capituli Chasmensis ecclesie, illos videlicet, qui primitus et antea easdem reambularant eo tempore, quo dicta particula terre per ipsum Johannem prohibita et demum in eadem concordia facta fuerat fieri debebat et tractari, prefatum capitulum Chasmensis ecclesie postularamus reurenter, vt ipsi discretum virum magistrum Thomam quondam decanum eorum pro testimonio ad premissa transmitterent exsequenda, coram quo magister Johannes filius Rooh homo regius, Petrus filius Jacobi et magister Martinus filius Ladizlai homines nostri in octauis diei cynerum in faciem premisse possessionis Wyuduor vocate accedendo, secundum tenorem litterarum nostrarum composicionalium predictarum tunc exhibendarum, coram vicinis et commetaneis eiusdem viderent et rescirent, si idem Johannes de Nabrad in ereccionibus metarum dicte particule terre, super quam primitus concordauerat, memorato comiti Paridi fecerit prohibicionem aut in excisione et occupacione alterius particule terre de possessione eiusdem Johannis de Nabrad facienda sibi contradixerit omnimodam veritatem, et post hec tocius facti seriem prout veritas per eosdem constaret de premissis ad octauas dicti diei reambulacionis et inquisicionis nobis amicabiliter intimarent; denique memoratum capitulum Chasmense nobis rescripserat reuerenter, quod dum ipsi nostris peticionibus iustis et honestis obediendo cum predictis Petro filio Jacobi et magistro Martino filio Ladizlai hominibus nostris, ac magistro Jolianne filio Rooh homine regio, discretum virum Thomam quondam decanum,- socium et concanonicum eorum ad premissa exsequenda pro testimonio duxissent transmittendum. Demum iidem Petrus et magister Martinus homines nostri vnacum magistro Thoma socio et homine eorum pariter ad eos reuersi retulissent, quod ipsas metas possessionis antedicte eo modo reperissent, prout primitus mediante homine regio nostro et eorum limitata extitisset, ipse quidem Johannes dictus de Nabrad de eadem particula, pro qua in primis mediantibus litteris nostris cum predicto comite Paride concordauerat, ipsa concordia habita tandem contradictor extitisset, quam quidem particulam presente eciam Georgio archydiacono Chasmensi quondam homine capituli Zagrabiensis ecclesie inuenissent iusto modo limitatam et ad ipsum comitem Paridem pertinere. Nos igitur, qui vniuscuiusque iusticiam ex statera equitatis metiri et pensare debemus, premissa

veridica relacione ipsius Chasmensis capituli informati vnacum nobilibus Sclauonie tribunal iudiciale nobiscum assidentibus dictam particulam terre sub metis et limitibus suis prioribus, quibus per hominem regium et nostros presente Georgio archydiacono, olym homine capituli Zagrabiensis circumdata extiterat et limitata, prefato comiti Pafidi et per eum suis hercdibus heredumque suorum successoribus perpetuo adiudicauimus possidendam, tenendam pariter et habendam, et licet sepefatus Johannes de Nabrad racione premisse temerarie sue prohibicionis contra dictum comitem Paridem super particula terre antedicte facte, amissis vniuersis possessionibus et bonis suis pena calumpnie puniri debuisset, demum quia idem comes Paris misericordia motus et pietate de nostra licencia et permissione speciali cum eodem concordauit, et nos rigorem iuris in hoc lenitate misericordie obtemperantes peperamus(!) eidem premissam penam calumpnie et amissionem possessionum suarum, receptis suis seruiciis et quadam quantitate pecunie de nostra parte relaxantes. Mete autem premisse possessionis Wyuduor vocate prout magister Martinus filius Ladizlai homo noster et magister Georgius archydiaconus Chasmensis ecclesie, quondam homo capituli Zagrabiensis nobis in registro presentarunt hoc ordine distinguntur: Prima meta incipit in vicinitate terre Pauli dicti de Gavyg in vno fluuio Restinna vocato vbi est arbor piri cruce signata, inde ascendit per vnam vallem in vicinitate terre Garyguasarhel et venit ad arborem twl cruce signatam, inde per dumos nyr descendit in vallem vbi est fluuius Moriachi, inde per vallem. transeundo venit ad arborem byk in capite dicte vallis cruce signatam, inde transit per campum ad dumum auellanarum vbi est meta terrea, inde iterum venit ad metam terream, inde ad orientem et cadit in vnam vallem siccam et venit ad antiquam piscinam, deinde per vnam vallem ascendit ad orientem et venit ad arborem gortiam(!) cruce signatam meta terrea circumfusam, inde per magnam viam versus septemtrionem eundo venit ad arborem twl cruce signatam, inde flectitur versus occidentem per vnam vallem siccam et cadit in fluuium Camaria et per dictum fluuium vadit infra per magnum spacium et venit ad arborem gertian cruce signatam, inde versus orientem ascendit supra per arborem merasarum vbi est meta terrea.' Inde vadit inter duas(!) dumos vbi est meta terrea» inde transit magnam viam ad orientem et venit ad arborem twl cruce signatam et ibi diui dit possessionem Petri dicti Teuch, inde per campum eundo venit ad metam terream, ab hinc venit ad arborem cerasarum cruce signatam meta terrea circumfusam, inde per metas terreas venit ad arborem nar cruce signatam et ibi vicinatur terre Andre filii Mark, inde flectitur ad occidentem ad duas arbores cruce signatas, inde iterum da meridiem reflectitur circa siluam bene magnam auellanarum et alia-

rum arborum que remanet comiti Paridi, terra autem purificata et puia remanet Johanni dicti(!) Nabrad, inde venit ad arborem piri cruce signatam prope domum iobagionis dicti Johannis Nabrad, inde vertitur ad orientem per vnam vallem et venit ad vnam arborem gertian cruce signatam, inde prope descendit ad vnum puteum et per ryuulum eiusdem putei cadit in vnam vaiiem versus meridiem vbi exit per vnam vallem et venit ad vnam arborem pomi dicti parisalma cruce signatam, inde venit supra ad vnam arborem twl cruce signatam, inde ad meridiem per uiam transit ad arborem haas cruce signatam, inde flectitur ad orientem et venit ad dumos qui diuiduntur per medium, deinde vadit ad orientem et venit in vnam vallem siccam in vicinitatate terre Johannis de Nabrad et iterum iungitur terre Johannis filii Martini, et per eandem vallem ad meridiem venit vsque terram Demetrii filii Nicolai et inde per vnam vallem vadit ad occidentem et venit ad arbores harazth cruce signatas, inde venit ad metam terream, deinde ad aliam metam terream et per medium duarum villarum descendit in ryuulum(!) Padesna et per illum fluuium descendit ad meridiem, venit' et exit ad fluuium Jaztrebina et per eundem vadit ad occidentem et circuit montes Habhygi dictos et per vnam siccam vallem versus septemtrionem venit ad duas arbores twl cruce signatas, inde vadit versus occidentem prope ad arborem piri cruce signatam, inde similiter versus ocidentem procedendo intrat in siluam et in medietate silue vadit versus meridiem in magno spacio per arbores cruce signatas et venit vsque metas Jacobi et fratrum suorum, videlicet filiorum Johanniš filii Luca vbi est arbor twl cruce signata, inde ad arborem piri prope in capite cuiusdem vallis existentem et per illam vallem descendit et cadit in aquam Garyg. et per illam descendit in magno spacio et venit ad priorem metam ibique terminantur mete pcssessionis antedicte. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras nostras priuilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas. Datum Zagrabie, tercio die . mensis aprilis. anno domini millesimo CCC°XXX° septimo.

Originai u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 34.010. — Stara sign.: N. R. A. fasc. 1597. no. 32.

Na listim vzsi zelena svilena vrvca s pečatom, na kojem se samo razabire s'tit, ostalo je izglodano.

236.

1337, 5. appila. U Zagrebu.

Ban Mikić nalaže čazmanskom kaptolu, da uredi medje posjeda Račice, što ga je on darovao Tomi sinu Beke kaHelanu grada Stenišnjaka.

Viris discretis et honestis capitulo Chasmensis ecclesie amicis suis honorandis Mykch banus tocius Sclauonie amiciciam paratam cum honore. Noueritis, quod quia possessio magistri Thome filii Beke castellani nostri de Stennichnak Rachicha vocata in comitatu Crisiensi existens per nqs sibi collata metarum renouacionibus et ereccionibus, ab aliorum possessionibus seperacione fore indigeret, pro eo amiciciam vestram presentibus requirimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimoriio fidedignum, quo presente Ladislaus litteratus vel Petrus filius Jacobi aut Vinchech aliis absentibus homo noster, ad faciem premisse possessionis accedendo vicinis et commetaneis eiusdem legitime conuocatis et presentibus reambulet eandem per veras metas et antiquas, nouas iuxta veteres ubi necesse fuerit erigendo, reambulatamque relinquat ipsis magistro Thome antedicto et fratribus suis, videlicet Andree et Johanni perpetuo obtinendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint contra eosdem ad nostram citet presenciam ad terminum competentem et post hec diem et locum citacionis, nomina citatorum, terminum assignatum cum cursibus metarum nobis amicabiliter studeatis intimare. Datum Zagrabie, sabbato proximo ante dominicam iudica, anno domini M^CCCXXXmo septimo.

Iz kotarnog lista čazmanskog kaptola od 10. aprila 1337., kako ga potvrdio ban Mikić 12. aprila 1337. a prepisao zagrebački kaptol 18. aprila 1337.

Original potonjega u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti M. 0. D. L. no. 33.583. — Stara sign. N. R. A. fasc. 1508., no. 11.

237.

1337, 6. aprila. U Krku.

Kupoprodaja trsja u Remauru.

In nomine domini amen. Anno a nativitate eiusem 1337., indictione 5., mensis aprilis, die 6. intrante, Vegle, in curia infrascripti Andrini,

coram domino Joanne dicto Subrina iudice comunis Vegle, et presentibus Nicolao quondam Marini, ser Lampridio olim iudice, Quinno dicto Beviaqua sartore, testibus, et aliis -rocatis et rogatis. Ibique Andreas filius quondam Guslini, et Dominica eius soror fuerunt confessi et contenti, quod Maria eorum mater adhuc vivens pro dono librarum quinque denariorum venetorum parvorum, quas ipsa recepit et habuit ab Andrino quondam Matthei Qualisii, dedit, traditit et donavit pure, libere, simpliciter et irrevocabiliter inter vivos, iure proprio in perpetuum Andrino supradicto pro se et suis heredibus et successoribus recipienti unum neresium situm in contra Rivi maioris, ab una parte cuius possidet Andrine predictus, ab alia Dominicus quondam Saraceni, a tertia Dominicus filius Jacobi de Voyno, ut ibi dicebatur, ad habendum, tenendum, possidendum, et quidquid sibi et suis heredibus et successoribus deinceps placuerit perpetuo faciendum, cum omnibus et singulis suis iuribus et pertinentiis, et quod habet supra se vel infra seu intra se, et omni introitu et exitu suis usque in viam publicam, et omni aho iure proprii; et eius nomine se constituit possidere, promittentes dicti Andreas et Dominicus per se et suos heredes et successores dicto Andrini(l), pro se et suis heredibus et successoribus stipulanti dictam donationem per eandem Mariam eorum matrem factam, et omnia et singula supra et infrascripta perpetuo firma et rata habere, tenere et non contrafacere vel venire per se vel alios aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto, nec ipsam donationem ingratitudine vel alia quacumque caUsa revocare, vel eam ab omni homine et universitate legitime defendere, atque dischalumniare(!) sub pena duppli ipsius. . . . . et omnium damnorum et expensarum litis et extra, et obligatione omnium suorum bonorum presentium et futurorum, et pena soluta vel non, presens contractus semper firmus existat.

Ego Joannes dictus Subina(!) iudex manum misi.

(Signum not.).

Ego Petrus fiiius quandam Joannis. . . . . de Vegla imperiali auctoritate iudex ordinarius et notarius hiis interfui et rogatus scripsi.

Bartoli Zbornik p. 51.

238.

1337, 7. aprila. U Čazmi.

Pred čazmanskim kaptolom iskupljuje ineštar Tonio polovmu imanja Račice.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod Johannes et Nicolaus filii Samsonis pro se et Drach fratre ipsorum, item Stephanus filius Thome pro se et Mykaele ac Korardo fratribus suis a parte vna, ab altera autem magister Thomas filius Beke pro se, Andrea et Johanne fratribus suis coram nobis personaliter constituti, idem magister Thomas filius Beke solucionem viginti duarum marcarum, quam in nostra presencia iuxta continenciam et formam litterarum magnifici viri domini Mykch bani tocius Sclauonie exinde confectarum predictis filiis Samsonis et filiis Thome memoratis pro redempcione dimidietatis possessionis Radchicha vocate, uidelicet pro parte superiori, feria secunda proxima post dominicam iudica facere debebant, ipso die adueniente predictus magister Thomas filius Beke solucionem superius nominatam filiis Samsonis et filiis Thome predictis plenarie persoluit in numerata et prompta pecunia, ipsique filii Samsonis et filii Thome pro se et fratribus suis predictis dictam dimidietatem possessionis Radchicha vocate cum omnibus vtilitatibus et pertihenciis suis, prout eandam iidem habuerunt et tenuerunt, reliquerunt et commiserunt filiis Beke supradictis perpetuo possidendam in filios filiorum. Litteras eciam, quibus et quarum auctoritate ipsam dimidietatem possessionis obtinebant, tradiderunt et assignarunt ad manus magistri Thome filii Beke predicti, et si aliquas maliciose occultassent et reseruassent, auctoritate presencium mortuas reliquerunt et viribus carituras, si unquam in lucem proferentur. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentibus sigillum nostrum ad peticionem parcium duximus appendendum. Datum feria secunda proxima post dominicam iudica, anno domini millesimo CCC° tricesimo septimo.

Original ti narodnom muzeju u Budimpešti a. 1337.; pridošao g. 1895. zamjenom iz kr. ugar. držav. ark. u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.583. — Stara signatura: N. R. A./asc. 1508. no. 10. Ovdje se cwja pod istom brojkom i drugi original.

Na listini vise o svilenoj vrvci zelene boje dva odlomka pečata.

239.

1337, 10. aprila. U Čazmi.

Kaptol čazTiianski opisuje medje posjeda Račice.

Magnifico viro domino Mykch bano tocius Sclauonie, capitulum Chasmensis ecclesie oraciones pro eo ad dominum debitas et deuotas. Vestre magnitudinis litteras recepimus in hec verba: *(Slijedi lisiina bana Mikića od 5. aprila god. 1337.).* Nos uero mandatis vestris obedire cupientes vt tenemur, discretum virum magistrum Jacobum socium et concanonicum nostrum ad premissa pro testimonio cum predicto magistro Ladislao homine vestro transmisimus, qui quidem socius noster vna cum eodem homine vestro demum ad nos personaliter redeuntes nobis concorditer retulerunt, quod ipsi ad faciem predicte possessionis personaliter accessissent et eandem conuocatis commetaneis et vicinis specialiter Stephano filio Beke et Desen filio Thome ac aliis conuocatis per veras et antiquas metas reambulassent, nouas vbi necesse fuit erigendo, sicque reambulatam predicto magistro Thome filio Beke et fratribus suis prenotatis permittentibus et consencientibus commetaneis et vicinis memoratis statuissent cum omnibus vtilitatibus et pertinenciis suis perpetuo possidendam, nullo contradictore penitus apparente. Mete autem ipsius possessionis, prout easdem idem homo vester et dictus socius noster nobis in scriptis apportarunt, sunt tales: Incipit prima rneta a parte meridionali de arbore fyz cruce signata meta terrea circumfusa existente circa fluuium Rachicha, ab hinc uersus ecclesiam beati Stephani ad arborem piri cruce signatam meta terrea circumfusam, deinde asscendit per v am paruam transeundo magnam viam prope cimiterium venit ad magnam viam, ab hinc uersus septemtrionem asscendit montem per magnam viam venit ad arbores haas cruce signatas, deinde in uertice ipsius montis ad duas arbores haas cruce signatas iuxta magnam viam, ab hinc per ipsam viam uersus septemtrionem ad metam terream, deinde in uertice ipsius montis per magnam viam ad metam terream, ab hinc similiter ad metam terream vbi est byk arbor, inde per antiquam viam in uertice ipsius montis ad arbores gertian et haas, inde ad arborem has cruce signatam, ab hinc in vicinitate terre Bokua per antiquam viam et metas terreas in bono spacio ad arborem berkna cruce signatam, inde asscendit per antiquam viam in magno spacio ad metam terream, ab hinc in uertice ipsius montis per antiquam viam asscendit ad metas terreas, deinde per eandem antiquam viam ad metas terreas, ab hinc ad metam terream, deinde per antiquam viam ad arborem has cruce signatam,

deinde per antiquam viam in uertice montis ad arborem gertian cruce signatam, ab hinc ad metam terream circa spinas, ab hinc ad arbores has et piri cruce signatas, deinde per eandem antiquam viam ad metam terream, ab hinc uersus orientem ptr metam terream asscendit monticulum vbi sunt arbores has et tul, deinde in uertice montis per antiquam viam desscendit et vadit per ipsam antiquam viam ad magnas arbores, ab hinc ad arbores tul et byk cruce signatas, deinde uersus orientem ad metam terream, ab hinc asscendit monticulum per metas, deinde ad arborem byk cruce signatam vicinis duabus metis terreis, ab hinc ad metam terream, inde asscendit ad uerticem montis ad arbores tul et byk cruce signatas meta terrea circumlusas, ab hinc uersus meridiem similiter in vicinitate terre Bukua ad metam terream, inde ad arborem tul meta terrea circumfusam, et de ipsa arbore in uertice montis per metam terream in bono spacio asscendit monticulum vbi est arbor tul et due mete terree, item ad metam terream, ab hinc ad metam terream circa spinas, in.de ad arborem byk circa viam, et de ipsa arbore in vicinitate Stephani filii Beke de Gorbonok desscendit uersus occidentem ad arborem byk cruce signatam in capite silue Kopronichicha et de ipsa arbore desscendit per vallem et de ipsa valle uersus aquilonem vbi est arbor byk cruce signata asscendit per vnam paruam vallem.uersus montem et venit ad arborem tul meta terrea circumfusam, et .de ipsa arbore per metam terream vbi est arbor cerasy, ab hinc ad metam terream circa viam, inde uersus occidentem per viam venit ad arborem tul. cruce signatam et meta terrea circumfusam, abhinc uersus aquilonem per antiquam viam desscendit et venit ad arborem cerasi, inde ad dumum raquitie meta terrea circumfusam et de ipso raquitie cadit in fluuium Rachicha, per cursum ipsius fluuii versus meridiem in magno spacio venit ad priorem metam. Datum feria quinta proxima post dominicam iudica, anno superius annotato.

Iz potvrdnice bana Mikića od 12. aprila 1337., kako fu prepisao zagrebački kaplol 18. aprila 1337.

Origmal posljednje povelje n kr. icgar. drz. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.583. — Stara signatura : N. R.A- fasc. 150S. no. 11.

240.

1337, 11. aprila. U Avignjonu.

Benedikt XII. papa nalaie biskupima dalmahnskim, da sude Ivanu de Camporiano Ivanovcu sbog prilezništva.

Mandatum archiepiscopo Jadrensi et Nonensi ac Scardonensi episcopis, quatenus faciant iustitiae complementum super eo, quod Joannes de Camporiano frater praefectus ordinis hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani, diabolico spiritu instigatus, habitu dimisso, falsoque se alio nomine Bonjoannes faciens nuncupari, matrimonium, imo verius contubernium, cum quadam muliere contraxit; secumque plura bona mobilia et immobiiia dicti hospitalis nequiter asportavit, et a communis civitatis Jadrensis suffultus potentia, detinet occupata; instantibus priore et fratribus prioratus sancti Joannis Hierosolymitani de Ungaria. Datum Avenione, 3. idibus aprilis, anno tertio pontificatus.

Farlati III. sacr. V. 96.

241.

1337, 12. aprila. U Zagrebu.

Ban Mikić polvrdjuje medje posjeda Račice, kako ih je ustanovio čazmanski kaptol 10, apnla '1337.

Mykch banus tocius Sclauonie omnibus Christi fidelibus presentibus ei futuris presens scriptum inspecturis salutem in domino sempiternam. Quoniam ea que geruntur in tempore, ne in posterum cum tempore defluuant(!) et labant, ad cautelam scripti solent patrocinio roborari. Proinde ad vniuersorum igitur noticiam harum serie volumus peruenire,. quod cum magister Thomas filius Beke castellanus noster de Stennichnak pro se ac pro Andrea ac Johanne fratribus suis ad nostram accedendo presenciam, quandam possessionem eorum Rachicha vocatam in comitatu Crisiensi existentem, per nos olim eis collatam, metarum renouacionibus et ereccionibus ac ab aliorum possessionibus separacione plurimum fore indigere affirmasset, et nos honorabile capitulum Chasmensis ecclesie, ut ipsi suum mitterent hominem pro testimonfo fidedignum, quo presente Ladislaus litteratus uel Petrus filius Jacobi aut Vynchech altero absente, homo noster ad faciem premisse possessionis.

accedendo, vieinis et commetaneis eiusdem legitime conuocatis et presentibus reambularet eandem per veras suas metas et antiquas nouas iuxta veteres ubi necesse fuerit erigendo, reambulatamque relinqueret ipsis magistro Thome. Andree et Johanni fratribus suis perpetuo possidendam, si non fieret contradictum, contradictores autem si qui fierent contra eosdem ad nostram citaret presenciam ad terminum competentem, et posthec diem et locum citacionis, nomina citatorum, terminum assignatum ac tocius facti seriem nobis amicabiliter intimarent postularamus reuerenter, quod quidem capitulum demum nobis rescripsit in hec uerba: *(Slijedi listina čazmanskog kaptola od 10. aprila 1H37.)* Nos itaque ex huiusmodi veridica relacione premissi capituli Chasmensis ecclesie ad plenum informati, prescriptam possessionem eorundem magistri Thome, Andree et Johannis filiorum Beke, Rachicha vocatam, sub metis assignatis et erectis eisdem perpetuo in filios filiorum eoruhdem deputauimus et relinquimus possidendam pariter et habendam. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras nostras priuilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas. Datum Zagrabie, primo idus aprilis, anno domini M°CCC°XXX° septimo.

Iz oririnalnog prijepisa zagrebačkog kaptola od 18. aprila 1337. jt kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. _L. no. 33.583. — Stara sign. N. R. A. fasc. 1508. no. 11.

242.

1337, 18. aprila. U Zagrebu.

Zagrebački kaptol prepisuje povelju iana Mikića od 12. aprila 1337. glede posjeda Račtce, svojine Tome i njegove braće sinova Bekinih.

Capitulum ecclesie Zagrabiensis vniuersis presencium noticiam habituris salutem in domino sempiternam. Honorabilis vir dominus Johannes archidiaconus de Guerche, socius et concanonicus noster in nostri presencia personaliter constitutus, exhibuit nobis nomine nobilis viri magistri Thome filii Beke castellani de Stennichnak et fratrum suorum quoddam priuilegium magnifici viri domini Mykch bani tocius Sclauonie super quadam possessione Rachicha vocata confectum, petens eiusdem magistri Thome et fratrum suorum uerbo et nomine. dictum priuilegium transscribi et nostro sigillo consignari. Cuius tenor talis est: *(Slijedi povelja bana Mikića od 12. aprila 1337.)* Nos vero aduertentes peticiones dicti archidiaconi iustas et honestas, maxime cum dictum

priuilegium invenimus non abrasum non cancellatum nec in aliqua sui parte viciatum, eius tenorem de uerbo ad verbum presentibus inseri fecimus et nostri appensione sigiili muniri. Datum feria sexta proxima ante festum beati Georgii martiris, anno domini M°CCC°XXX°VH.

Original u kr. ugarskom drž. arkivu u Budimpešti: M. 0. D. L. no. 33.583. — Stara signatura : N. R. A. fasc. 1508. no. 11.
Na listini visi žuta i crvena svilena vrvca bez pečala.

243.

1337, 22. aprila. U Zadru.

Nikoleta udova Ljubislava gradjamna zadarskog obvezuje se Radoslavu iz Liča, da će mu platiti devetdeset libara.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo trigesino septimo, indictione quinta, die vigesimo secundo mensis aprilis, Jadre. Tempore domini Francisci Dandulo incliti ducis Venecie, et uenerabilis patris domini Nicolai de Matafarris decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, ac domini Blasii Geni egregii comitis. Nicholetta uxor olim Lubislaui ciuis Jadre per se et suos heredes et successores sine aliqua exceptione iuris uel facti se obligando promisit Radosclauo condam Henrici de uilla sancti Petri de Licha eius genero et nunc habitatori Jadre pro se et suis heredibus et successoribus stipulanti dare, soluere et numerare sibi uel suis heredibus aut successoribus uel eius certo nuntio uel cui mandauerit in ciuitate Jadra hinc ad duos annos proxime uenturos nonaginta libras, tredecim soldos et denarios quatuor denariorum venetorum paruorum, quos denarios confessa fuit et contenta eidem dari debere pro precio et nomine precii triginta quatuor ducatorum auri, quos ab eo emit ad racionem viginti venetorum grossorum pro quolibet ducato ac sibi integre datos, habitos, ponderatos et numeratos esse, exceptioni non habitorum, non numeratorum, non ponderatorum, non receptorum dictorum ducatorum et omni alie legis et iuris auxilio et omnibus statutis, prouisionibus, reformationibus et consuetudinibus ciuitatis Jadre pro ea in aliquo facientibus omnino renuntians. Quod si dictos denarios eidem creditori in dictis loco et termino non dederit, non soluerit, ut dictum est, promisit ut supra, se daturum et soluturum eidem Anchone, Obrouec et alibi ubicumque locorum terrarum et fori eandem inuenerit uel ab ea petitum fuerit sine lite et briga et exceptione aliqua, et

nullam controuersiam, exceptionem, defensionem seu negationem iuris uel facti generalem uel specialem in aliquo oponere uel oponi facere, set predicta omnia et singula firma et rata habere, tenere, obseruare et adimplere et non contrafacere uel uenire per se uel alium aliqua causa, racione uel ingenio de iure uel de facto sub pena quarti supradicte quantitatis pecunie stipulantione iri singulis capitulis huius contractus in solide promissa; cum reffectione dampnorum et expensarum Iitis et obligatione omnium suorum bonorum presentium et futurorum, quorum ab ea precariam recepi possessionem; constituens se ea bona ipsius creditoris nomine precario possidere, donec de dictis bonis posessionem(F) acceperit corporalem, quam accipiendi sua auctoritate et retinendi deinceps ei licentiam omnimodam contullit atque dedit; et pena soluta uel non, rata maneant omnia et singula suprascripta. Actum et firmatum est hoc presentibus nobilli uiro domino Mauro millite condam Federici de Grisogono ciue Jadre et Crestolo filio Cranic Tamburello habitatore Jadre, testibus ad hec uocatis et rogatis et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Nicolaus Madii Galelli iudex examinator examinaui.

(Signum not.).

Ego Jacobus condam Bonacursi de Forliuio imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus predictis omnibus presens fui et rogatus scripsi et publicaui et signum meum aposui consuetum.

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru a. 1337.

244.

1337, 4. maja. U Zadru.

Petar Contareno gradjamn zadarski, daje 'Jurislavu Cepreniću i njegovoj ženi, kmetovima samostana sv. Marije u Brdu, zemlju u Drenovcu, da nasade vmograd.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo septimo, indicione quinta, die quarto mensis maii, Jadre. Tempore domini Francisci Danduli incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris,. dei et apostolice sedis gracia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Blasii Geno egregii comitis. Ego Petrus Contarenus ciuis Jadre concedo uobis Jurislauo Ceprenig et Brathe coniugibus, uillanis monasterii sancte Marie monialium de Jadra ad Berdafm] pro uobis et filiiš uestris masculinis.

recipientibus gognaios quinque terre mee posite ad Drenouac ad pastinandum vineam et complendum cum vitibus et aliis neccessariis secundum consuetudines et statuta Jadre usque ad quatuor annos proxime futuros sub pena yperperorum sex; et de toto quod exinde prouenerit, debetis mihi dare quartam partem annuatim conductam ad domum meam ibi ad villam; item singulis videmiis(!) debetis mihi dare unam galinam ; et cum dicta vinea diuidetur inter dictos filios uestros, debeo habere galinam a quolibet (!) parte habente dicte[1] vinee[1] singulis videmiis, et quociens dicta vinea uendetur, tocicns uenditor ipsius mihi unum arietem castratum de grossis duodecim dare debet; de iure autem vestro exinde facietis vestrum uelle sicut de uestro proprio, iure meo predicto et orrini alio secundum consuetudines et statuta Jadre semper saluo. Et promitto uobis dictam terram cum suis pertinenciis et iuribus excalumpniare in racione ab omni persona super me et bonis meis omnibus. Cui terre de quirina est potoch, de trauersa terratici mei, de borea terra domine Eufemie relicte Francisci de Zadulinis, de austro terratici Francisci de Nosdrogna. Et nos dicti coniuges laudamus et affirmamus omnia et singula predicta consenciente altero alteri nostrum et attendere promittimus super nos et bonis nostris omni excepcione remota. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Grisogono de Stumulo et Mladino pilipfario] filio condam Dragossi, Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Nicolaus Dobri de[1] Begne iudex examinator examinaui.

(Signum not.)

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo meo et nomine roboraui.

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru a. 1337.

245.

1337, 5. maja. П Napulju.

Kralj Karlo napuljski daje Jeleni banici hrvatskoj godišnji prinos.

Auctoritate vnius mandati regii thesaurariis regiis presentibus et futuris directi, dati Neapoli, die V. maii, III.* proxime preterite, nojati in

[1] Pisano dvaputa.
[2] Ispušteno aindictionis«.

predicta precedenti ratione eorum facta per totum mensem nouembris huius V. indictionis pro magnifica muliere domina Helena banissa Sclauonie, consanguinea dicti domini regis de soluenda dicte domine Helene, vel eius pro ea procuratori aut nuncio, seu mercatoribus de societate Bonaccursorum de Florentia, vel alteri eorum, de quorum nominibus dominus rex fidei thesaurariorum ipsorum inheret, annua prouisione vnciarum quadraginta in florenis auri quinque per vnciam comp utatis; quas eidem domine Helene idem dominus rex in subsidium expensarum suarum exhiberi prouidit anno quolibet, a die primo mensis martii; dicte III. indictionis in antea, singulis mensibus sex anni cuiuslibet, in principio scilicet ipsorum singulorum sex mensium vncias viginti de quacunque fiscali pecunia sine aliqua . retentione feudalis seruitii, cum seruitium regie curie debitum. proinde . tempore- guerre frementis in regno, quo baronibus aliis eiusdem regni seruitium generaliter indicetur, ratione eiusdem prouisionis annue, ab eadem domina Helena nullatenus dominus rex. vult pro parte curie deduci , seu quomodolibet retineri, cum idem dominus rex intelligat ex.dicta prouisione ann.ua, quam eidem domine Helene in subsidium expensarum suarum, si.cut predicitur, exibendam prouidit, ac dicti mandati tenore declarauit ac.iussit d.e certa eius. scientia. prefate curie in aliquo non debere seruiri,. prout. in dicto mandato regio clarius continetur. -

Satisfacto Ruffo Aldobrandini mercatori de predicta societate Bonaccursorum de Florentia nomine et pro parte dicte domine He.lene de provisione eiusdem domine per totum mensem octobris, dicte V. indictionis; sicut in ratione thesaurariorum ipsorum predicti temporis continetur.

Die II. predicti mensis maii, Neapoli, solute sunt eidem Ruffp Aldobrandini mercatori de societate Bonaccursorum de Florentia nomine et pro parte dicte domine Elene (!) banisse Sclauonie contingentes eandem dominam pro dicta annua prouisione sua vnciarum quadraginta florenorum auri facta sibi per maiestatem regiam pro vita sua, prout in dicto mandato regio continetur, pro mensibus novembris, decembris, ianuarii, februarii, martii et aprilis proxime preteritorum huius, V. indictionis in florenis auri vncie viginti. . . . . vncie XX.

Izvana.i »Pro domina Helena banissa Sclauonies.

Reg.Ang. Q.\ 269. Reg. Roberti regis; . . . "' -
MakuSev. Zapiski XIX. 2. pril. 3. 44. imade sadrzaj.
Wenzel Acta extera I. p. 351.—352.

246.

1337, 9. maja. Tf Dubrovniku.

Toma vikar nadbiskupa dubrovačkoga namješta upravitelja crkve sv. Mihalja.

In nomine domini amen. Thomas de Ripatransona reuerendi in Christo patris et domini, domini Thome dei et apostolice sedis gracia archiepiscopi Ragusini et domini pape capellanus, per ipsum archiepiscopum in spiritualibus et temporalibus generalis vicarius constitutus vniuersis et singulis presens publicum institucionis instrumentum inspecturis pateat manifeste, quod si ad ecclesias, quibus nos benigna pretulit clemencia saluatoris ex officii nostri debito auctoritate premissa specialis diligencie studium imperidimus, circa ecclesias precipue vacantes nostre consideracionis retorquemus intuitum et pro ipsarum conseruacione intente vigilamus, operam adhibendo cum solicitudine procurantes, ut illarum sollicitudo fructum in eis adferat salutarem et laudabilibus auctore domino proficiat incrementis. Sane considerantes, quod ecclesia sancti Michaelis de insula Calamude vacans per obitum bone memorie Octauiani Monulemi de Esculo, canonici maioris ecclesie Ragusine, olim abbatis et rectoris predicte ecclesie sancti Michaelis diocesis Ragusine, et rie per diutinam. vacacionem et maxime per proximam vacacionem dicti Octauiani[1] . . . volentes et intendentes predicte ecclesie de persona idonea prouidere, ne diucius disperidia prolixioris. vacacioriis incurrat, commendabilis prudencie virtutis et honestatis diaconum Nicolaum de Ranena canonicum Ragusinum, virum utique idoneum etate, moribus etvirtute, que lucide suffragantur eidem, ibidem presentem ipsi ecclesie sancti Michaelis prefecimus in spiritualibus et temporalibus rectorem et clericum prebendatum et berieficiatum, ac ipsum instituimus et confirmamus et per. anuli nostri tradicionem presencialiter inuestimus de eadem cum omnibus iuris ipsius possessionibus ad eandem spectantibus, specialiter cum vineis omnibus et terris sitis in insula Calamude et cum vinea Breni seu adfictum(l), quem soluit annuatim Tripe de Stallo, dantes et concedentes ipsi domino Nicole licenciam et liberam potestatem intrandi et recipiendi tenutam et corporalem possessionem vel quasi supradicte ecclesie omnium iurium ad eandem spectancium, ad vsufructandum atque fruendum omnes et redditus et adfictus et percipiendum tanquam verus beneficiatus et prebendatus in dicta ecclesia sancti -Michaelis et cufn omnibus ipsius ecclesie .Ijbris, campanis, paramentis, decimis, premitunciis(l) et monstraneiis, de. q.uibus omnibus auctoritate v-icariatus nostri et pdte-,

[1] Za cijelo manjka nekoliko riječi.

statis plenitudme rite et canonice inuestimus, et ut premissis omnibus maior fides adhibeatur presentis institucionis instrumento nostri sigilli vicariatus cere pendentis fecimus munimine roborari. Datum et actum Ragusii in archiepiscopali palacio, presentibus venerabilibus viris dominis fratre Gracia episcopo Dulcinensi, et fratre Nicolao de Reate abbate sancti Jacobi de Visiniza et domino Marino sacrista maioris ecclesie Ragusine, testibus ad predicta vocatis specialiter et rogatis, sub anno domini millesimo tercentesimo tricesimo septimo, indiccione quinta, die nono intraute mensis madii.

Et ego Joannes de Finis clericus Ragusinus iuratus notarius hys omnibus interfui et rogatus scribere scripsi et publicaui meoque solito signo cum nomine roboraui.

Iz rukopisa Bullarium Ragusinum p. 396.—397. u kr. zemaljskoiu arkivu u Zagrebu

Bilješka : y/Pendet sigillum cereum.«

247.

1337, 9. maja. U Visu.

Odluka o tzboru opata u samosfanu sv. Nikole na Visu.

In Christi nomine amen. Anno domini millesimo tercentesimo trigesimo septimo, indictione quinta, tempore sanctissimi patris Benedicti papae XII. die 9. mensis maii. Vacante monasterio sancti Nicolai de Lissa dioecesis Farensis pro quadam legitima depositione fratris Radosii abbatis ipsius monasterii, iuste et canonice celebrata, fratres et monachi ipsius monasterii in predicto monasterio congregati, praesentibus ibidem omnibus, qui voluerunt et debuerunt vocari, iterum ad electionem abbatis in eodem monasterio celebrandam, inter se unanimiter et concorditer deliberaverunt de suo abbate in forma compromissi eidem monasterio providere, et confidentes tandem de virtutum meritis. . . . . venerabilis in Christo patris Lucae . . . . . divina favente misericordia episcopi diocesani sui, sperantes, quod solam devotionem et quietem et statum ipsius monasterii habentes prae oculis, prout firmiter credunt et tenent, idem monasterium reformaretur, et . . . omnibus debitum incrementum, unanimi concordia et nemine discrepante, in ipsum transtulerunt et dederunt auctoritatem plenariam et liberam potestatem eligendi suum abbatem, quem ipse duxerit eligendum in monasterio supradicto, tali vero pacto et conditione, quod eligi debeat pro abbate dicti monasterii,

qui sit perfectus in ordine sancti Benedicti, et in praelatione, et ille quem elegerit, debeat esse in Fara intra dies XI. a die electionis per ipsos fratres dicti monasterii sancti Nicolai. . . . . alioquim(f) ius eligendi abbatem devenire debeat in ipsos fratres dicti monasterii sancti Nicolai, promittentes ex ista sententia perpetuis temporibus firmam et ratam ex nunc habere et tenere electionem huiusmodi celebrandam. Actum et firmatum in ecclesia praefati monasterii sancti Nicolai, in praesentia mei notarii infrascripti et testium subscriptorum, videlicet domini Johannis primicerii Farensis et domini Johanis Mitelli (!) canonici Farensis etc.

Farlati Illyr. sacr. IV. t. 252.

248.

1337, 14. maja. U Zadru.

£anin de Pilosa prosvjeduje protiv svoga jamstva u obvezi Ilije de Santa.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo septimo, indictione quinta, die quarto decimo mensis madii, Jadre. Tempore domini Francisci Danduli incliti ducis Venecie, et venerabilis patris domini Nicolai de Matafaro decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, ac domini Blasii Geno egregii comitis. Cum Qaninus de Piloso, ciuis Jadre, se ad petitionem precibus(F) et rogatus Elie de Santa fideiussorem et principalem pagatorem constituerit comuni Jadre pro dimidietate quinque librarum grossorum pene et expensarum, ut de predictis constat publico [injstrumento anno incarnationis domini millesimo trecentesimo trigesimo sexto, indictione quarta, die uigesimo quinto mensis madii, manu Mauri [de Cjosica, notarii Jadrensis, confecto, et dictus Elias instrumentum conseruationis et deputatus dicto Zanino(!) fecerit dicto millesimo [et indictione et] die penultimo mensis madii, manu dicti Mauri scripto, prout in ipso plenius continentur. Volens dictus (Janinus iura sua manutenere in presentia mei notarii et testium subscriptorum presente hoc audiente et intefligente] [dict]o Elia, (Janinus superius nominatus dixit et protestatus fuit dicto Elie, quod a dicta obligatione [ipsum] eximeret et indempnem penitus conseruaret, alioquin protestando dixit, quod omne dampnum, expense et interesse pro dicta ocasione substineret, uolebat et intendebat, quod dictus Elias ei satistaceret. Rogans me notarium infrascriptum, quod de predictis publicum conficiam instrumentum. Actum et firmatum est hoc presentibus

Laurentio condam Grisogoni de Laurentio et Johanne Pauli de Varicassis, ciuibus Jadre ad hec uocatis et rogatis et aliis.

(Drugi rukopis.)

Ego Barte Gregorii deSluradisiudex-exsaminator(!) manum missi.

(Signum ftot.).

Egojacobus condam Bonacursi de Fortiuio imperiali auctoritate notarjus et Jadrensis -iuratus. predictis ornnibus presens fui et rogatuš scripsi et, pubficaui-.et;.signum. meum aposui consuetum.

Original u gubem. arkivii u Zadru; odio samost. sv. Nikole no. 161. — U sredini lijevi геcб okrnjen.

249.

1337, 22. maja. U Avignonu.

Benedikt -JCII. papa preporuča krbavskim knezovi?na i drugim hrvatskim velikašima, neka pomažu inkvizitore protiv heretika.

Benedictus . episcopus servus servorum dei. Dilectis filtis nobilibus viris BudislavO, Gregorio etrf?aiiIp comitibus Corbauie salutem et apostolicam benedictionem. Infesta nimiš multbrunTftrfsidusctione пцрег accepimus; quod iri terra Bosne vicinisque partibus norinuli heretici, eorumqu"e"se^<-.-.. quaces, fautores et credentes, qui gregem dominicum ibidem suis contagionibus mortiferis moliuntur inficere, commorantur tam piiblice qtlam occulte, quodque licet dilecti filii inquisitores heretice pravitatis, in eis partibus auctoritate apostolica deputati, ad extirpationem predictorum hereticorum ac eorum errorum et heresum, prout ad eorum spectat officium, elaboraverint hactenus sedule ac laborent, quia tamen predicti heretici per, Stipotium banum Bosne, ac quosdam alios potentes predićtarum partium recipiuntur non sine magnis animarum periculis, ut asser ritur, ac etiam defensantur, inquisitores.predicti nequeunt, sicut expediret fidei ac fidelibus, suum in hac parte plenarie officium exercere. Cum autem nos dilecto filio nobili viro Nelipcio comiti Tiniensi, qui liberiter ad eiusdem fidei defensionem, ut intelleximus, irelut zelator eius.fervidus impendit, per litteras nostras scribamus, ut ipsis inquisitoribus tam contra eundem banum et alios receptatores, .defensores et fautores hereticorum predictorum, quam eosdem etiam hereticos velit, sicut oportunum extiterit, assištere consiliis et favoribus oportuuis; intelleximus, qiiod vos similiter nitore fulgentes fidei ferventer affici ad defensionem eiusdem, nobilitatem vestram rogarrus et in domino attentiiis exhortamur, quatenus grandia premia, que pro defensione predicta mereri poteritis apud deum, ponentes ante oculos mentis vestre, tam inquisitoribus quam eomiti predictis adversus eosdem heredicos, eorumque receptatores, defensores, fautores et credentes sic prompte pro divina et apostolice sedis reverentia, eiusdemque zelo fidei et vestrarum animarum salutis obtentu, curetis assistere, prout oportunum extiterit, et fueritis requisiti, quod vestris et aliorum fidelium auxiliis et assistenciis mediantibus eiusdem fidei sinceritas illibata et inconcussa permaneat et consistat, heresibus et erroribus extirpatis, vosque preter perhempnis mercedis premium, hostfam et eiusdem sedis benedictionem et gratiam propterea valeatis uberius promereri. Datum Avinioni, XI, kalendas iunii, anno tertio.

In eodem modo. Daymo(!) et Bartholomeo fratribus comitibus Segnie, Maledino, Paulo et Georgto fratribus comitibus Clisie, Paulo comiti Esternice, Constantino comiti Cluci, et Neliptio comiti Tiniensi. Datum ut supra.

Theiner Mon. Hung. 1- no. 925. str. 616.—617.
Fermendžin Aeta Bosnae str. 29.
Eubel Bullarium Franciseanum. Tom. VI. 48. no. 65.

250.

1337, 29. maja. U Zadru.

R'adoš Babić iz Blisa obvezuje se plaliti trgovcu Galu iz Zadra 220 libara za kupljenu robu.

In Chrišti nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo septimo, indiccione quinta, die tercio exeunte mensis maii, Jadre. Temporibus domini Francisci Dariduli incliti ducis Venecie, et reuerendi patris dornini Nicolai de Matafarro decretorum doetoris, Jadrensis archiepiscopi, ac dominr Blasii Geno egregii comitis. Rados Milcii Babich homo Pauli Cheruatinich habitator ad"Blis[e] confessus est se emisse et habuisse a Gallo mercatore Jadre condam Georgii quatuor pecias stamitti pro Iibris ducentis viginti denariorum uenetorum paruorum ad raciориem librarum sexaginta paruorum pro qualibet pecia. Quam totam monetam predictam idem - Rados per se suosque heredes et successores se obligauit presenti publico instrumento eidem "Gallo suisque heredibus et successoribus dare et soluere hic iri Jadra'absque omni pericolo(l), .a modo usque tres menses proxime uenturos et antea, si Jadram uenerit, sub pena quarti et omnium expensarum litis et extra

super ipsum Radossium et eius bona presencia et futura omni deffensione et alegacione remotis ubique locorum et specialiter in Ancona et Hobrouec nulla illius loci constitucione obstante. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, sciiicet Francisco Damiani de Bercigna et Kerino Millogne Vireuich Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Barte Gregorii de Sluradis iudex examinator manum misi.

Ego Marinus Simonis de Seracho imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus interfui rogatus, ut audiui, scripsi et roboraui.

(Signum not.),

Original u arkivu sv. Marije u Zadru.

251.

1337, 22. juna. U Avignonu.

Benedikt XII opraHa samostanu sv. Nikole neplaćenu desetinu i nalaže nadbiskupu zadarskom, da skine sa samostana interdikt.

Benedictus episcopus seruus seruorum dei. Venerabili fratri. . . . . archiepiscopo Jadrensi salutem et apostolicam benedictionem. Exhibita nobis conuentus monasterii sancti Nicolai Jadrensis ad presens abbatissa carentis ordinis sancte Clare petitio continebat, quod licet ipse tanta paupertate grauentur, quod de prouentibus possessionum suarum uix pro certa parte anni possint congrue sustentari, quin immo pro magna parte temporis de elemosinis fidelium, quas petunt et peti faciunt, sustententur, tamen dilectus filius Bertrandus Rotundi, collector decimarum per felicis recordationis Johannem papam XXII., predecessorem nostrum, in partibus ipsis impositarum specialiter deputatus, in dictum monasterium pro eo, quod quondam Francisca abbatissa dicti monasterii et conuentus predicte huiusmodi decimas eis impositas in statutis terminis non soluerunt, interdicti necnon in abbatissam eandem et singulas глоniales dicti monasterii excommunicationis sententias promulgauit, quamquam ipse abbatissa et conuentus propter ipsarum maximam paupertatem ad soluendum huiusmodi decimas tempore aliorum Romanorum pontificum compulse non fuerint, nec etiam si ipse conuentus compellerentur eas possent soluere sine magno earum incomodo prop^er maximam inopiam earundem. Quare prefate conuentus, dicta Francisca interim sublata de medio, nobis humiliter supplicarunt, ut statui earum paterne consulere ac ipsarum necessitatibus providere de consueta sedis

apostolice clementia dignaremur. Nos itaque ipsarum conuentus supplicationibus annuentes, ac prefatas decimas pro tempore preterito eis impositas auctoritate presentium de speciali gratia remittentes eisdem, fraternitati tue per apostolica scripta comittimus et mandamus, quatinus prefatas[1] moniales et conuentum ab omnibus sententiis per dictum Bertrandum aut subcollectores suos in eas occasione huiusmodi decime non salute prolatis auctoritate nostra iuxta ecclesie formam absoluere, ac interdictum prefatum studeas relaxare iniuncto eis super hoc, quod de iure fuerit iniungendum. Et nichilominus dictam Franciscam, si apparuerunt signa penitentie in eadem, absoluas a predicta excommunicationis sententia in eam propterea promulgata. Datum Auinioni, X. kalendas iulii, pontificatus nostri anno tertio.

Original u gubern. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole br. 162.

Pečat izgubljen. Na zavoju iz nutra zabilježeno:

V

X

. B . de Vildalh.

a iz vana :

. Retulit.

G. de Castello.

Dtiplikat ove bule, kao original u istom arkivu i odjelu br. 163.

Imade samo na zavoju izvana zabiljeieno :

dupl.

Pro. R. de Adria

jfo. de Anag[niaJ.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. no. 195. str. 259. — Iz reg. an. VIII. par. 1. ep. 352.

Wadding Annales Tom III. 251.—252.

Farlati Illyr. sacr. V. p. 96.

Eubel Bullarium Franciscanum VI. 49. no. 68.

[1] Iza toga jedna riječ radirana.

252.

1337, 2. jula. U Dubrovniku.

Papinski delegat sudi Kqtoru gradu ito je učinio štatut, da Kotoranin ne može biti biskup i šlo je biskupova dobra oteo i raznesao.

In Christi nomine amen. — Hec est copia omnium actorum totius litis et questionis Marini quondam Domagne Bunalice de Ćattaro tenoris et cbntinentie infrascripte. Nos dompnus Clemens Ganguli canonicus Ragusinus, executor litterarum et iudex dellegatus sanctissimi domini domini pape Benedicti . duodecimi, ut apparet ex dellegatione et commissione ipsius domini pape per apostolicas litteras nobis ex parte sua transmissas eius bulla plumbea cum fillo (!) canapi pendentis siggilatas(l), quarum principium prolisitatem (!) euitantes dignoscitur esse talle (!): Benedictus episcopus seruus seruorum dei honorabilibus fratribus . . . arhiepiscopo Spalatensi et episcopo . . . Traguriensi, ac dillecto fillio Clementi de Gangulis(!) canonico Ragusino salutem et apostolicam benedictionem. Officii nostri debitum exigit, ut nos qui sumus omnibus in iusticia debitores cunctis eam poscentibus faciamus eius plenitudinem ministrari. Sane dilecti filii etc. prout in eisdem litteris per quoddam ipsarum litterarum presentationis instrumentum scriptum et roboratum manu infrascripti notarii, infrascripto millesimo et indictione, die vndecimo intrante mensis madii, serius dicitur contineri, cognitione litis et questionis uertentis inter Marinum predictum quondam Domagne de Bunalica de Cattaro ex parte una petente, et totum comune, singulares personas et vniuersitatem ciuitatis Cattari ex parte altera, defendentium super spoliatione et acceptione bonorum. omnium mobilium et stabilium ipsius Marini et episcopi Sergii fratris sui. Uisis igitur dictis litteris apostolicis et diligenter perscrutatis, ipsum comune, singulares et speciales personas et vniuersitatem dicte ciuitatis Cattari per dompnum Johanem d.e'Pribi. . . . nuntium nostrum iuratum et litteras speciales citari fecimus et requiri secundum mandati formam, ut per se uel ydoneum responsallem plenum mandatum habentem Ragusii coram nobis in consilii statuto comparere curarent, predicto Marino de iure et iusticia responsuri, cuius citationis tenor talis dignoscitur continentie: Dompnus Clemens Gangulli canonicus Ragusinus, executor litterarum et iudex dellegatus sanctissimi in Christo patris et domini domini Benedicti sacrosancte Romane ac vniuersalis ecclesie summi pontificis, nobilibus et prudentibus viris dompno . . . iudicibus, officialibus, consiliariis, consilio, comuni et toti vniuers'tati ciuitatis Cattari carisimis(!) amicis suis salutem et mutuam in domino caritatem. Noueritis, nos a predicto domino nostro summo pontifice recepisse litteras sub hac forma: Benedictus episcopus seruus seruorum dei venerabilibus. fratribus . . . archiepisćopo Spalatensi, et . . . episcopo Traguriensi, ac dillecto fillio (!) Clementi de Gangulli canonico Ragusino saliitem ef apostolicam beneditionem. Officii riostrf debitunf exigit etc. prout in eisdem causa prolisitatis (!) euitanda serius dicitur contineri. Volentes igitur maudatum apostolicum exequi, ut tenemur reuerenter, uobis auctoritate qua fungimur in hac parte preoipiendo mandamus, quatenus per uos uel. ydoneum responsallem mandatum plenum habentem, post festum pentecostis proxime uenturum, die tertio si feriata non fuerit, alioquin quartam dierri iuridicam tunc sequentem, quem terminum uobis pro prima, secunda et tertia uice et pro sentencia (!) assignamus: Data Ragušii, die duodecimo mensis madii. Die uero undecimo intrante mensis iunii Petracha filius quondam Marini de Petracha de Cattaro sindicus, ut se dicit et asserit et' pfo'curator ciuitatis, uniuersitatis: et spetialium personarum rdicte ciuitatis Caftari, asserens se infra terminuih per nos dicturn. iudicem comparuisse šibi prefessum (!) intendentem autem antedictum eius sindicatum et prociiram, ut fraus aliqua et iuris deceptio non fieret, uidimus ipsurri et diligenter perscrutauimus.- Et quia illiim ad plenum non iri normam pluribus de -causis, tunc quia sigillo čiuitatis Cattari carebat pro primo, cum etiam quia litteras ipsius ciuitatis suo sigillo" sigillatas spetiales non Habebat,: recomandantis notarii et fidem '<)e eo'facientis, qui dicturri sindicatum scripserat et publicaue^at et propter multa allia in carta ibidem continentia, que longa essent per sententiam enafrafs, Jnstanti.. aiitem predicto Marino et ius et iustitiam postulanti die premisso coram ipso sindico,'srsiridicus dici potest,-in maiori ecclesia Ragusina supradicta libellum obtullit tenoris et coritinentie .infrascripte coram nobis venerabili uiro dompno. Clementi Gangulli canonico Ragusino ac sanctissimi domini pape Benedicti duodecimi iudice delegato, executori Utterarum-ipsius: Ego Marinus quondam Domagne de Bunaliza ciuis Cattarensis ago, compareo et dico contra et aduersus comune, singulares peršonas et- tdtam vniuersitatem ciuitatis Cattari, uos predictum et sirigularem per suam '. curiarri: quoddam fecistis statutum in Cattaro contrajibertatem ecclesie continens, quod nulus(!) oriundus de ciuitate Cattari. audeat uel presumat prefici. in episcopuni Cattarensem, et oćcasione dicti • statuti ita per uos conditi ćontra libertatem ecclesie fecit interdictum ' et dičtam ciuitatem Cattari suis litteris mandauit interdici et etiam iriterdictum occasione sepe dicti' statuti, ef quia dictus papa Johannes prefatum Sergium fećerat et creaverat et coristituera't in episcopum Cattarensem, quem occasione ' dići statuti pef uos sic edditi in episcopum uestrum reccipere recusastis, et occasione premissa dictus papa

Johannes dictum statutum in premissis papalibus litteris cassauit, irritauit et totaliter annulauit et pro casso, irrito nuntiauit et de uestris libris et capitularibus abradere et abollere mandauit, et me predictum Marinum de uestris carceribus relaxare, ac mihi et dicto Sergio episcopo omnia bona nostra predicta restitui et integre assignari, quod facere noluistis, sed priori spiritu maliuolentia ducti uestros ad dictum summum pontificem ambasatores destinastis uestris legationibus informatos. Et quia hoc negotium Scutarensi episcopo erat comissum, ut ipse prefatum statutum cassaret et totaliter annularet et pro casso, irrito nuntiaret, et me de uestris carceribus omnino relaxaret et bona mea predicta et dicti Sergii fratris mei facere restitui et integre assignari; qui Scutarensis episcopus contra mandatum apostolicum et comissionem per apostolicas litteras sibi factam sua autoritate propria interdictum relaxauit et apsolutionem de facto et non de iure nuntiauit, nam propterea me de carceribus dimitendo nec bona premissa restituendo. Et quia. relasatio(I) interdicti et denuntiatio absolutionis huiusmodi facta de facto non de iure est nulla, cum eam sanctissimus pater papa Benedictus cassauerit, irritauerit et in perpetuum totaliter annulauerit, quatinus in eius litteris serius dicitur contineri. Et propterea in excomunicationem et irregularitatem incidistis et nulli(!) excomunicati siue irregulares appelari possunt neque in iudicio stare, iurare pro superius allegatis, peto cum instantia mihi et dicto Sergio fratri meo, omnia nostra bona predicta, dari, restitui et integre assignari cum omnibus suis iuribus et pertinentiis et cum omnibus fructibus, reditibus et introitibus, qui medio tempore accipi potuerunt, nec non omnia dampna refici et exponere, prout summus pontifex in suis litteris tradidit in mandato. Uolentes adhuc ipsi Petrache de benignitate iuris terminum ellongare, ut nobis fidem faciant de premissis, statuimus ei et predicto Marino terminum quatuor dierum, ut in ipso autem termino predictorum quatuor dierum et ipso Petracha non apparente nec alio pro eo, qui uellet suam contumatiam excusare, dictoque Marino in termino constituto comparenti et coram nobis ipsius contumatiam incusanti, nichilominus volens coram nobis de suo iure ostendere, ut nobis de dicta causa et questione plenius liqueret, ut possemus finem inponere, condecentem diem die premisso ad probationem sue cause testes produxit infrascriptos, qui tactis sacrosanctis euangeliis de ueritate dicenda sigillatim(!) iurauerunt in hunc modum: Dompnus Laurentius Antibarensis canonicus ecclesie sancte Marie maioris de Antibari terminator et examinator super dictam questionem suo sacramento dixit, quod ipse erat in Antibari ante ecclesiam sancti Petri et erant cum eo multi clerici de Antibari de conferendo, loquendo et inter se fabulando, superuenit in eodem loco episcopus Scutarensis, qui tunc uenerat de Cattaro

et sederat . . . et nobiscum loquentes aliqui ex dictis clericis interogauerunt eum: Quid actum est de negotio Marini Bunalize de Cattaro? respondit: Bene, qui relasatus est de carcere et Cattarenses promisserunt redde[re] sibi et fratri suo Sergio ac restituere omnia bona sua, et [quod] cassauerit et anulaueriti llud statutum, quod ipsi fecerant contra libertatem ecclesie et feceruntad cautelam meam michi vnum publicum instrumentum cum sigillo comunis Cattari cereo pendente, bonam et idoneam cautionem siue securitatem propter commissionem mihi commissam per papales litteras, quia si aliquo futuro tempore pro eo, quod relasaui interdictum et absolui eos de hoc facto, dampnum aliquod substinere, promisserunt mihi et se obligauerunt me indempnem conseruare, tamen nescio, si deum uolunt decipere et sumum pontificem, si istos decipiunt et me possunt decipere. Interogatus de ipsis respondit, quod sunt plures sex anni a die predicto frater Marinus de Dompniza ordinis fratrum Minorum tunc preductus(l) iuratus et examinatus, ut superius suo iuramento dixit, quod ipse erat in Cattaro et Marinus de Bunaliza tunc erat in Rascia et Cattarum superuenit quoddam nouum, quod dictus Marinus erat captus et ductus fuit in carcerem. Interogatus qua de causa fuerat carceratus, respondit, quod occasione unius statuti conditi per Cattarenses contra libertatem ecclesie, continens, quod nullus oriundus de Cattaro possit esse uel recipi in ecclesia Cattarensi et ista de causa ipsi Marino et Sergio fratri suo accepta fuerunt omnia bona ipsorum mobilia et stabilia et ita [deinde] interim dicto Marino existenti in carcere misse fuerunt littere papales domini Johannis pape in mandatis continentes, quod dictus Marinus relasari deberet omnino de carceribus et sibi et Sergio fratri suo restitui et assignari omnia bona eorum, que sibi accepta tuerant per dictos Cattarenses occasione dicti statuti, alioquin si secus

facerect, ipsi essent interdicti et excomunicati si. . . . .mandato dictarum. litterarum, que littere lecte fuerunt in ecclesia sancti Trifonis de Cattaro Interogatus, si uidit dictum Marinum de carceribus relaxari propter mandatum dictarum litterarum, respondit, quod non et neque bona sua, neque Sergii fratri sui minime sibi fuerunt restituta, set plus hoc adiecit, quod ipso fratre Marino existente in Dulcinio audiuit ab ore episcopi Scutarensis, cui erat in dictis papalibus litteris commissum absoluere dictos Catarenses, si predictarum litterarum parerent mandatis. Si ipsi aliquam inobedientiam contra. . . . .qui episcopus super hiis dixit, quod ipsi Cattarenses eum deceperant quia promiserunt sibi restituere omnia bona ipsius Marini et Sergii fratris sui et nichil fecerunt. Interrogatus de tempore dixit, quod sunt sex anni a die predicto. Nieola de Scocilcha de Ragusio iuratus et examinatus super dicta questione ut supra, suo nuntiamento firmauit et dixit, quod ipse faudiuit] et uidit,

quod Marinus de Bunaliza erat in carcere comunis Cattari; interogatus qua de causa fuerat positus in carcerem, respondit, qupd: occasione unius statuti editi per Cattarenses contra libertatem ecclesie, in quo statuto conclusum uidebatur, quod nullus oriundus de ciuitate Cattari posset fecipi in episcopum CattarenSem et propter illud statutum fuerant predicto Marino et Sergio fratri suo accepta omnia bona eorum mobilia et imobillia et paftem illorum bonorum dicti Cattarenses' uendiderunt et partem inter se diuiserint pro certis penis et condicionibus in dicto statuto contentis, de quibus aliqua pars ipsarum penarum deueniebat ad regem Rascie et aliqua certis hominibus et baronibus dicti regis. Interrogatus, quod si eo. spatio quo ipse stetit Cattari fuit relasatus de carcere ciuitatis Cattari predictus.Marinus et restituta sibi bona sua predicta et dicti Sergii fratris sui, fespondit, quod non. Interrogatus de tempore respondit et dixit, quod sunt plures sex anni a die predicto. Bogdanus Petrach(f) .introductus iuratus, interrogatus et examinatus • super dicta questipne ciuis Cattarensis. sub iuraniento; dixit, !quod ipse' eratin Cattaro et uidit stare in carcere Marinum Bunalize. de. Cattaro et deteritum. per comune et singulares personas ciuitatis Cattari occasione episcopi Sergii fratris ipsius. Marini, qui tunc factus erat episcopus Cattaiensis, propter quoddam statutum quod Cattarenses inter . se 'fecerant contra libertatern ecclesie et uidit, qud.d .predicto Marino et SergioTratri suo per dictum comune Cattari fuerunt accepta .omnia bona eorum mobillia et immobillia. et. paftim illorum bonofum ipsi uendiderant et partim inter se diuiserunt. et per flussum aliquanti temporis 'uenerunt littere papales in mandatis continentes, quod riisi ipsi Cattarenses mandato dictarum litterarum in.omnibus obedirent, essent excommunicati'et interdicti. Interfogatus si hoc dixit liodio(!), amore, timore, pacto uel pfetio, et respondit, quod non., Interrogatus j de tempore respondit, quod-sunt plures sex anni a die premisso. Uolens :adhuc dictus Marinus per alios testes probare in. terminationem sue ; cause. coram nobis, produxit quatuor instrumenta, quorufn primum sic incipit: ,In Dei nomine amen. Anno incarnationis. eiusdem millesirrio trecentesimo tricessimo quinto, indictione tertia, ;die sexto mensjs aprillis, Jadre. Tempore domini Erancisci Dandulp incliti ducis Venecie, et reuereridi patris .domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris; Jadrerisis archiepiscopi, ac domini Marini Superancii honorabilis comitis. Hoc est. quedam interitio exhibita et predictis nobilibus et sapientibus uiris, dompno Mateo. de Nasis et Darriiano quondam Miche.de Varicassis, iudićibus. exafninatoribus dicte ^ciuitatis Jadrensis per Marinum. quOndam Domagne de.Bunaliza ciuem Cattarensem, cuius tenore,. intendit. probare. et :circa causam prolixitatemeuitandam a nPbis de' uerbo ad uerbiim uisum et lectum et plenarie exami-

natum Ragusii nostro conspectui uos presentari seu comparere[1] curetis supradicto Marino Bunalize de iustitia responsuri, alioquin contra uos procedemus in causa, prout exigit ordo iuris, quot(!) Si predictum terminum in ,diem caderet feriatam, sequentem diem non feriatam uobis pro pefhenthorio termino assignamus. Et quia hanc obmiSsam clausulam siiperius in octaua decima linea et crancram(?) inscribendo hić inferius adposuiet manu propria corresi (!) signatum quasi in capite octaue decime linee tali puncto quale est in hac superiori tertia linea. Secundum autem instrumentum similiter sic incipit: In Dei nomine amen. Anno domini millesimo trecentesimo tricesimo quarto, jndictione secunda. tempore domini Johannis pape uicesimi secundi. Actvim ante logiam comunis ciuitatis Ragusii, presentibus domino de Mascagna et Climente de Gleda nobilibus de Ragusio, et magistro Angelo aurifice olim de Venetiis et nunc habitator.e Ragusii testibus, . magister Petrus Spatario oriundus de Cattaro et fillius qupndam Amadei Spatarii de Venetiis testificatus fuit . . .. interrogatus dixit, quod episcopus Scutarensis cui commissum fuit • per apostolicam sedem: de recopciliando homines ciuitatis. Cattari, dummodo ipsi .Cattarini -, .;. . ante. r. „.:. .reconciliationem , relassarent de carceribus dictum Marimi$_m$ .fratr.em episCopi Sergii et restituerent integre eis omnia eorum bona etc, prout in eodem legitur instrumento, per nos dicturn- iudicem et notarium plenarie uisum et lectum. Tertium antem instrumentum similiter sic incipit: In Christi nomine amen. Notum sit omnibus et clareat manifeste h.anc presentem paginam, inspecturis, quod presbyter Junius de Miro canonicus catedrallis ecclesie sancti Georgii de Antibari coram me notafio infrascripto et testibus infrascriptis dixit et testatus fuit, ac ;etiam firmauit in uerbo iurato, quod existens in ciuitate Cattari iam sunt tres • anni uel circa ipse - ujdit et legit quasdam titteras papales bulla papalli sigillatas, missas dofnino,- Retro dei gratia episcopo. Scutarensi,-quibus inter ceteraque recordatur in..dictis litteris continebatur, quod si comune et homines Cajt.tarenses telasarent et liberarent Marinum de Bunaliza de Cattaro, quem tunc temporis, habebant eaptiuum in eorum carceribus et eorum etiam omnia bona-rederent et restituerent, que sibi et fratri suo abstulerunt etc.,- quit (!) in -epdem cpntinetur instrumento. Quartum autem instrumentum sic^ incipit: _ In Ghristi nomine, amen. Anno incarnationis eiusdem domini millesimo trecentesimo tricesimo qu.intp, indictione tertia, die nono mensi.s ianuarii, actum Ragusii sub .logia. comunis, presentibus Nichola de Scocilcha et Gheruasio de Ragusio testibus ad hoc uocatis et - rogatis. Ibidem presbyter Georgius de i.D.riuasto in uerbo iuratus coram me notario et testibus infrascriptis dixit . et firmauit, quodiam sunt quinque anni, quod existens cum domino Zacharia episcopo Suaci-

nensi et uenienes cum domino episcopo Tarentino, cancelario principis Tarentini qui ueniebat in ambassatorem domini principis Tarentini ad dominum regem Rasie, qui erat in quodam loco cui dicitur Stimilli, dominus Marinus de Bunaliza de Cattaro, frater domini episcopi Sergii suplicauit humiliter domino episcopo Tarentino et domino episcopo Suacinensi, ut suplicarent pro eo domino regi Rasie, quot(!) sibi iniuria uel grauamen illatum sit contra ius et iustitiam eo, quod comune Cattarum posuerat ipsum in banno contra libertatem Romane ecclesie, uidelicet pro fratre suo episcopo Sergio prenominato, cum ipse sit diuisus ab eo de bonis mobillibus et stabillibus et nichil habeat facere cum eo etc. prout in eodem legitur instrumento, a die autem octauo decimo mensis madii infrascriptus testificator etiam litterarum citationis suprascripte tenoris et continentie infrascripte die predicto presbyter Johannes de Gerbeniza nuntius iuratus proprio iuramento retulit dicto iudici pro parte dicti iudicis se dedisse et presentasse litteras iudicibus, offitialibus, consiliariis et comuni Cattari in ecclesia sancti Michaelis dicte ciuitatis Cattari continentes in mandatis, quod per se uel ydoneum responsallem plenum mandatum habentem post festum pentecostis proxime uenturum die tertio si feriatus non fuerit, alioquin proxima die iuridica tunc sequente, quem terminum sibi pro prima, secunda et tertia uice et perhentorie duxit assignandum Ragusium, suo conspectui presentari seu comparere, prout ut supra dicto Marino Bunallize de iustitia responsuri, alioquin contra eos procedere in causa prout exigit ordo iuris, quod si predictus terminus in diem caderet feriatam, sequentem diem non feriatam eis perhentorio termino assignauit. Et hoc fuit in presentia presbyteri Bogde filii Marini de Curzola ciuis oriundi Ragusini, dompni Georgii Albanensis habitatoris Ragusii pro parte dicti iudicis loco nunc cum dicto nuntio testium missorum et rogatorum ac etiam Millosclaui de Budak de Ronzano marinario, similiter testis ad premissa uocatus die relationis premisse, testes predicti tactis sacrosanctis euangeliis coram dicto iudice de ueritate dicenda corporaliter iurauerunt se presentes fuisse ubi dictus presbyter Johannes predictis iudicibus, officialibus, consilliariis et comuni Cattari presentauit et dedit premissas citationis litteras pro parte ipsius iudicis delegati. Et ad hoc spetialiter in testes uocati fuerunt in premissa ecclesia sancti Michaellis de Cattaro, uiso namque dicto libello, datoque termino ipsi Marino ad probandum de iure suo in dicto libello contentum, uisisque instrumentis et attestationibus testium coram nobis per dictum*Marinum productis in maiori ecclesia Ragusina, loco sollito pro tribunali sedentes auctoritate domini pape Benedicti predicti qua fungimur in hac parte, in hiis scriptis sententialiter deffinimus et diffiniendo pronuntiamus et sententiamus ipsum comune,

singulares personas et totam vniuersitatem ciuitatis Cattari esse contumaces, nichilominus cum constet nobis absolutionem excomunicationis et interdicti, quibus ceciderunt et ipso facto incurrerunt propter mandati apostolici contentum dicto comuni et vniuersitati facti per sanctissimum in Christo patrem et dominum dominum Johannem olim papam uicesimum secundum de relasatione ipsius Marini et restitutione omnium suorum bonorum et predicti Sergii episcopi pretestu(!) dicti statuti per dictum comune et vniuersitatem ipsius detenti, ut nullus oriundus de ciuitate Cattari deberet elligi seu prefici in episcopum Cattarensem; et cum dictus Sergius episcopus fuerit, ut premititur, per dictum papam Johannem uicesimum secundum in episcopum Cattarensem factus et creatus, prout in litteris ipsius domini Johannis plenius dicitur continere, cuius occasione in odium et detrimentum dicti Sergii episcopi prefatum comune et vniuersitas dictum Marinum diu detinuerunt carceratum et omnia bona sua mobillia et stabillia et prefati Sergii occupalierunt et distraxerunt et nunc pro libito uoluntatis detinent occupata, quam absolutionem dicto comuni factam et vniuersitati eiusdem per uenerabilem patrem et dominum dominum . . episcopum Scutarensem fuerit facta contra formam sue commissionis dicto Marino num dum de carceribus ciuitatis Cattarensis relasato et bonis eius et dicti Sergii episcopi num dum restitutis, prout ipse episcopus Scutarensis habuit in mandatis. Idcirco Christi nomine inuocato per ea que audiuimus et cognouimus et per ea que dictus Marinus ostendeie, probare allegare et dare in scriptis uel orretenus dicere uoluit et super hiis omnibus habito quamplurium peritorum consilio et intra nos plena deliberatione prehabita, solum deum habentes pre oculis, cuius nomine inuocato auctoritate domini pape premissa qua fungimur ir hac parte, presente dicto Marino et sententiam postulante, et ut predicti. comune, singulares persone et tota vniuersitas eiusdem de eorum contumatia non glorientur, in hiis scriptis sententialiter diffinimus et diffiniendo pronuntiamus et sententiamus dictam absolutionem non ualere et fore nullam sed cassam et irritam nuntiamus et dictum comune, singulares personas et totam vniuersitatem in dictis sententiis excomunicationis maneant sicut prius et interdicti, restituentes etiam iam fatum Marinum et Sergium episcopum in omnibus bonis suis mobillibus et stabillibus et omnibus iuribus et actionibus suis, ut possint earum auctoritate propria intrare et reassumere tenutam et corporalem postponere et tenere et possidere tanquam res proprias sicuti prius condempnantes dictum comune, singulares personas et totam vniuersitatem ac speciales personas habentes, detinentes et dare debentes et qui hactenus habuerunt ad restitutionem omnium bonorum predicti Marini et Sergii episcopi fratris

sui et fructuum, redituum et introituum perceptorum et percipiendorum nec non cuncta dampna et expensas legittimas in dicto libello petitas ab hoc factas, quas in, florenis auri de uera lega boni et iusti ponderis tria millia tassamus(f), super quibus ab ipso Marino tactis sacrosanctis euangeliis corporale recepimus iuramentum in hiis scriptis, ut premititur, sententialiter condempnamus, mandahtes' etiam iudicibus, consiliariis et specialibus personis sub , excomunicationis pena et comuni et vniuersifcati dicte ciuitatatis Cattari sub interdicti pena in ciuitatem, quibus penis, si secus fecerint, incurrere uolumus ipso facto quantum infra dies uiginti a die presentatiqnis huius nostre sententie in antea mutandum siue conputandum predicto Marino et episcopo Sergio fratri suo uel cui cesserint et censerint ornnia bona eorum supra dicta mobillia et stabillia cum fructibus et reditibus perceptis et percipiendis ,ac cum omnibus iuribus et actiqnibus suis debeant reddere, restituere et integre assignari et in uacuam postponere seu plenam reponere, sicut prius ante despolliationem et distractionem ipsi habebant, tenebant et pacifice possidebant. Lecta, lata et pronunciata fuit hec sententia per nos dictum dompnum Clementem Gangulli executorem dictarum litterarum dornini ; pape Benedicti et iudicem delegatum in ecclesia maiori Ragusina supra dicta pro tribunali sedentem, presentibus discretis uiris Junio de Luccari et Clemente de Goce ciuitatis Ragusii iuratis iudicibas, Marino de Petragna, Pone Stambertq de Pistoria comunis Ragusii iurato cancellario, dorfipno Michaelle de Bodacia, dompno Marino.. (Jamagni canonicis Ragusii, Simeone de Benessa et Marcho Quirinq filio domini Pauli Quirino de Venetia, testibus omnibus ad predicta uocatis et rogatis, sub anno domini millesimo trecentesimo tricesimo septimo, indictione quinta, die secundo intrante mensis iullii(l), tempore domini pape iBenedicti duodecimi. Et ut premissis maior fides ualeat adhiberi et hec nostra - sententia maius robor qbtineat .nrmitatis, nostro sigillo ipso cereo pendenti mandauimus munimine roborari, ac prout.in.dicta sententia serius centinetur per me notarium infrascriptum plenarie scripta et in publicam , formam redacta sub eqdem millesimo et indictione, die quinto intrante . mensis iulii, -dompnus Johannes. de Gerbeniga noster nuntius supradictus coram nqbis qui supra iudice proprio retullit iuramento,,-se pro parte nostra dedisse et presentasse predictam sententiam' episcopo CattarensL in ecclesia maiori sanc.ti Trifqnis deCattarp,, presentibu.s, Andrea fuio. quondam. Cani'Pii qt.Jolranne de Stoyko, Qui episcopus. so'ummodo' litteras recepit dicti i.udicis et legit eas et predictam sententiam,,,.quam. ,ei; pro parte dicti iudicis presentaqerat, in manu recepit; e.t ipsam sententiam in terram proicit dicens,,.quod non impediebat se,de talibus tmfis. Ita.quod dictus nuntius, recepit ipsam sententiam :de;teri;a; in presentia diotorum

testium et unius presbyteri Cattarensis uocati per omnia et cartam fixit foribus maioris ecclesie iam.predicte sancti Trifonis ita, quod ab omnibus legi poterat. Transeuntibus et presentibus Junio filio quondam Marini de Cheneze et Milusclauo(!) marinario de Racano, testibus loco notarii ad premissa transmissis interrogatus; quo die dictam sententiam predictam episcopo presentauit, respondit, quod die Veneris, die quinto intrante mensis iulii, quibus presentibus respondit, quod testibus supradictis interrogatus: si odio, amore, prece uel pretio, respondit, quod non, die scripto premissi mensis fixam ipsam sententiam in foribus dicte ecclesie, die autem nono mensis predicti . . iindcas(?) ciue. Junius et Milloslaus predicti testes interrogati et proprio iuramento firmarunt tactis sacrosanctis euangeliis, quod ipsi omnes presentes fuerant quando dicta sententia in foribus premisse ecclesie per manum dicti nuntii ficxa(!)fuit et in testes at(!) cautellam uocati fuerunt interrogati, si hoc deponunt hodio, amore, pacto uel pretio, responderunt quod non.

Ovjerovljeni prijepis z< đttbrovačkom arkivu. — Zbirka Saec. XIV. Listina trošna l nemarno pisana.

253.

1337, 6. jula. U Stolnom Biogradu.

Kaptol stolno-biogradski prepisuje na molbu biskupa zagrebačkog Ladislava zastupana po arcidjakonu od VaSke Grguru hshnu kralja Ladislava g. 1277., kojom on oslobadja podložnike crkve zagrebačke u Vaški od vlasti šimedjskog župana.

Capitulum ecclesie Albensis omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, presentem paginam inspecturis salutem in eo, qui est uera salus, dans quietem omnibus et salutem in eo qui est uera salus. Quoniam memorie nouercatur obliuio, dignum est, ut acta temporaliter scripture patrocinio et fidelium testium aminiculo in statum solidum redigantur. Proinde ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod anno domini MCCC°XXXVII°, videlicet in vigilia beatorum Petri et Pauli apostolorum, magister Gregorius archidiaconus de Waska, socius et concanonicus noster. in Christo karissimus, vice et nomine venerabilis in Christo patris et domini, domini Ladizlai dei et apostolice sedis gracia episcopi Zagrabiensis, ad nostram personaliter accedendo presenciam, exhibuit nobis priuilegium Ladizlai qnondam incliti regis Vngarie, felicis recordacionis, non abrasum, non cancella-

*

tum nec in aliqua sui parte uiciatum, petens a nobis uerbo prefati domini episcopi, vt ad vberiorera rei cauteiam tenorem dicti priuilegii nostris in litteris priuilegialibus inseri faceremus et transcribi. Cuius tenor talis- est: *(Slijedi listina kralja Ladislava od god. 1277.)* Vnde nos iustis et congruis peticionibus ipsius magistri Gregorii fauorabiliter inclinati, tenorem dicti priuilegii, modo premisso ex omni parte repertum et inuentum nostris in litteris priuilegialibus inseri fecimus et transcribi, sigillique nostri autentici appensione vniuersitatis nostre communiri et consignari. Datum anno dominice incarnacionis supradicto, secundo nonas iulii. Reuerendo viro magistro Thatamerio Albensis ecclesie preposito, auleque regie vicecancellario, discretis viris Petro cantore, Johanne custode et Dominico decano ecclesie nostre existentibus.

Iz kodeksa: Liber privil. ep. Za%. list. 13
Kodeks u ark. nadb. u Zagrebu. I. B. IX. 167.

254.

1337, 12. jula. U Zagrebu.

Kafitol zagrebački prepisuje listinu svoju od g. 1278., kojom kufiuje biskufi zagrebački Timotej fiosjed Planinu.

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis significamus quibus expedit per presentes, quod discretus uir dominus Georgius custos ecclesie nostre coram nobis personaliter constitutus exhibuit nobis ex parte venerabilis in Christo patris domini Ladizlai dei et apostolice sedis gracia episcopi loci predicti, domini nostri, quoddam priuilegium antiquo sigillo nostro consignatum petens, ut ipsum transcribi et nostri sigilli apposicione faceremus consignari. Cuius tenor talis est: *(Slijedi listina kaptola zagrebačkog od g. 1278.J* Nos autem ipsius peticionibus annuentes ipsum de uerbo ad uerbum transcribi et nostri sigilli apposicione fecimus consignari. Datum sabbato proximo ante festum beate Margarete virginis anno domini MCCCXXX^{0} septimo.'

Iz kodeksa: Liber privil. episc. Zag. lisl. 60.
Kodeks u ark. nadbisk. u Zagrebtt I. B. IX. 167.

255.

1337, 27. jula. U Zadru.

Mihajlo i Gjuro sinovi Blaža de Sopfie, dijele svoja imanja.

In dei nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo septimo, indiccione quinta, die vigesimo septimo, mensis octobris, Jadere. Tempore domini Francisci Danduli incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, Jadrensis archiepiscopi, ac domini Blasii Geno honorabilis comitis. Michael et Georgius fratres, filii condam Blasii de Soppe ciues Jadre volentes ad diuisionem infrascriptorum bonorum inter eos comunium peruenire, fecerunt de ipsis bonis comuni concordia duas partes. Ponentes et designantes in una et pro una parte partem australem totius possessionis posite in insula Magna in loco uocato Saure, secundum, quod uadit via a Blancha usque ad curtiuum ville eiusdem possessionis, et ab eodem curtiuo eundo per viam Grebbe inter vineas Marincii pastoris condam Marini de Soppe fratris predictorum et Jurgii Barbich, secundum quod uadit dicta via inter vineas et a dicta via recto tramite in quirinam usque ad mare; item totum brtum positum ad Meltam cum omnibus suis pertinenciis; in secunda uero parte et pro secunda parte ponentes reliquam partem borealem dicte possessionis insule Magne ultra dictam viam et secundum quod vadit ipsa via cum toto dicto curtiuo et domibus et omnibus aliis pertinenciis suis, et a dicto curtiuo secundum quod uadit supradicta via inter supradictas vineas, et ab ipsa via recto tramite in quirinam usqua ad mare; item domum vnam positam Jadre in confinio Posterule cum omnibus suis pertinenciis in qua habitat dictus Georgius. Hoc inter ipsos expresso, acto et dicto, quod quia pars secunda est melior et maioris ualoris parte prima, propter hoc iile ex eis cui per sortem obuenerit pars secunda, debebat soluere et dare de presenti ei cui obuenerit pars prima pro equiualentia et conequacione prime partis ad secundam libras centum et quinquaginta paruorum. Quibus portionibus dictorum bonorum factis, positis sortibus, obuenit dicto Michaeli per sortem pars prima dictorum bonorum, scilicet pars australis dicte possessionis insule Magne secundum quod dictum est cum orto predicto; dicto uero Georgio obuenit per sortem pars secunda, scilicet pars reliqua borealis eiusdem possessionis insule Magne secundum quod dictum est cum supradicta domo posita Jadre. Quapropter idem Georgius iuxta pactum premissum soluit et dedit

dicto Michaeli dictas libras centum et quinquaginta paruorum pro coequacione sue partis ad partem Michaelis predicti, prout ipse Michael contentus et confessus fuit. Asserens se uterque eorum de dicta parte sua esse contentum; volentes et paciscentes, quod si quo tempore contigerit alicui eorum litem uel questionem moueri illarum rerum uel alicuius eorum, que sibi obuenerunt in parte, expensis comunibus excalumpnietur et defendatur, et si euici contingerit dampnum inter eos pariter sit comune.. Quam diuisionem et omnia et singula suprascripta et infrascripta promiserunt ad inuicem, scilicet unum alteri uicissim per se et suos heredes et succešsores • solemnibus stipulationibus intervenientibus. hinc inde firma et rata habere et tenere et non contrafacere uel uenire aliqua ratione uel causa de iure uel de facto sub pena quarti valoris rei aut quantitatis pecunie in qua contrafactum fuerit, et refectione dampnorum et expensarum et interesse litis et extra, et obligatione omnium utriusque bonorum, et pena soluta uel non, omnia et singula supradicta firma perdurent. Mandantes fieri de presenti contractu duo consimilia publica instrumenta pro singulo eorum singulum. Acta sunt hec et firmata coram Marino de Soppe et Mauro de Cosica ciuibus Jadre, testibus et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Jacobus Petri Georgij iudex examinator manum misi.

(Signum not.J

Et ego Alexander condam Vgolini de Stella imperiali et ciuitatis Jadre autoritate notarius scripsi et publicaui et meo signo et nomine roboraui.

Original u arkivu grofova Begna u Posedarju: P. no. 63.

256.

1337, 29. jula. U Titelju.

Pred titeljskim kaplolom prodaje Margareta kći Augushna fosjede Šumuš i Budu u iupaniji srijemskoj za 65 maraka meštru Mihalju sinu Cabe.

Capitulum ecclesie Tytulensis omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in salutis largitore. Quum dilabente tempbrum curriculo omnia que a memoria hominum labuntur lites inferre solent, ideo scripti testimonio successorum posteritati commendare curantur. Proinde ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus peruenire, quod nobili domina nomine Margareta filia Augustini filii Chohul cum sua filia similiter eo nomine Margareta ex vna parte, ab altera uero nobili yiro magistro Michaele filio comitis Chaba coram nobis constitutis, eadem' domina cum filia sua jam dicta asseruit, uiua uoce, quod quasdam possessiones suas Sumus videlicet circa riuulum Aran uocatum a parte meridionali et Buda circa eundem riuulum ad orientem uocatas, in comitatu Syrmiensi sub cursu transitus et retransitus riuuli eiusdem unius nieatus metarum existentes, eidem magistro Michaeli pro sexaginta quinque marcis plene ab eodem receptis nullo contradicente uendidisset, dedisset et donasset in filios filiorum iure. perpetuo et irreuocabiliter possideiidas, tenendas et habendas.j-Nos uerq ius regni considerantes ac iusticie adherentes diligenter quesiuimus de.eadem domina, vtrum: predictas possessiones eidem contingat huiusmodi uendicioni exponere nec ne. Ipsa quoque domina protinus exhibuit nobis quoddam priuilegium honorabilis capituli ecclesie beati Yrinei. confectum super deuolucione sibi perpetuaii hereditarie puellariter ab auo suo Paulo ;.filio Alexandi de Aran" in filias filiarum possessionum Sumus et^ Buda predictarum, quo quidem priuilegio perlecto intelleximus, quod. ipsa domina possessiones suas predictas hereditarias condigne ualuit exponere sev tradere uendicioni. Item exhibuit eadem domina alia instrumenta sua super uicinitate et commetaneitate quibus eciam uidebatur contineri. Vicini et commetanei, scilicet Johannes filiuš Thome de Nieek, item Petrus filius Valentini, item Gregorius filius Augustini possessionum memoratarum. In cuius rei memoriam perpetuamque stabilitatem ad peticionem parcium eidem magistro Michaeli presentes conćessimus litteras priuilegiales pendentissigilli nostri munimine roboratas et alphabeto intercisas. Datum IIII. kalendas augusti, anno domini M°CCC°XXX° septimo; preposito uacante, Mathia lectore, Cozma cantore, Phillippo custode, ceterisque fratribus ćanonicis in ecclesia dei existentibus regi famulantibus salutis largitori.

A. B. C.

Original u kr. ug. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. nq. 33.585, — Stara sign.: N. R. A. fasc. 1508. no. 13.

Na listini. visi o crvenoj svilenoj vrvci dobro sačuvani pečat.

257.

1337, 3. augusta. U Zadru.

Nadbiskup Nikola riješava samostan i duvne sv. Nikole izopćenja i interdikta, kojim ih je kaznio Bertrand Rotundi radi desetine.

Cum Anthonius de Guscho, ciuis Jadrensis, procurator et procuratoris nomine religiosarum et honestarum dominarum monialium et conuentus monasterii sancti Nicolai ordinis sancte Clare de Jadra, necnon et specialis procurator domine Prie, vicarie predictarum moniatium et dicti monasterii, die Veneris, primo intrante mense augusti, in archiepiscopali Jadrensi palatio coram reuerendo in Christo patre ac domino, domino Nicolao, permissione diuina archiepiscopo Jadrensi, constitutus dicens et asserens, cum ipse domine siue moniales, conuentus et monasterium earundem ab omni excommunicatione et interdicti relaxatione olim per dominum Bertrandum Rotundi, collectorem decimarum et eius subcollectores per felicis recordationis dominum Johannem papam XXII. specialiter deputatum, in dictas dominas Iatis et prolatis et in earum monasterio sint absolute, ut patet ex literis apostolicis dicto domino archiepiscopo supradicto specialiter ad hoc directis et transmisis (!) per dominum Benedictum papam XII., humiliter et cum solempni deuotione ac reuerentia, quanta potuit, petiit absolutionem excommunicationis et interdicti relationem ipsarum dominarum, conuentus et monasterii earundem et ipsum interdictum tollere et relaxare ab ipso domino archiepiscopo supradicto, quod per ipsum et eius offitium sibi nouiter auctoritate apostolicarum literarum commissum, quibus subiecta erat earum ecclesia seu monasterium, qua in hac parte fungitur, tamquam piam, iustam et rationabilem facere uellet et deberet iuxta ecclesie formam iniungendo eis penitentiam et totum q[ui]cquid aliud erat de iure iniungendum et faciendum, qui procurator earundem ad hoc specialiter constitutus, ut patet publico instrumento scripto manu magistri Alexandri condam Vgolini de Stella, imperiali auctoritate publici notarii in animas dictarum dominarum de parendo iuri et stando mandatis ecclesie corporale prestitit iuramentum. Quare idem dominus archiepiscopus supradictus in hac parte mandatum apostoltcum uolens exequi, prout debet et tenetur, et etiam iustis supplicationibus et prečibus procuratoris predictarum dominarum annuens, die dominico, tercio mensis supradicti accedens ad monasterium sancti Nicolai supradictarum dominarum in capitulo ipsius monasterii monialibus et consororibus omnibus eiusdem monasterii coram ipsius reuerentia et presentia simul reuerenter flexis

genibus constitutis, videlicet sorore Pria, vicaria dicti monasterii et monialium eiusdem, sorore Caterina, sorore Dumpnana, sorore Francisca. sorore Malbeda, sorore Thomasina, sorore Nicolota, sorore Lippa, sorore Clara, sorore Maria, sorore Daria, sorore Jacobina, sorore Marina, sorore Mira, sorore Elissabeth, sorore Francisca, sorore Lippa, sorore Pelegrina, sorore Nicolota, sorore Dobra, sorore Clara, sorore Caterinai sorore Philippa, sorore Martina, sorore Stephana, sorore Maria, sorore Agnesina, sorore Johanna, sorore Cathena, sorore Maria, sorore Gracia, sorore Cecillia, sorore Madelena, sorore Paula Banica, sorore Nicolota, sorore Margarita, sorora Bona, a quibus quidem omnibus et singulariter a qualibet ipsarum reccpto corporali iuramento de parendo iuri et stando mandatis ecclesie et quod de cetero non erunt rebelles dicte ecclesie, prenominatas autem omnes moniales siue sorores predicti monasterii sancti Nicolai et singulariter quamlibet ipsarum iuxta ecclesie formam auctoritate apostolica, qua in hac' parte fungitur, absoluit ab omni excommunicatione, suspensione et interdicto, si quam uel si quod ipse s[iue] aliqua ipsarum hactenus incurissent occasione aliqua et ex quacumque causa per supradictum dominum Bertrandum uel eius subcollectores, a quibus eas auctoritate apostolica po. . . . . .re absoluere et omnem suspensionem et interdictum diuinorum offitiorum, sub quibus earum ecclesia erat submissa, tollit et relaxat uigore literarum apostolicarum easque restituit ecclesiasticis sacramentis, et omnia alia earum et sui monasterii priuilegia et indulgentias eisdem confirmauit. Nichilominus eis omnibus et singulariter cuilibet earum iniungit, quod de cetero, ut premititur, non erunt rebelles ecclesie, et quod in qualibet parte amodo eas contingere posset soluere decimam sumrho pontifici uel eius nuntiis libere et integre soluent, et ita promiserunt vnanimiter et concorditer si aliquo tempore eis imponeretur soluenda. In cuius rei testimonium et fidem pleniorem mandauit ipse dominus archiepiscopus supradictus presentem eius absolutionem sui sigilli appensione muniri.

Actum est hoc Jadre in capitulo monasterii sancti Nicolai supradicti, sub anno domini millesimo trecentesimo trigessimo (I; septimo, indictione quinta, die dominico tercio intrante mense augusti, presentibus fratre Francisco inquisitore fratrum Minorum de Jadra, et fratre Martino eiusdem ordinis inquisitore et vicario generali .tocius prouintie Sclauonie, et fratre Marco dicti ordinis confessore supradictarum dominarum, testibus ad hec adhibitis, uocatis et rogatis.

(Signtim not.J

Et ego Gerardus de Burgo de Placentia, imperiali auctoritate pu-

blicus notarius hiis predictis omnibus interfui et rogatus scripsi et signo meo proprio atque consueto signaui et roboraui. •.

Original u guber. arkivu u Zadru, odio samost. sv. Nikole no. 164. Pečat izgubljen.

258.

1337, 15. augusta. U Križeveima.

Pred Stjepanom županom križevačkim ustanovljuje Jakob Joahimov svoje prokuratore.

Nos magister Stephanus filius Pauli bani, comes Crisiensis, memorie commendamus, quod Jacob filius Joachim coram nobis personaliter comparendo in omnibus causis suis tam per ipsum contra quoslibet motis vel movendis, videlicet si per quempiam contra eundem moverentur, Pacem filium Dionis, Thomam filium Luce, Jacobum filium Henrici constituit et ordinavit veros ac legitimos suos esse procuratores in solidum, promittens se ratum et firmum habiturum, quidquid per ipsos aut . . in eorum altero habsente(!) actum, gestum et ordinatum extiterit in premissis. Datum in Crisio, in assumptione beate "Marie virginis, anno domini MCCCXXX. septimo.

Fejer Cod. dipi. Hung. VIII., 7, p. 295.—296. veli : Iz originala.

259.

1337, 21. augusta. Na Braču.

Nadbiskupija spljetska daje Beli sinu Radovanovu zemlju na Braču, da nasadi vinograd.

In Christi nomine amen. Anno natiuitatis eiusdem MCCCXXXVII., indictione V., die 21. mensis augusti. Temporibus quidem domini Francisci Dandulo inclyti ducis Veneciarum, reuerendi patris domini fratris Luce de: gratia Farg et Brace episcopi, et nobilis viri domini domini Sandi(!) Delfino dictarum insularum egregii potestatis, ac domini Thomasini de Amatis vicarii in Bracia predicti domini potestatis, dominorum Doimi Peruoslaui et Georgii Cranchi Braze iudicum. Belle filius Radouani de Bracia de Pol[1] accepisse a domino Biucio canonico Spalatensi procuratore et factore venerabilis patris domini domini Dominici gratia dei et sedis apostolice archiepiscopi Spalatensis plantare uites et alia fructa (!) in terra dicti domini archiepiscopi vretenos sex terre posite in Brazia in portu Postire in loco ubi pater dicti Belii tempore elapso uites habuerat; tali pacto et condicione, quod dictam terram sex vretenorum teneatur plantare sex annis sub p§na librarum 5 comuni Braze et . . . . ' dicto domino archiepiscopo et habere tres partes musti et omnium fructuum et . . ..[1] remaneat dicto domino archiepiscopo quartam partem; et- quocumque anno dictam vineam bene et fideliter non laborauerit ad bonam consuetudinem Braz§, quod illo anno amittat totam partem suam de musto et de fructibus. Et hec omnia ....[1] promitit attendere et obseruare sub pena supradicta cum obligatione omnium suorum bonorum. Actum [in. curia] mei notarii infrascripti presentibus Vitco Slouigna, Helia Stepsce, Radouano Mangaze testibus.

[1] Očito ispušteno: »fuit confessus«.

Ego Thomasius de Amatis vicarius Braze manum meam misi.

Et ego Draganus filius Berini de Bracia auctoritate imperiali notarius et nunc iuratus comunis Bracie rogatus interfui, scripsi et consueto signo rorationis compleui.

(Signum not.).

Descrizione della mensa (XVII. vij.) fol. 171. u arkivu biskupije u Spljetu.

260.

1337, 21. augusta. Na Braču.

Nadbiskupija spljetska daje Radovanu sinu Slavosevu zemlju u Dolu na Braču, da nasadi vinograd.

In Christi nomine amen. Anno natiuitatis eiusdem MCCCXXXVIL> indictione V., die XXI., mensis augusti Temporibus quidem domini nostri domini Francisci Dandulo inclyti ducis Venetiarum, venerabilis patris domini fratris Luc§ dei gratia Fare et Braze episcopi, et nobilis viri domini Sandi Delfino dictarum insularum egregii potestatis, ac domini Thomasini de Amatis vicarii in Braza dicti domini potestatis, dominorum Doimi Peruoslaui, Mixe Dragoslaui et Georgii Cranchi Braze iudicum. Radouanus filius Slauosci de Bracia đe Dol cognomine Volinus

[1] Valjda nečitljivo bilo.

fuit contentus et obligatus venerabili patri domino domino Dominico gratia dei et sedis apostolice archiepiscopo Spalatensi atque eius procuratori et factori ibidem presenti loco ipsius domini archiepiscopi domino Biucio canonico sancti Domnii de Spalato ad pastinandum uites et alia fructua(l) in terra dicti domini archiepiscopi siue ecclesie sancti Domnii; que terra est posita iuxta uiam publicam, que currit ad mare ubi uocatur Ducipalsco, de quibus uitibus et omnibus fructibus arborum quicumque sunt et in posterum erunt supra dicta terra quartam partem dare promisit dicto domino archiepiscopo pro suo terratico et ipse habere 3 partes, nisi de uitibus ueteribus que fuerunt Ducipali debet habere 4 partes et dominus archiepiscopus quintam partem. Promittens ipsam vineam bene et fideliter laborare ad bonam consuetudinem Braze semel putare et bis Jigonizare; cuius terre sunt 4 vreteni; et quocunque anno non laborauerit bene ad bonam consuetudinem Braze dictam vineam, quod illo anno amittat totam partem suam tam de musto quam de aliis fructibus. Promittens hec omnia et singula attendere et obseruare ac contra non uenire sub bonorum suorum et sue persone obligatione; et idem dominus Biucius factor et procurator supradicti domini archiepiscopi promittens dicto Radovano loco domini archiepiscopi dictam terram ab omnibus personis et vniuersitate defendere et excalumniare sub bonorum obligatione et damnorum refectione et ipsam vineam ab ipso non auferre donec vites fructuum durabunt super terra laborando ipse dictam vineam fideliter. Actum in curia mei notarii infrascripti, presentibus Belle Radouani, Vitco Slouigne et Radouano Mangaze, testibus uocatis et rogatis.

Ego Thomasinus de Amatis vicarius Braze manum meam misi.

Et ego Draganus filius Berini de Bracia auctoritate imperiali notarius et nunc iuratus comunis Braze rogatus interfui, scripsi et consueto signo roborationis compleui.

(Signnm not.).

Descrizione della mensa (XVII. vij.j fol. 179.—180. u arkivu biskupije u Spljetu.

261.

1337, 22. augusta. Na Braču.

Nadbiskupija spljetska daje Stjepanu sinu Belote zeinlju u Dolu na Braču, da -nasadi vinograd.

In Christi nomine amen. Anno natiuitatis eiusdem MCCCXXXVIL, indictione V., die *22.* augusti. Temporibus quidem domini nostri domini Francisci Dandulo inclyti ducis Venetiarum, venerabilis patris domini fratris Luce dei gratia Fare et Braze episcopi, nobilis viri domini Sandi Delfino dictarum insularum egregii potestatis, ac domini Thomasini de Amatis vicarii in Bracia predicti domini potestatis, dominorum Doymi Peruoslaui, Mixe Dragoslaui et Georgii Cranchi Braze iudicum. Stephanus filius Belote de Bracia de Dol fuit contentus et obligatus venerabili patri domino domino Dominico gratia dei et sedis apcstolice archiepiscopo Spalatensi atque eius procuratori et factori ibidem presenti loco ipsius domini archiepiscopi domino Biuicio(!) canonici sancti Domnii de Spaleto pastinare uites et alia(!) fructus in terra dicti domini archiepiscopi siue ecclesie sancti Domnii, que terra est posita in Bracia in portu Postire iuxta uiam pubiicam, que currit ad ripam maris supra uineam que uocatur Letunsco usque ad pastinum Radiny Golosli; de qua terra sunt 8. vreteni. Promittens ipsam ierram pastinare a modo usque ad octo annos ad ultimum terminum et habere 3 partes pro suo labore et dare dicto domino archiepiscopo siue suis factoribus quartam partem pro suo terratorio(l) tam de musto quam de omnibus aliis fructibus arborum quecumque dabunt fructus super dicta terra; promittens ipsam vineam bene et fideliter laborare ad bonam consuetudinem insule Braze semel putare et bis ligonizare; et quocumque anno ipse non laborauerit ad boriam consuetudinem insule Braze, quod illo anno amittat de omnibus fructibus totam partem suam in colligendo tam de musto quam de aliis fructibus; et si ipsam terram, ut supra dicitur, usque ad terminurn octo annorum non pastinauerit, quod soluere teneatur dicto domino archiepiscopo libras quinque denariorum et totidem comuni Braze. iPromittens hec omnia supradicta et singula attendere et obseruare ac contra non uenire sub bonorum suorum et su§ persone obligatione omnium. Actum in curia mei notarii infrascripti presentibus Belle Radouani, Vitco Slouigne et Radouano JVIangaze, testibus uocatis et rogatis.

Ego Thomaxinus de Amatis vicarius Braze manum meam rnisi.

Et ego Draganus filius Berini de Bracia auctoritate impenali notarius et nunc iuratus comunis Brace rogatus interfui, scripsi et consueto signo roborationis compleui.

(Signum not.J

Descriz. detta mensa (XVII. vij.) Jnl. 177.—178. u arkivu biskupije u Spljetu.

262.

1337, 24. augusta. U Dolu na Braču.

Nadiiskupija spljetska daje udovici Budi i nj'ezinim sinovima zemlju na Braiu, da nasade vinograd.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCXXXVIL, indictione quinta, die 24. augusti. Temporibus quidem domini nostri domini Francisci Dandulo inclyti ducis Venetiarum, venerabilis patris domini fratris Luce dei gratia Fare et Braze episcopi, et nobilis viri domini Sandi Delfino dictarum insularum egregii potestatis, et domini Thomasini de Amatis vicarii in Bracia predicti domini potestatis, dominorum Doymi Peruoslaui, Mixe Dragoslaui et Georgii Cranchi Braze iudicum. Buda reliota Mischi de Dol cum suis filiis Beriso et. Vladiga fuerunt contenti et obligati accepisse a domino _Biucio canonico-Spalatensi procuratore et factore domini archiepiscopi Spalatensis domini Dominici gratia dei et sedis apostolice vretenos Б. de terra ipsius domini archiepiscopi ad pastinandum; que terra est posita in insula Braze in portu Postire in loco ubi condam Mise(!) uir eius uites habuerat tempore elapso; quam terram ipsi plantare promisserunt hinc ad quinque annos sub pena comuni Braze librarum quinque denariorum paruorum; quam vineam promiserunt bene et fideliter laborare ad bonam consuetudinem Braze, semel putare et bis sapare; et quocumque anno ipsam bene non laborauerint, quod illo anno amittant totam partem suam tam de musto quam de aliis fructibus quicunque nascerentur in dicta terra. De quibus fructibus omnibus uitium(!) et arborum promiserunt dare dicto domino archiepiscopo quartam partem pro suo terratorio (!); promittentes hec omnia suprascripta attendere et obseruare cum bonorum suorum omnium obligatione. Actum ,in .Dol in curia dicte Bude, presentibus Dobrbslauo Radoi et Radino Stepce, testibus uocatis et rogatis.

Ego Thomasinus de Amatis vicarius Braze manum meam misi.

Et ego Draganus filius Berini auctoritate imperiali notarius et nunc iuratus comunis Braze rogatus interfui, scripsi et consueto signo roborationis compleui.

(Signum not.). •

Descrizione della mensa (XVII. vij.) fol. 176.—177. u arkivu biskupije u Spljetu.

263.

1337, 24. augusta. U Dolu na Braču.

Nadbiskupija spljetska daj'e Radinu zemlju na Braču, da nasadi vinograd.

In Christi nomine amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo septimo, indiccione V., die 24. augusti. Temporibus quidem domini nostri, domini Francisci Dandulo inclyti ducis Venetiarum, venerabilis patris domini fratris Luce dei gratia Fare et Bracie episcopi. et nobilis viri domini Sandi Delfino dictarum insularum egregii potestatis, ac domini Thomasini de Amatis vicarii in Brazia'predicti domini- potestatis, dominorum Doymi Peruoslaui, Mixe Dragoslaui. et Georgii Chranchi Braze iudicum. Radinus filius quondam Tepesce Golosli de Bracia de Dol fuit contentus et obligatus accepisse ad pastinandum a domino Biucio canonico sancti Domnii de Spalato, procuratore et factore venerabilis patris domini domini Dominici gracia dei et sedis apostolice archiepiscopi Spalatensis vretenos octo terre dicti domini archiepiscopi posite in Brazia in portu Postire; tali pacto et condicione, quod a rriodo usque ad annos octo totam illam terram octo vretenorum teneatur pastinare et dare dicto domino archiepiscopo quartam partem de musto et de omnibus fructibus quicunque nascerentur in dicta terra, et [habeatj.pro suo labore tres partes, et si ipse ad dictos octo annos totam illam terram non plantauerit, quod soluere teneatur pro pene(!) dicto domino archiepiscopo libras quinque denariorum paruorum et totidem [comuni] Braze. • Et insuper promittit ipsam uineam bene et fideliter laborare ad bqnam consuetudinem Braze semel putare, bis sapare; et quocunque anno. ipsam bene non laborauerit, quod illo anno amittat totam partem suam de musto et de aliis fructibus; promittens.he(i) omnia supradicta et singula attendere et obseruare ac cbntra non uenire sub pena [quarti] et obligatione suorum (omnium'. bonorum, Actum in Bracia in Dol, in curia heredum . ... *I* presentlbus Dobroslauo Radoi et Louaio Bosani, testibus uocatis et rogatis.

[1] Valjda nečitljivo bilo.

Ego Thomasinus de Amatis vicarius Brace manum meam misi.

Et ego Draganus filius Berini de Bracia auctoritate imperiali notarius et nunc iuratus comunis Brazie rogatus interfui, scripsi et consueto signo roborationis compleui.

(Signum not.J.

Descrizione della mensa (XVII. vij.J fol. 173.—176. u arkivu biskupije u Spljetu.

264,

1337, 25. augusta. U Dolu na Braču.

Nadbiskupi-ja spljetska daje Nikoli sinu Gjurinu zemlju na Braču, da nasadi vinoprad.

In Christi nomine amen. Anno natiuitatis eiusdom MCCCXXXVIL, indictione V., die 25. augusti. Temporibus quidem domini nostri, domini Francisci Dandulo inclyti ducis Venetiarum, venerabilis patris domini fratris Luce dei gratia Fare et Braze episcopi, et nobilis viri domini domini Sandi Delfino dictarum insularum egregii potestatis, dommorum Doimi Peruoslaui et Mixe Dragoslaui et Georgii Chranchi Braze iudicum. Nicolaus filius Georgii. . . . . . .[1] de Brazia de Dol fuit confessus accepisse a domino Biucio canonico Spalatensi procuratore et factore venerabilis patris domini Dominici gratia dei et sedis apostolice archiepiscopi Spalatensis vretenos sex pastinandos de terra dicti domini archiepiscopi que est posita in Brazia in portu Postire iuxta vineam . . . . .[1] Nicolai, tali pacto et condicione, quod dictam terram teneatur pastir.are a modo usque ad sex. . . . . . .[1] sub pena soluenda dicto archiepiscopo librarum 5 denariorum paruorum et totidem comuni Bracie et dare. . . . archiepiscopo quartam partem tam de musto quam de omnibus fructibus quicunque nascerentur in dicta terra. . . . . promittit bene et fideliter laborare, semel putare et bis sapare, et quocumque anno [dictam vineam bene] non laborauerit ad bonam consuetudinem Brace, quod illo anno amittat partem suam de musto quam etiam de omnibus aliis fructibus. Promittens idem Nicolaus hec omnia supradicta attendere, obseruare ac contra non venire sub pena predicta et obligatione suorum omnium bonorum. Acta. . . . . . .in curia heredum Desiuani(j) presentibus Dobroslauo Radoi et Leuaio(!) Bosani testibus vocatis et rogatis.

[1] Valjda nečitljivo bilo.

Ego Thomasinus de Amatis vicarius Brazie manum meam misi.

Et ego Draganus filius Berini de Brazia auctoritate imperiali notarius et nunc iuratus comunis Bracie rogatus interfui, scripsi et consueto signq roborationis conpleui.

(Signum not.J

Descrizione della mensa (XVII. vij.) fol. 172. u arkivu biskupije u Spljetu.

265.

1337, 29. augusta. U Zagrebu.

Mikić ban sa sucima kraljevstva sudi radi posjeda Peturkegorice.

Nos Mykch banus tocius Sclavonie memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod cum anno domini M°CCC°XXX° septimo, in quadam secunda feria post dominicam iudica tribunal iudiciale assedendo unacum assessoribus, nobilibus Sclavonie, causas causancium equo moderamine iuris pensassemus, Stephanus filius Farcasii ad nostram iudiciariam accedens presenciam contra Nicolaum filium Pauli filii Bank, duas literas capituli Chasmensis ecclesie citatorias et sex nostras prorogatorias ac septimam simpliciter iudicialem nobis demonstrarat, in quibus palam videramus contineri, quod dum idem Stephanus filius Farkasii recepto Petro filio Michaelis, homine nostro sub testimonio magistri Johannis dicti Nepotis, hominis dicti capituli Chasmensis, ad reambulandam cuiusdam possessionarie porcionis Peturkegoricha vocate et nomine sui iuris hereditarii anno domini M°CCC°XXXmo quinto, secunda feria proxima scilicet in vigilia beati Jacobi apostoli sibi statui faciendam accessisset, eodem die Johannes dictus de Sumogh, proximus Nicolai filii Pauli filii Bank, vice et nomine eiusdem Nicolai proximi in facie dicte possessionarie porcionis Peturkegoricha vocate personaliter comparendo, ipsos hominem nostrum et testimonium eiusdem capituli Chasmensis a statucione memorate possessionarie particule ipsi Stephano filio Farkasii facienda prohibuisset, et obhoc eundem Nicolaum filium Pauli filii Bank contra prefatum Stephanum filium Farkasii idem homo noster sub testimonio capituli ante-. dicti ad quindenas dicti diei prohibicionis ad nostram presenciam legitime evocasset; ipsoque termino, videlicet quindenis beati Jacobi apostoli advenientibus, quia predictus Johannes de Sumug(!) dictus vice et nomine ipsius Nicolai filii Pauli filii Bank. comparendo, eundem Nicolaurn

filium Pauli in quodam castro regio Golombok nominato in confinibus regni Servie constituto residere atque stare referebat, presente Stephano filio Farcasii, antedicto, pro eo ipsam causam ad octavas omnium sanctorum sequentes absque aliquo gravamine iudiciali duxeramus prorogandam; quibus quidem octavis advenientibus, quia eodem Nicolao filio Pauli, nec veniente nec mittente ipseque Stephanus filius Farkasii diebus legitimis coram nobis expectavit, ideo eundem Nicolaum iudicio simplici contra prefatum Stephanum filium Farkasii fore convictum duxeramus relinquendum; deinde cum in secundaria citacione Gregorius filius Anthonii, homo noster sub testimonio Pouse sacerdotis capelle beate virginis de Kamarcha per dictum capitulum Chasmense assignati, sepius nominatum filium Pauli filii Bank, anno domini M°CCC°XXXmo sexto, in quadam quinta feria proxima a[nte] dominicam reminiscere, contra eundem Stephanum filium Farcasii ad feriam quartam prqximam post dominicam letare, videlicet diem medie quadragesime ad nostram presenciam evocasset, ipso termino adveniente, quia idem Nicolaus filius Pauli nec venisset nec misisset, ipso Stephano filio Farkasii diebus legitimis expectante, pro eo ipsa causa cum consveto gravamine iudiciali ad quindenas residencie exercitus nostri, abhinc ad quindenas ipsarum quindenarum, videlicet ad dominicam invocavit, deinde ad feriam secundam proximam post dominicam oculi, exinde ad secundam feriam proximam post dominicam iudica in quolibet termino cum consveto gravamine iudiciali extitisset protelata, ipse quidem Nicolaus filius Pauli in neutro dictorum terminorum venisset aut misisset, oherosa iudicialia gravamina in se non formidans aggregare, prefato vero Stephano filio Farkasii, in quolibet terminorum predictorum diebus legitimis coram nobis legitime expentacte, unde quia in premissis dilacionibus terminorum quatuordecim terrriini complebantur, et iuxta consvetudinem Sclavonie ab antiquo approbatam complecionem quatuordecim terminorum possessionaria introduccio et forenses proclamaciones sequi debent, ideo nos, ne in facienda iusticia festiui fore videremur, capitulum Chasmensis ecclesie postularamus reuerenter, ut ipsi suum mitterent hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Gregorius filius Antoni, homo noster, ipsum' Stephanum filium Farkasii, in possessionem eiusdem Nicolai filii Pauli Zygeth vocatam introduceret quindecim diebus permansurum, victuique necesaria absque destruccione aliquali in eadem recepturum, ammoneieriftque eujndem Nicolaum presentibus suis" vicinis et commetaneis verbo nostrd, ut in octavis festi pentecostes venturis(!) coram nobis cofflparendo, contra ipsum Stephanum filiUm Farkasii, in facto principali, scilicet dicte possessionis Peturkegoricha vocate occupatam conservacione peremptorie responderet et de gravaminibus" iudi-

ciariis in duabus partibiis nobis, in tercia vero parte ipsi Stephano adversario suo satisfaccionem impenderent congfuentem. Deinde predictum capitulum Chasmense nobis rescripserat reverenter, quod cum ipsi nostris peticionibus obtemperantes cum prefato Gregorio filio Anthonii, homine nostro, Johanem sacerdotem ecclesie saricti Martini de Zredicha hominem ipsorum pro testimonio ad premissa exequenda transmisissent, iidemque homo noster cum predicto eorum testimonio' ad eos redeundo omnia premissa exequisse et fecisse concorditer eis recitassent; et quia idem Nicolaus filius Pauli, gravamiria gravaminibus cupiens accufflulare, in predictis[1] octavis festi penthecostes vocatus" et ammbnitus pfo expedicione premissoram contra ipsum Stephanum filiiim Farkasii, non venisšet nec misisset, eodem Stephano diebus legitimis expectarite, nos nolentes surda aure pertranšire ipsius eontumaciam, memoratum capitulum Chasmense postularamus vicibus itefatis,' ut ipsi suum mitterent hominem pro testimonio fidedignum, quo" presente Gregorius filius Anthonii, hbmo n'oster in tribus foris, videlicet in Crisio, in Kaproncha et in Zredahel ipsum Nicolaum filium Patili filii Banu publice faceret proclamari, ut in octavis beatissimi regis Sitephani corafri nobis compareret et in facto principali, scilicet occupative detencionis pbssessionarie porcionis Peturkegoricha vocate cbntra sepefatum' Stepnanurn filium Farkasii, peremptorie responderet et de gravarriinibus iudicialibus in duabus partibus nobis, in tercia vero parte eidem Stephano suo cbntrario satisfaccionem impenderet ćongruentem. Post hec auterri prefatum capitulum Chasmense nobis rescripsefat reverenter, ut ipsi' ciipientes nostrum mandatum adimplere cum predicto Gregofio filid Anthonii homine nostro Johannem sacerdotem ecclesie sancti Martini de Zfedahel (!)' hominem, eorum pro testimonio ad exequerida premissa transmisissent; qui demum ad eos redeuntes premissa executi se fuisse' pari voće recitasserit, advenientibusque ipsis octavis beatissimi regis Stephani, sepefatuš Nićolaus filius Pauli filii Bank tamquam nexus 'et iuriš'spretbr rion venit neque misit, irrimo in sue ' culpabilitatiš indicium a faCie iusticie se periitus absentavit, eodem Stephano filio'Farćasii diebuš legitimis' expectarite. Unde quia nil iusticia iustis prodesse posset, si contumacibiiš cdntumacia non obesset, nos siquidem una ciim' nobilibus Sclavoriie riobiscutri pro tribunali assidentibus dictam 'posšešsionem' Peturkagoricha' Nicolao ab eodem filio Pauli sentencialiter auferentes ipsi Stephano" filio Farkasii, Leurando et Adriano fratribus suis uterinfe cum omnibus eiusdem possessionis utilitatibus et peftinenciis vniueršis adiudicavimus obtinendam, possidendam, tenendam et habendam, alias v-ero. possessiones suas in

[1] Iznad linije istom rukom umetnuto.

nostras manus duximus applicandas. Mete .vero eiusdem possessionis Peturkegoricha yocate, prout prefatum capitulum Chasmense nobis scripserat, sunt hec: Prima meta inclpit a parte meridionali in arbore tul cruce si^nata in vicinitate terre filiorum Stephani filii Beles, circa magnam viam, que.vadit de Breg ad Koproncham directe ad septemtrionem per veterem viam in magno spacio circa terras Petri filii Nicolai et Bartholomei filii. Iwan, et per eandem declinat versus meridiem ad metam terream; deinde per campum in modico venit ad arborem piri cruce signatam circa fossatum, et per ipsum fossatum versus septemtrionem cadit in aquam Balache, et deinde per eandem aquam infra versus orientem in magno spacio de ipsoque fluvio exeundo procedit.versus occidentem ad tres arbores jegene, deinde per dumos spinarum venit ad rivulum Rechicha ,et per eundem in longo spacio eundo cadit in fluvium Ko-. proncha, et per ipsum fluvium Koproncha versus orientem procedendo pervenit ad quoddam mplendinum Peturke dictum, inde vadit infra per aquam. ad locum cuiusdam molendini Racus[1] nomine, ibi declinat ad meridiem ad unam. mlacam etad arborem tul cruce signatam, deinde vadit ad arborem byk eirca. Vizoqui Laz situatam, deinde vadit versus occidentem ad unam mlacam Cekutina dictam, ubi est arbor byk cruce signata, abhinc in Vulztidol ad metam terream, deinde ad unam gredam altam, abhjnc ad arborem pomi cruce signatam, inde in bono spacio ad Mlechinzcha p[ri]tpca, ibi est arbor tul cruce signata, deinde ad arborem haas .cruce signatam, abhinc ad Grobischa per magnam viam que tendit ad Jacobum ubi sunt vie per modum crucis, abhinc ad arborem tul cruce signatam, deinde ad quoddam potok Zumurdeki et locum pontis ac metam terream, inde declinat vers.us partem septemtrionalem per magnam viam, ipsamque viam transeundo versus occidentem iuxta sessiones Vulxa ad Koproncham ad arborem tul cruce signatam,. deinde per viam ad arborem tul cruce signatam, inde per antiquam viam in bono spacio ad metam terream, abhinc declinat versus meridiem ad arborem tul cruce signatam, deinde per unam viam circa Dobruch et per eandem vadit usque metas Petri filii Nicolai et Bartholomei filii Iwan, ibique terminantur. Mete vero prescripte, prout dictum capitulum nobis scribebat, fuissent in presencia vicinorum et commetaneorum erecte. Datum Zagrabie, in festo decollacionis beati Johannis Baptiste, anno prius nominato.

Iz originalne hstine kapfola zagrebačkog od god. 1338. u_ narodnom muzeju u Budimpešti, a. 133%. dar Imre Nagya.

Nagy Cod. dipl. Andeg. III, Ш.—kOQ.

' Ratus?

266.

1337, 14. šeptembra. U Ivanić gradu.

Ladislav biskup zagrebački potvrdjuje uslanovu o razdiobi prihoda kaptolskih.

In nomini domini amen. Nos Ladizlaus dei et apostolice sedis gracia Zagrabiensis episcopus significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod discretus vir, magister Jacobus, lector ecclesie nostre Zagrabiensis, in spiritualibus et temporalibus vicarius noster. ger neralis, ad nostram accedens presenciam exhibuit nobis quandam papiri conscripcionem, formam constitucionum per venerabiles viros capituium nostre ecclesie Zagrabiensis memorate editarum, manu, ut apparebat discreti viri domini Johannis archidiaconi de Guerche conscriptam, petens a nobis nomine tocius capituli, ut ipsas ratas habere, auctorizare et confirmare dignaremur. Quarum quidem tenor talis est: *(Slijedi listina od 9. augusta 1335.)* Nos igitur dictas constituciones honestas, legitimas ac salviferas fore cognoscentes, presentibus de verbo ad verbum conscribi facientes approbamus, ratificamus et presentis scripti patrocinio confirmamus, addicientes et decernentes, quod quecumque singularis persona vel societas contra premissa vel aliquod premissorum attemptare quicquam presumpserit, per vicarium generalern pro tempore constitutum. prout de iure fueri poterit, puniri vel condempnari debeat et possit eiusdem vicarii pro libito voluntatis. In cuius rei firmitatem presentibus sigillum nostrum autenticum duximus apponendum. Datum in castro nostro novo de Iwanch, in festo exaltacionis sancte crucis, anno domini MCCCXXXVII.

Lib. stat. capit. Zagrab. part. I. cap. XXXIII.
Tkalčić Monum. episcop. Zagrab. II 31—32.
Tkalčić Mon. civit. Zagr. I. 150.—151.

267.

1337, 24. septembra. U Pečuhu.

Kaptol pečuhski prepisuje za biskupa zagrebaikog Ladislava listinu kralja Karla od 4. jula 1318., kojom se ftotvrdjuju listine Bele LI. od g. 1134. i Mirka od g. 1201. glede slobode crkve zagrebaćke.

Stephanus prepositus et capitulum ecclesie Quinqueecclesiensis omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum

inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod Vyzlo filius Gregorii de Vyzlou seruiens venerabilis in Christo patris domini Ladizlai diuina miseracione episcopi Zagrabiensis nomine et uice eiusdem domini sui ad nostram personaliter. a.ccedens presenciam exhibuit nobis quoddam priuilegium excellentissimi principis domini Karoli dei gracia illustris regis Vngarie, domini nostri confirmacionem petens nobis(!) nos uerbo domini sui cum instancia, vt quia propter discrimina uiarum et inimicorum insidias ad causas suas in specie transmittere non auderet, tenorem eiusdem de uerbo ad uerbum transcribi faceremus et sigillo nostro consignari ad cautellam.' Cuius tenor talis est: *(Sliedi listina kralja Karla od 4. jtila 1318.).* Nos igitur peticionibus ipsius domini episcopi Zagrabiensis iustis et legittimis annuentes tenorem dicti priuilegii presentibus transcribi fecimus et sigillo nostro ćum pendenti communiri ad cautelam. Actum octauo kalendas octobris, arino ab incarnacione domini MCCCXXX° septimo. Datum per manus discreti viri' magistri Johannis lectoris ecclesie nostre; discretis viris magistro Nicolao cantore, Petro custode, Johanne decano ceterisque • quam pluribus ibidem deo deuote famulantibus.

. Iz kodeksa: Liber privileg. episc. Zagrab. list. 29.
Koaeks iC arkivu nadbiskupije u Zagrebu: I. B. IX. 167.

268.

1337, 10. oktobra. U Zadru.

Martinusije fokojnog Barta Peira Klauda i Nikoia de Cande vraćaju medjusobno fosjede, koje bijahu kufih jedan od drugoga.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo septimo, indictione sexta, die decimo mensis octubris, Jadre. Temporibus domini Francisci Danduli incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaro decretorum doctoris, Jadrensis archiepiscopi, ac domini Biasii Geno egregii comitis. Cum Martinussius olim Barthi Petri Claudi, ciuis Jadre, dudum vendiderit suas possessiones positas in insula magna, per publicum instrumentum scriptum manu mei Marini de Saracho, notarii infrascripti, sub millesimo trecentesimo vigesimo, indictione quarta, die sexto mensis octubris, item vineas vniuersas positas ad montem per aliud instrumentum scriptum . manu . dicti Marini notarii sub millesimo trecentesimo decimo. nono, indictione secunda, die duodecimo mensis aprelis(f), item

medietatem tocius terre pro indiuiso, posite ad Meruicam per tercium instrumentum scriptum manu Stephani Petri pictoris, notarii Jadrensis, sub millesimo trecentesimo quintodecimo, indictione tercia decima, die decimo intrante mense iulii, item vnum ortum positum ad Caualarum per instrumentum scriptum manu dicti Stephani sub millesimo trecentesimo decimo nono, indictione tercia, die vndecimo mensis ianuarii, Nicolao quidem Andree de Cande ciui Jadre; predictus quidem Nicolaus confessus est presenti publico instrumento se a dicto Martinussio recepisse et rehabuisse totum precium in dictis quatuor instrumentis contentum, ex quo dictus Nicolaus restituit[1] et anichillauit predictas vendiciones, et predicta quatuor instrumenta incisa restituit predicto Martinussio, volens idem Nicolaus, quod predictus Martinussius ex dictis possessionibus possit facere suum velle, contradictione alicuius minime obstante. Et e conuerso dictus Martinussius restituit dicto Nicolao unum publicum instrumentum incisum, scriptum manu mei[2] dicti Marini, sub millesimo trecentesimo trigesimo quarto, indictione secunda, die decimo nono mensis aprilis continetur, qualiter dictus Nicolaus vendidit totam possessionem suam positam ad Saton in districtu None Martinussio predicto, qui Martinussius confessus est se a dicto Nicolao rehabuisse pretium in dicto instrumento contentum. Ideo voluit Martinussius, quod Nicolaus predictus possit ex dicta possessione ad Saton facere suum velle absque alicuius contradictione. De omnibus autem aliis rebus et debitis mobilibus, que vicisim (!) fecerunt et contraxerunt aliqualiter, alter alterum et e conuerso reddit securum et quietum instrumento presenti omni alegacione remota et nullo pretermisso obstante. Actum est hqc et firmatum coram hiis uocatis et rpgatis testibus, scilicet B.artholomeo de Osserico et- (Joillo de Corasia, Jadrencibus et aliis.

(Drugi rtikopisj. .

Ego Laurencius condam Francisci de Ziualeffis examinator manum misi. • . . . - . . •

Ego Marinus Symonis de Saracho, imperiali auctoritate notarius et fadrensis iuratus interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Signum not.) - ...

Original zi gubernial. arkivii u Zadru, odio samostana sv. Nikole n. 165.

[1] Korigirano.
[2] Jednom pisano skraceno, drugi put sasm i ispisano.

269.

1337, 24. oktobra. U Čazmi.

Pred kaptolom čazmanskim obvezuju se zastupnici županija čazmanske, dubravske i ivaničke biskupu zagrebačkom Ladisiavu, da ne će više bune dizati.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod Georgius filius Heyem, Paulus filius Isou, Gallus filius Martini, Nicolaus filius Sauli, Lachk filius Junas, Georgius de Scelna, Andreas Komlous, Andreas de sancto Petro olim clauiger de Dombro, Petrus filius Martini et Bexa de comitatu Chasmensi, item predictus Petrus frater Kopoz, Martinus filius Floriani, Leustachius, Arnoldus et Nicolaus filius Zeker de comitatu de Dombro, item Danach, Nicolaus filius Donik, Mathias filius Derswoy et Petrus filius Michaelis de comitatu de Iwa[n]gh suo et omnium dictarum prouinciarum cuiuscumque status hommibus nomine coram nobis constituti perorarunt[1] in hec uerba, quod, quia propter facta et insolencias quorundam, que ex fomite nequicie et iniquitatis procedere uidebantur, venerabilis in Christo pater dominus Ladizlaus dei et apostolice sedis gracia Zagrabiensis episcopus dominus noster de ipsis non plene confidebat et ob hoc ipsi multa incomoda reportare videbantur; volebant, vt tante diffidencie fomes extirparetur et cum domino episcopo domino ipsorum perpetua pace possent perfrui decreuerunt, quod contra insolencias malignancium sub certis penis infrascriptis ipsi domino episcopo et suis successoribus nostris litteris se obligarunt; videlicet quod quicumque aliquam infidelitatem uel ingratitudinem contra dictum dominum episcopum, officiales, eius successores seu familiares uerbo, facto, consilio uel fauore seu auxilio comitterent uel infidelibus quoquo modo hospitarentur vel prius promissa per ipsos non seruarent uel contra libertatem ecclesie facto aliquid attemptarent vel uerbo allegarent et hoc ex suspicionibus, coniecturis; causis racionabilibus vel probacionibus appareret, idem factores uel prolatores et eorum fautores absque strepitu aliqualis iudicii caderent a iure et dominio omnium possessionum et bonorum que in episcopatu Zagrabiensi uel eciam alias habere dinoscuntur, et persone lalium et fautorum eorundem in seruitutem ecclesie Zagrabiensis redigantur ipso facto; sicut se ad hoc suo et omnium suorum consociorum nomine sponte coram nobis obligarunt. Obligauerunt eciam se, quod.

[1] Pisano bez kratica: »porarut« mjesto: porarut.

quicumque ex ipsis cuiuscumque condicionis uel status existant, tales infideles et eorum fautores scirent uel scire possent et non reuelarent et hoc modo predicto constare posset, iidem eciam et eorum defensores penis subiaceant suprascriptis, prout eciam corporaliter ad sancta dei ewangelia iurando se ad omnia premissa et singula premissorum obseruanda obligarunt. Promiserunt eciam similes litteras obligatorias coram capitulo Zagrabiensi et alias in capitulis, vbi domino episcopo fore videbitur facere emanari. Datum feria sexta proxima ante festum beati Demetrii martiris, anno domini MCCCXXXVII^{0}.

Iz kodeksa: Liber privil. ep. Zag. list. 72.
Kodeks u ark. nadbiskupije u Zagrebu I. B. IX. 167.

270.

1337, 1. novembra. U Budimu.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski daruje Tomi Petrovu posjede Cukotu i Mikolu u srijemskoj iupaniji.

Nos Karolus dei gracia rex Hungarie tenore presencium quibus expedit significamus vniuersis, quod magister Thomas filius Petri castellanus de Chokakw, dilectus et fidelis noster ad celsitudinis nostre accedendo presenciam suisque fidelitatibus et fidelium obsequiorum grauosis meritis seriatim expositis et declaratis quasdam terras castri nostri Siriniensis Chukuta et Mykola vocatas in comitatu Syrimiensi existentes nostre regie collacioni de iure, ut asserit, pertinentes, a nobis pro suis fidelitatibus sibi dari et conferri perpetuo postulavit. Nos siquidem, qui iuxta suscepti regiminis nostri officium uniuscuiusque fidelitates et graciosa merita pensare, pensataque digne retribucionis premio confovere debemus et tenemur, accepta quoque fidelia obsequia prefati magistri Thome recordantes, ymo memorie mente retinentes, quibus idem continue lateri nostro insistendo multifarie multisque modis eo fidelius, quo fervencius a puericie sue tempore studuit complacere et se reddere graciosum ac acceptum erga nostram regiam maiestatem, licet ipse hiis multo plura et maiora mereretur, tamen ex nunc in particularem retribucionem suorum famulatuum predictas terras Chukuta et Mykola vocatas cum omnibus vtilitatibus et pertinenciis earumdem universis sub metis et limitacionibus ipsarum antiquis, quibus per priores earum possessores habite extiterunt et possesse eo iure et titulo, quo ad nostram collacionem pertinent, dedimus, donavimus et contulimus prefato ma-

gistro Thome et.per eum suis heredibus perpetuo possidendas, tenendas et habendas sine tamen preiudicio iuris alieni. Datum Bude, in festo omnium sanctorum, anno domini M°CCC°XXX° septimo. . .

Sasvim na donjem rubu: »Relacio woyuode«.

Original u narodnom muzeju u BudimpeSti: arkiv familije Forgač a. 1327. — Stara sign. fasc. Z. n. 44. Na hrptu se vidi trag velikog okruglog pečata pritisnuta ; ispod njega: ^Relacio Thome woywode«. — Savremena biljeika: »Super possessionibus Mokoha et Chukata.

Nagy Cod. dipl. Andeg. III. 426.-427.

271.

1337, 27. novembra. U Zadru.

Lovro de Bogde očituje, da fe primio od Jakova de Fanfogna zaostatak miraza svofe žene Nikolote.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo septimo, indictione sexta, die uigesimo septimo mensis nouembris, Jadre. Tempore domini Francisci Danduli incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, . dei et apostolice sedis gracia Jadrensis archiepisopi, ac domi n Blasii Geno egregii comitis. Confiteor ego Laurencius condam Jacobi de Bogde ciuis Jadre me recepisse a te Jacobo de Faffoneis ciue Jadre socero meo libras trecentas denariorum paruorum pro paga anni proxime preteriti et anni presentis in ratione solucionis residui dotis domine Nicolotte uxoris mee filie tue; in quo residuo mihi teneris publico instrumento scripto per notarium infrascriptum sub anno domini millesimo trecentesimo trigesimo quarto, indicione tercia, die quinta decima mensis nouembris. Quare ego • dictus Laurencius per me meosque heredes et successores plenam securitatem facio tibi dicto Jacobo de Faffoneis tuisque heredibus et successoribus de ulterius non petendo dictas libras trecentas denariorum paruorum pro dictis duabus pagis ex dicto instrumento meo, sub pena quarti et omnium expensarum litis et extra super me et bonis meis omnibus, quia de ipsis duabus pagis f uit mih' in terminis debitis ex dicto instrumento meo integre satisfactum; et pena soluta uel non, presens tamen instrumentum securitatis pro modo predicto firmum sit ubique locorum omni excepcione remota nulloque pretermisso obstante. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Thomasso de Matafaris et Biualdo de Nassis, ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopisi).

Ego Michael de Betono iudex examinator examinaui. i

(Signum not.) •

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo meo et nomine roboraui.

Original u arkivu grofova Begna u Posedariu. P. no. 64.

272.

1338, 7. januara. D Avignonu.

Benedikt XII. papa nalaie izaslanim po njemu sucvma, neka biskupa senjskoga uvedu u nj'egove posj'ede.

Benedictus episcopus servus servorum dei. Venerabilibus fratribus . . . Arbensi et . . . Ausariensi episcopis, ac dilecto filio . . . abbati monasterii sancti Petri Arbensis, salutem et apostolicam benedictionem. Dudum bone memorie Georgio episcopo Signensi regimini Signensis ecclesie presidente, felicis recordationis Iohannes papa XXII. predecessor noster, dum ageret in humanis, cupiens eidem ecclesie, cum eam extunc vacare contingeret, per apostolice sedis providenciam ydoneam presidere personam, provisionem ipsius ecclesie, quam primum illa quovis modo. et ubicumque vacaret, dispositioni sue et dicte sedis ea vice specialiter reservavit, decernendo ex tunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscumque. quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum vero dicta ecclesia per obitum dicti Georgii episcopi, qui in partibus illis diem clausit extremum, pastoris regimine destituta, dictus predecessor huiusmodi vacatione ipsius fidedignis intellecta relatibus attendens, quod nullus preter eum de ordinatione prefate ecclesie se illa vice intromittere poterat, reservatione ac decreto huiusmodi obsistentibus, post deliberationem, quam de preficiendo ecclesie antedicte personam utilem cum fratribus suis, de quorurn numero tunc eramus, habuit diligentem, demum de venerabili fratre nostro Iohanne episcopo Signensi, ordinis fratrum Heremitarum sancti Augustini professore, in sacerdotio constituto, cui super religionis zelo, Iitterarum sciencia, honestate morum et vite aliaque multiplicium virtutum jnerito suffragabantur testimonia fidedigna, premissis attentis ecclesie prelibate de dictorum fratrum suorum consilio apostolica auctoritate providit; ipsumque ilii prefecit in episcopum et pastorem, curam et administra-

tionem eiusdem sibi tarrt in spiritualibus quam in temporalibus plenarie committendo, eique deinde per venerabilem fratrem nostrum Gaucelinum episcopum Albanensem munus fecit consecrationis impendi, prout in ipsius predecessoris litteris plenius continentur. Idemque predecessor super receptione ipsius Iohannis episcopi ad venerabilem fratrem nostrum archiepiscopum Spalatensem metropolitanum suum, necnon ad capitulum iam dicte Signensis ecclesie et clerum ac populum Signensis civitatis et diocesis, aliosque subditos suos iuxta morem ecclesie Romane alias suas litteras destinavit. Pridem namque in nostra et fratrum nostrorum presencia in consistorio propositum extitit pro parte Iohannis episcopi antedicti, quod predicti capitulum post et contra reservationem et decretum prefata Bernardum, tunc abbatem monasterii sancti Georgii ordinis sancti Benedicti predicte diocesis, de facto in eorum episcopum elegerunt, ipseque Bernardus electionem huiusmodi auctoritate metropolitica confirmari, seque in Signensem episcopum consecrari etiam de facto temere procuravit, ac electionis, confirmationis et consecrationis huiusmodi pretextu in episcopatu Signensi de facto similiter se intrusit, ipsumque dampnabiliter occupavit et detinet occupatum, iam diu fructus percipiens ex eodem. Et dum ipse Iohannes episcopus ferens litteras supradictas se personaliter contulisset ad partes illas, ubi .dictus episcopatus existat, credens illum tute ac pacifice introire, minatorie ac terribiliter sibi predictum extitit ex parte nobilium virorum Duyni et Bartholomei comitum Vegle, dominantium dicte civitati Signensi, et Bernardi intrusi, capituli, cleri et populi predictorum, quod si dictus Iohannes episcopus auderet civitatem et diocesim ingredi prelibatas, periculum incurreret sue mortis. Sicque idem Iohannes episcopus ex metu verisimili periculi antedicti ad civitatem Arbensem prefate diocesis vicinam declinare curavit, et ibidem de voluntate ac licencia venerabilis fratri nostri . . . episcopi Arbensis contra rebelles suos in eodem episcopatu procedens, auctoritate ordinaria per suas diversas litteras canonice monuit dictum Bernardum intrusum, Iacobum tunc archidiaconum, Georgium tunc archipresbiterum et Iohannem tunc primicerium eiusdem ecciesie Signensis, singulosque canonicos de dictis capitulo, et ipsos capitulum, necnon Michaelem supradicti sancti Georgii et Franciscum sancte crucis monasteriorum ordinis sancti Benedicti et diocesis predictorum abbates, dictosque comites, nobiles viros David vicecomitem, Iacobum et Guidonem fratres quondam Phylippi vicecomitis filios Domicellos, cives Signenses, dicte civitatis Signensis tunc regimini presidentes, Crexolam et Rousam Iaicos tunc iudices ipsius civitatis Signensis, principales fautores ipsius Bernardi intrusi, ac eius in huiusmodi occupatione et detentione fautores, dictoque lohanni episcopo notorie contradictores et rebelles, ac impedientes diver-

sirnode prefatum Iohannem episcopum, quominus huiusmodi iurisdictione sua ordinaria uti libere posset, et generaliter cunctos alios prelatos, secu^ lares et regulares, eorumque capitula et conventus, aliosque clericos et laicos dictarum Signensium civitatis et diocesis prefato Bernardo intruso publice adherentes, dictoque Iohanni episcopo similiter rebeles, ut Bernardus intrusus ipsi Iohanni episcopo prefatum episcopatum liberum et expeditum dimitteret, et Iacobus tunc archidiaconus, Georgius tunc archipresbiter et Iohannes tunc primicerus, canonici, capitulum, Michaei et Franciscus abbates, ceterique prelati, capitula, conventus et clerici supradicti moniti ab eiusdem Bernardi intrusi obediencia penitus resilirent, et dictum Iohannem episcopum in episcopum eorum admitterent, sibique obedienciam et reverenciam debitam exhiberenf; comites vero, Domicelli tunc regimini presidentes, Crexola et Rausa tunc iudices et alii laici dictarum civitatis et diocesis Signensium ab omni fautoria et adherencia dicti Bernardi intrusi recederent, et in ipsorum pastorem Iohannem episcopum reciperent memoratum. Et quia prenominati moniti hec efficere, cessante omni causa rationabili, rebelliter denegarunt, .predictus Iohannes episcopus in Bernardum intrusum, Iacobum tunc archidiaconum, Georgium tunc archipresbiterum, Iohannem tunc primicerium, canonicos, Michaelem et Franciscum abbates, comites Domicellos tunc regimini presidentes, Crexolam et Rausam tunc iudices specialiter, et in alios monitos prefatos contradictores , et rebelles generaliter excommunicaciqnis sentenciam promulgavit, ac ipsorum monitorum et excommunicatorum cleri et populi prefatorum contumacia excrescente, Signenses eivitatem et diocesim predictas ecclesiastico supposuit interdicto, ac nominatim excommunicatos taliter ligatos, necnon Signenses civitatem et diocesim prefatas dicto interdicto subesse publice nunciavit et fecit etiam nunciari. Sed quia Iacobus tunc archidiaconus, Georgius tunc archipres-. biter, Iohannes tunc primicerius, Michael et Franciscus abbates predicti amplius indurati dicto Bernardo. intruso fortius adherebant et patentius favebant eidem, prelibatus lohannes episcopus Iacobum ,tunc archidiaconum archidiaconatu, Georgium tunc archipresbiterum archipresbiteratu et Iohanem tunc primicerium predictos primiceriatu et quibuscumque aliis beneficiis ecclesiasticis, que in eadem et ab eadem Signensi ecclesia obtinebant, sentencialiter privavit, ipsosque Michaelem et Franciscum abbates ab administratione spiritualium et temporalium suorum monasteriorum predictorum iusticia suadente suspendit. Et quamvis pro parte. Iacobi tunc archidiaconi, Georgii tunc archipresbiteri, Iohannis tunc pri-micerii et capituli predictorum ab huiusmodi processibus dicti Iohannis episcopi, post tempus tamen. a iure statutum,'ad sedenr eandem extitisset, ut dicitur, appellatum, ipsi tamen appellatipnem huiusmodi non

fuerunt, quamquam potuissent, infra tempus debitum prosecuti. Cum autem, sicut asseritur, ipsi excommunicati et interdicti adhuc in eorum obstinencia perseverent, dictusque Bernardus intrusus eundem episcopatum detineat etiam occupatum, et omnes ipsi processus et sentencias contempnant eosdem ac persone ecclesiastice et clerici moniti antedicti divina officia celebrare, immo verius quantum in eis prophanare presumpseririt per triennium et amplius, ac presumant in suarum perniciem animarum et ecclesiastice discipline contemptum, aliis personis laicalibus redire non curantibus ad ecclesie unitatem, in ipsius Iohannis episcopi preiudicium manifestum et grave scandalum plurimorum. Nos ex parte dicti Iohannis episcopi, qui ad sedem prefatam propterea laboravit, nobis humiliter supplicato, ut adversus illorum proterviam, et ne ipse inane episcopi nomen gerat, adhibere sibi congruum remedium dignaremur, dilecto filio nostro Petro tituli sancti Clementis presbitero cardinali commisimus oraculo vive vocis, ut negocium huiusmodi audiret et examinaret, et quod inde' inveniret, nobis referre curaret, coram quo predicto Iohanne episcopo in iudicio comparente, et ab eo productis nonnulis apostolicis et aliis patentibus litteris, publicis instrumentis, iuribus et munimentis suis, dictus cardinalis huiusmodi producta recepit, diligenter vidit et examinavit, nobisque de illis etiam in consistorio relationem fecit plenariam et fidelem. Nos igitur tante presumptionis et dampnabilis temeritatis excessus nolentes, prout etiam nec debemus, conniventibus oculis pertransire, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios eumdem Iohannem episcopum, vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem episcopatus et ecclesie Signensium predictorum, ac iurium et pertinenciarum ipsorum auctoritate nostra inducatis, et defendatis inductum, afnoto ab eis et omnium administratione bonorum episcopatus et ecclesie Signensium prefatorum supradieto Bernardo, qui in dicta Signensi ecclesia taliter se intrusit, et quolibet alio detentore, faeientes eidem Iohanni episcopo a supradictis capitulo, ac clero et populo civitatis et diocesis Signensium earumdem tamquam vero et legitimo eorumdem antistiti, ac patri et pastori animarum suarum obediri efficaciter et intendi, et ab universis vassalis eiusdem ecclesie de consuetis servitiis et iuribus ad eum spectantibus,. necnon de fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventioriibus universis episcopatus et ecclesie predictbrum pertinentibus ad eumdem integraliter responderi, et a dicto Bernardo intruso de huiusmodi fructibus, redditibus, proventibus. iuribus et obventionibus medio temporeperceptisex episcopatu et ecclesia prelibatis eidem Iohanni epišcopo ' satisfactionem plenariam . exhiberi, contra prefatos etiam intrusum, excommunicatbs et interdictos, super eo

quod dictas sentencias per triennium et amplius sustinuerunt et adhuc sustinent animis induratis, divina officia celebrantes, immo quantum in eis est prophanantes procedatis iuxta canonicas sanctiones, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, invocato ad premissa omnia et singula, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Non obstantibus tam de duabus dietis in concilio generali, quam felicis recordationis Bonifacii pape VIII. predecessoris nostri, qua inter cetera cavetur, ne aliquis extra suam civitatem vel diocesim nisi in certis exceptis casibus, et in illis ultra unam dietam a fine sue diocesis ad iudicium evocetur, et quibuslibet aliis constitutionibus a predecessoribus nostris Romanis pontificibus in contrarium editis, per quas tradite vobis potestatis executio et vestre iurisdictionis explicatio super premissis possint quomodolibet impediri, seu si aliquibus communiter vel divisim a sede sit indultum eadem, quod excommunicari, susperidi vel interdici non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam etc. mentionem. Datum Avinione, VII. idus ianuarii, pontificatus hostr anno tercio.

Tkeiner Mon. Slav. Mer. I. no. 260. p. 195.—197. Iz reg. an. III. par. 1. ep. 395.

273.

1338, 7. januara. U Avignonu.

Benedikt XII. papa nalaže nadbiskupu spljetskomu, neka Ivana biskupa senjskoga svoga sufragana dobro primi i njegovim vjernicima preporuči.

Benedictus episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri . . . archiepiscopo Spalatensi, salutem et apostolicam benedictionem. Percepimus ad tuam no"ficiam pervenisse, qualiter olim felicis recordacionis Iohannes papa XXII. predecessor noster, dum ageret in humanis, et bone memorie Georgius episcopus Signensis ecclesie. Signensis regimini presideret, ipse predecessor provisionem ipsius ecclesie, quam primum eam quovis modo et ubicumque vacaret, dispositioni sue ac sedis apostolice illa vice decreto interposito reservavit, et ea postea per obitum dicti Georgii episcopi, qui decessit in illis partibus, vacante, prefatus predecessor, quia nullus preter ipsum de brdinatione ipsius ecclesie se dicta vice intrpmittere poterat obstantibus reservatione ac decreto huiusmodi, de venerabili fratre nostrb Iohanne episcopo Signensi, ordinis fratrum Heremitarum

sancti Augustini professore, ecclesie antedicte providit, eum illi preficiendo in episcopum et pastor.em, sibique curam et administrationem in spiritualibus et temporalibus ecclesie prefate plenarie commitendo, et ipsum faciendo rite in episcopum consecrari, apostolicasque ad te metropolitanum suum et alios iuxta morem ecclesie Romane litteras dirigendo, et qualiter post reservationem et decretum iamdicta, ipso Georgio episcopo defuncto, capitulum ecclesie Signensis Bernardum tunc abbatem monasterii sancti Georgii ordinis sancti Benedicti Signensis diocesis de facto in eorum episcopum elegerunt, qui confirmationem huiusmodi electionis et consecrationem episcopalem a te, vel auctoritate tua de facto etiam obtinuit, seque intrusit et administravit, prout etiam eum administrare .percepimus, velut Signensis episcopus electoribus eius et certis sibi subiectis cum aliis subditis suis, etetiam nonnulis in temporalibus inibi dominantibus eidem Iohanni episcopo rebellibus, et ipsi faventibus intruso in salutis dispendium eorumdem,. ac non sine iuris iniuria et contemptu patente sedis eiusdem, et in. grande preiudicium Iohannis episcopi antedicti; qualiterque idem Iohanes episcopus ex predictis taliter presumptis certos precipuos et inhobedientes(I) et rebelles nominatim auctoritate sua ordinaria rite vinculo excommunicationis astrinxit, et processit canonice ad penas et sentencias spirituales alias contra illos, et adhuc Bernardi intrusi et rebellium eorumdem duricia perseveret. Nos intendentes Romane ecclesie sponsenobis date divinitus in hac parte iniuriam propulsare, volentes quoque, ut huiusmodi provisio ipsius predecessoris plenum et debitum sortiatur effectum, fraternitaterrr tuam requirimus, monemus et hortamur in domino, tibi nichilominus per apostolica scripta districtius iniungentes, quatenus pro dicte sedis observanda reverencia, pro iusticia lacessita et pro hac interventione nostra prefatum lohannem episcopum in fratrem, coepiscopum et suffraganeum tuum per operis efficacis et evidentis effectum sincere ac indilate recipias, habere ac tractare procures, et quia metropolitanus eius existis et temporalis etiam favor tibi suppetere dicitur, ei vel vicario seu officiali, aut procuratori eius nomine suo tui lavoris per te vel alium «eu alios impendas suffragium oportunum, et dicto Bernardo intruso ab occupatione Signensis episcopatus auctoritate ac favore tuis penitus amoto, idem Iohannes episcopus vel ipse vel procurator pro eo in ipsius episcopatus tam auctoritate apostolica, quam tua predicta in corporalem possessio-. nem eiusdem episcopatus inducatur et defendatur inductus, faciendo eidem tamquam vero et legitimo episcopo Signensi ab eius subditis obedienciam et reverenciam debitam exhiberi, contradictores per censuram -ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, non obstante si aliquibus communiter vel divisim a sede sit indultum eadem, quod

excommunicari, suspendi vel interdici non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Avinione, VII. idus ianuarii, pontificatus nostri anno tertio.

Theiner Mon. Slav. Mer. 1. no. 261. str. 198. lz reg. 1. ep. 28. Farlati Illyr. sacr. III 316. ima kratak sadržaj.

274.

1338, 7. januara. U Avignonu.

Benedikt XII. -pafia zapovijeda vjernicima senjske biskupije, da slu-Sayu svoga biskupa Ivana, a da odustanu od nametnika Bernarda.

Benedictus episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis capitulo ecclesie Signensis, ac universis abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archidiaconis, archipresbiteris, plebanis eorumque capitulis et conventibus quorumcumque ordinum, rectoribus et ceteris ecclesiarum prelatis per Signensem civitatem et diocesim constitutis, necnon clero et populo dictarum civitatis et diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Dudum bone memorie Georgio episcopo Signensi ecclesie presidente, felicis recordationis Johannes papa XXII. predecessor noster, dum ageret in humanis, cupiens eidem ecclesie, cum eam extunc vacare contingeret, per apostolice sedis providenciam ydoneam providere personam, provisionem ipsius ecclesie, quam primum illam quovis modo et ubicumque vacaret, dispositioni sue ac dicte sedis ea vice specialiter reservavit, decernendo extunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum vero dicta ecclesia per obitum dicti Georgii episcopi, qui in partibus illis diem clausit extremum, pastoris regimine destituta, dictus predecessor huiusmodi vacatione ipsius ecclesie fidedignis intellecta relatibus attendens, quod nullus preter eum de ordinatione prefate ecclesie se illa vice intromittere poterat, reservatione ac decreto huiusmodi obšistentibus, post deliberationem, quam de preficiendo ecclesie antedicte personam utilem cum fratribus suis, de quorum numero tunc eramus, habuit diligentem, demum de venerabili fratre nostro Johanne episcopo Signensi, ordinis fratrum Heremitarum sancti Augustini professore, in sacerdotio constituto, cui super religionis zelo, litterarum sciencia, honestate morum et vite aliarumque multiplicium virmtum suffragabantur testimonia fidedigna, premissis attentis, ecclesie preli-

bate de dictorum fratrum suorum consilio apostolica auctoritate providit, ipsumque illi prefecit in episcopum et pastorem, curam et administrationem eiusdem sibi tam in spiritualibus quam in temporalibus plenarie committendo, eique deinde per venerabilem fratrem nostrum Gaucelinum episcopum Albanensem munus fecit consecrationis impendi, et super receptione ipsius Johannis episcopi ad vos, filii capitulum, clerum et populum, aliosque iuxta morem ecclesie Romane suas litteras destinavit. Sed sicut habet querula insinuatio Johannis episcopi prefati facta pridem in consistorio in nostra et fratrum nostrorum presencia, vos predicti capitulum post et contra reservationem et decretum prefata, ipso Georgio episcopo defuncto, Bernardum tunc abbatem monasterii sancti Georgii ordinis sancti Benedicti Signensis diocesis de facto in vestrum episcopum elegistis, ipseque Bernardus electionem huiusmodi auctoritate metropolitica confirmari, seque in Signensem episcopum consecrari etiam de facto temere procuravit, ac electionis, confirmationis et consecrationis huiusmodi pretextu in episcopatum Signensem de facto similiter se intrusit ipsumque dampnabiliter occupavit et detinet occupatum. Et cum idem Johannes episcopus, postquam ad partes illas accessit, notorie invenerit vos in intrusione, occupatione et detentione huiusmodi Bernardo adberere ac favere iamdicto, ipsumque fovere ac defensare in illis, prefatus Johannes episcopus contra certos ex vobis et quosdam alios, quos super hiis precipue inhobedientes(l) et rebelles reperit, auctoritate ordinaria certos processus fecit diversas penas et sentencias continentes, contra quos etiam per nostras certi tenoris litteras mandamus procedi super dictis eorum excessibus iuxta canonicas sanctiones. Cum autem, prout ex dicta insinuatione percepimus, adhuc vobis faventibuset defendentibus, idem Bernardus intrusus incumbat occupationi et detentioni huiusmodi sicut prius, vosque in rebellione huiusmodi etiam perduretis in dicte sedis contemptum et ipsius Johannis episcopi preiudicium manifestum. Nos interim experiri volentes, an in vobis reverencie, caritatis et obediencie ad sanctam Romanam ecclesiam, caput quidem cunctorum fidelium, dominam et magistram, dictumque Johannem episcopum patrem et pastorem animarum vestrarum scintilla remanserit, que in fiammam vestre penitudinis et reconciliationis erumpat, universitatem vestram attente requirimus, monemus et attentius exhortamur in domino Jhesu Christo, vobis nichilominus per apostolica scripta districtius iniungentes, quatenus ab obediencia prefati Bernardi intrusi reafiter, indilate ac penitus resilire curetis, quinimo ipsum Bernardum intrašum de occupatione ac detentione predictis, omnique administratione spiritualium et temporalium supradicte~ Signensis ecclesie omnirio et absque mora propellere studeatis, ac eidem Johanni episcopo tam-

quam vero et legitimo pastori vestro plene ac humiliter intendentes, obedienciam et reverenciam debitas, sinceras et efficaces exhibeatis eidem, eiusque salubria monita et mandata suscipiendo devote ac effectualiter adimplendo, ne per nostrum et dicte sedis ministerium contra vos virga erigatur canonice ultionis et depressa in grave periculi vestri dispendium, auctore domino, convertetur. Sic itaque requisitioni, monitioni, exhortationi et iniunctioni huiusmodi reverenter, humiliter et devote acquiescatis per evidenciam operum laudandorum, quod vobis «xinde a retributore bonorum omnium rependatur, eiusdemque sedis benedictionis et favoris plenitudinem pro vobis decetero redimatis, nostramque benivolenciam adipisci et velut humiles et devoti filii de virtute prompte obediencie dignis in domino commendari laudibus valeatis. Datum Avinione, VII. (idibus) ianuarii, pontificatus nostri anao tercio.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. no. 262. str. 198.—199. Iz reg. an. III. par. 1. ep. 29.

Farlati Iltyr. sacr. IV. 125. ima kratak sadržaj.

275.

1338, 30. januara. U Zagrebu.

Kaptol zagrebački prepisuje na molbu Stjefiana sina FarkaSeva listinu bana Mikića od 29. augusta 1337.

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod Stephanus filius Farcasii ad nostram personaliter accedens presenciam exhibuit nobis litteras magnifici viri domini Mykch bani tocius Sclauonie pendenti sigillo eiusdem consignatas, petens, ut eas transscribi et nostri sigilli apposicione faceremus consignari. Quarum tenor talis est: *(Stifedi lislina bana Mikica od 29. augusta 1337.)* Nos autem peticionibus ipsius Stephani annuentes ipsas de uerbo ad uerbum transscribi et nostri sigilli apposicione fecimus consignari. Datum feria quinta proxima ante festurn purificacionis beate virginis, anno domini MCCCXXX^{0} octauo.

Original u narodnom muzeju-u Budimpešti, a. 1338. Vidi se trag gdje je visio pečat. .-: • • ",•[':.".- '..: ..."

276.

1338, 3. februara. (U Djakovu).

Pred kaptolom bosanskim prodaje za 60 maraka Nikola siti Aladarov svoj posjed Horvate u požeškoj' županiji Dominiku sinu Stjepana Cimbe.

A. B. C.

Capitulum ecclesie Boznensis vniuersis Christi fidelibus presentibus pariter et futuris salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod Nicolaus filius Aladary coram nobis personaliter constitutus confessus est oraculo viue vocis, quod quia magister Dominicus filius Stephani dicti Cymba pre ceteris proximis suis in suis necessitatibus ipsum fouisset et diligenciam gratuitam, quam pater solet filio exhibere, sibi sepius inpendisset in diuersis expensis largiendis et aministracione uestium et diuersarum causarum suarum subleuacione ipsum fouisset, tuisset et aluisset, propterque omnia et singula nolens esse immemor tantorum bonorum acceptorum, ob recompensacionem omnium premissorum licet plura mereretur, quandam possessionem suam empticiam Horwathi uocatam in comitatu de Posga(!) existentem circa aliam possessionem suam Oriauicha uocata adiacentem, quam licet possessionem Horwathi prefatus Aladar pater suus pro sexaginta marcis comparasset, cum omnibus vtilitatibus, usibus et pertinenciis ad eandem vniuersis et sub eisdem metis et metarum limitaćionibus quibus prefatus Aladar pater suus bone memorie, postremum uero ipse usque modo possedisset, tenuisset et habuisset, cum omnibus instrumentis suis, quibus mediantibus idem pater suus comparasset et vigore eorundem instrumentorum, quorum ad manus suas deuoluta extitisset, prefato magistro Ddminico filio magistri Stephani dicti Cymba proximo suo, receptis tamem ab eodem magistro Dominico sexaginta marcis plene et integre, sicut dixit, dedisset, contulisset ac uendidisset in heredum heredes eiusdem perpetuo et irreuocabiliter possidendam, tenendam et habendam, dando eidem magistro Dominico legandi, uendendi, obligandi et omnia de eadem faciendi que sibi oportuna viderentur liberam et securam potestatem. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam ad peticionem eiusdem Nicolai prefato magistro Dominico litteras nostras priuilegiales fecimus emanari et alphabeto trium litterarum intercidi-Datum in črastino festi purificacionis virginis gloriose, anno " domini millesimo CCCXXX° octauo.

Original u kr. ugar. državv. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.586. —r Stara signatura: N. R. A. fasc. 1508. no. 16.

Na listini visi o crvenoj svilenoj vrvci oštećen pečat.

277.

1338,* 1. marta. U Ninu.

Druian od plemena Gušića daje dvije zemlje svaku od dva gonjaja u selu Raduhova vas župe Lučke, Radoslavu sinu Deskonovu, da nasadi vmograd.

In nomine dei eterni amen. Anno incarnationis Christi millesimo trecentesimo tricesimo septimo, mense marcii die primo intrante, indictione sexta, None. Temporibus domini Francisci Dandulo incliti ducis Veneciarum, et Johannis venerabilis Nonensis episcopi, ac egregii viri domini Pauli Lauredano honorabilis comitis None. Ego quidem Drusanus filius olim Jurse de generatione Guscichorum, per hoc presens scriptum confiteor dedisse tibi quidem Radosclauo filio olim Desconis quatuor gonayos terre mee proprie ad mensuram Sclauorum in duabus peciis ad vineam plantandam, quarum vna continet in se gonayos duos, ex trauersa vinea Radoy, ex austro vinea Jurisclaui, ex meridie terra mea cum consobrinis et ex borea vinea Georgii. Alia uero pecia continet in se gonayos duos, ex trauersa terra mea cum consobrinis, ex austro terra Vulcii, ex meridie flumen et ex borea terra Vulcii cum suis nepotibus, que cum plantata fructificabis, debeas et tenearis mihi dare singulis annis de toto vino eius et fructibus integram quartam partem ibi in vinea siue Na lazi. Que terra est posita in Luka in villa vocata Raduhova vaas. Quam quidem terram tenear tibi tuisque heredibus et successoribus per me meosque heredes et successores ab omnibus discalumpniare et defensare, quamdiu ibi vites seu capita durabunt, super me et omnia bona mea habita uel habenda. Verum cum ipsa terra fuerit plantata, liceat tibi eam habere et tenere et perpetuo possidere, heredibus et pro heredibus derelinquere, saluo semper iure meo. Item si aliquo tempore laborem uendere uolueris, uendes mihi pro tanto precio, quantum ab uno et ab alio poteris habere . . . . percipere; quod si emere noluero uel heredes mei, uendes **cui** tibi placebit iure meo inconcusso, uidelicet quarta parte in perpetuum permanente. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Slauogosto Johannis nunc iudice, Simone Hamaici, Andrea Johannis, Gregorio Radone et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Tolimirus Johannis examinator manum misi.

* Ovom listinom odredjuje se točnije biskupovanje Ivana III. (sr. Farlati IV. p. 220.).

Ego Disoyus diaconus ecclesie sancti Aselli et iuratus Nonensis notarius interfui rogatus, ut audiui, scripsi, roboraui et meo signo consueto signaui.

(Signum not.)

Original u ark. samostana sv. Marije u Zadru.

278.

1338, 4. marta. D Avignonu.

Benedikt XII. papa na molbu kaptola zagrebačkoga nalaže opatu topuskomu, neka nasto/i, da se biskupiji zagrebačkoj povrate sva oteta dobra.

Benedictus episcopus servus servorum dei dilecto filio abbati monasterii sancte Mariae de Toplica Zagrabiensis dioecesiš salutem et apostolicam benedictionem. Dilectorum filiorum capituli ecclesie Zagrabjensis precibus inclinati, presentium tibi auctoritate mandamus, quatenus ea, que de bonis ipsius ecclesie alienata inveneris illicite, vel distracta, ad ius et proprietatem eiusdem ecclesie legitime revocare procures, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Testes vero, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere. Datum Avenione, IV. nonas martii, pontificatus nostri anno IV.

Kercselich Hist. eccl. Zagrab. p. 26.
Farlati Illyr. sacr. V. 4,25.
Katona Hist. crit. IX. 146.
Tkalčić Mon. episcop. Zagrab. II. 48.—49

279.

1338, 7. marta. U Višegradu.

Karlo kralj ugarski i hrvatski moli Trogirane, da ne pomazu buntovnike.

Karolus dei gratia rex Ungariae fidelibus suis rectoribus, iudicibus et toti communitati civitatis Traguriensis salutem et gratiam. Nullum dubium habuimus nec habemus de vobis, quoniam semper nostre

maiestati et sacrae coronae regiae cum omni fidelitate fueritis, et sitis inpresenti, quoniam nostrum bonum pro vestra quiete et vestro bono est, et e contra. Ob hoc velut nostros fideles dulciter rogamus, amonemus et inducimus, quatenus nostris rebellibus et illis, qui nobis iusti non sunt, nec favore, neque consilio et auxilio assistatis specialiter eisdem nullam hospitalitatem facientes. Datum in Wysegrad, sabbato proximo ad dominicam reminiscere, anno domini 1338.

Lucius De regno Dalm. el Croat. Lib. IV. c. 14.
Luctus Memorie di Trau p. 216.
Katona Hist. crit. IX. 138.—139.

280.

1338, 28. marta. U Zadru.

Bartol de Sloradis izuzima ispod očinske vlasti svoga sina Ivana.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo octauo, infdictione] sexta, die vigesimo octauo mensis marcii, Jadre. Tempore domini Francischi Danduli incliti ducis Venecie, et venerabilis patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, ac domini Blasii Geno egregii comitis. Bartholomeus condam Petri de Sloradis, ciuis Jadre, Johannem eius filium ibidem presentem, uolentem et hoc petentem a se emancipauit et a sacris sui paternis penitus relaxauit nec non a sua manu et paterne nexibus potestatis penitus exemit et dimisit eundem, ita quod secundum paterne potestatis obtentum possit ex nunc mercare, negociare, testjari], agere, petere, respondere et se tueri, contrahere, a. . . . . omnia et singula facere ac liberaliter exercere, ta[nquam pater] familfias] et homo sui iuris facere, exercere et operari potest . . . . per se et suos heredes et successores dicto Johanni eius filio a se emancipato pro se [suosque] heredes et successores stipulauit et recepit predictam emancipationem et omnia et singula suprascripta perpetuo firma habere, tenere et non contrafacere uel uenire per se uel alir.m aliqua causa, ratione uel ingenio de iure uel de facto, sub obligatione omnium suorum bonorum presentium et fucturorum(l). Actum et firmatum est hoc presentibus Bartholomeo et Jacobo fratribus et filiis condam Gregorii de Sloradis, ciuibus Jadre, testibus ad hoc uocatis et rogatis et aliis.

(Drugi ruko.pis.)

j Ego Bogde Grisogoni; de Bogde [examinator exa]minaui.

(Signum not.) „

Ego Jacobus condam Bonacursi de Forliuio, imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus, predictis omnibus presens fui et rogatus scripsi et publicaui et signum meum aposui consuetum.

Origmal ti gubernijal, arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole no. 167. — Lijevi rub na tri mjesta okrnjen.

281.

1338, 8. aprila. U Zadru.

MiKajlo de Rosa, gradjamn zadarski prodaje Petru de Rosa, svomu stricu polovicu svih dobara.

In dei nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo octauo, indicione sexta, die octauo mensis aprilis, Jadre Tempore domini Francisci Dandulo incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, Jadrensis archiepiscopi, ac domini Blasii Geno honorabilis comitis. Cum prout constat publico instrumento confecto manu mei infrascripti notarii sub anno domini millesimo trecentesimo trigesimo septimo, indicione sexta, die sexto decimo mensis februarii, Michael condam Mathei [de R]osa ciuis Jadre emerit a Petro condam Michaelis de Rosa et Vulcinna Petri de Matafaris ciuibus Jadre, commissariis scriptis in testamento olim Filippi de Rosa, vendentibus de expresso conssensu(l) et voluntate domine Dobre relicte eiusdem olim Filippi, saluo et reseruato eiusdem domine Dobre iure vtendi [et fru]endi ipsis possessionibus secundum formam testamenti antedicti olim Filippi pro precio librarum sexdecim(l) milium denariorum venetorum. paruorum, videlicet totum hospicium magnum in quo habitabat olim Filippus cum omnibus domibus, curtiuo, ballatorio et loco uacuo et quibuscumque aliis eidem hospicio adiacentibus et ad ipsum pertinentibus, positum Jadre in confinio sancti Viti infra hos confines: De trauersa est via publica, de austro possidet Jacobus condam Petri de Georgio partim et partim heredes condam Mauri Bartholomei de Grisogonis et partim heredes condam . . . . de Iuriso, de quirina partim heredes Mauri predicti et partim heredes Stani predicti et partim Grisogonus de Cigalis primicerius Jadrensis et partim heredes Cimcho beccarii mediante vfia . . . . . . li et de borea partim possidet dictus Petrus de Rosa et partim heredes dicti Cimcho et partim sunt loca sancte Marie de Posterula. C. Item duas domus positas Jadre in confinio platee [Jadre cum om]nibus earum pertinenciis et iuribus infra hos confines: De austro est via publica, de quirina possidet Petrus de Matafarris, de borea partim possidet dictus Petrus de Matafarris . . . . supradicti Michaelis et de trauersa idem Michael. C. Item domos positas Jadre in confinio beccario cum omnibus earum pertinenciis et iuribus infra hos confines: De trauersa possident heredes . . . . Varicassis, de austro est via publica, de quirina possidet Nicola condam Vulcine de Martinussio, de borea partim possident dicti heredes condam Michaelis de Varicassis et partim An . . . . partim Thomas de Petrico. C. Item duas domos positas Jadre in confinio sancte Marie de Posterula infra hoc confines: De austro possident heredes condarh Mathei . . . . est via publica partim et partim possidet supradictus Petrus de Rosa, de borea possident Hoddane et Petre filii Michouilli Pribicich partim et partim Boscho . . . . heredes (Jori filii dicti Michouilli, et de trauersa Marinus de Bucharo, partim Petrus de Matafarris et partim heredes Georgii de Matheo. C. Item vnam . . . . Jadre in confinio Castelli infra hos confines: De trauersa est via publica, de austro possidet Marinus condam Petri de £ane, de quirina heredes condam Miroslaui Poletich [et de borea e]st via conuicinalis. C. ltem salinas tredecim positas in valle Pagi in uocabulo dicto Gilouce[1] cum suis slibis, ptallis(l), quascilis et omnibus earum pertinenciis. infra hos confines . . . . saline supradicti Petri de Rosa mediante potoch, de trauersa est mare, de austro sunt saline Martinusii Petri Claudi mediante potoch et de quirina est via publica! C. Item . . . . to positam in dicta valle Pagi in uocabulo dicto Sameth infra hos confiines: De borea sunt saline heredum Milone Megacich, de trauersa est mare, de austro est potoch et [de quirina est vi]a publica. C. Item salinas circa triginta septem positas in dicta valle Pagi in loco dicto Candeua ogradda infra hos confines: De borea sunt saline supradicti Michaelis de Rosa medi[ante . . . . de] trauersa est terra Barthe filii Premi[n]de partim et partim terra quedam adiaoens ipsis sajinis venditis, de circa vnum gognai vendite cum eisdem salinis mediante potoch, de austro . . . . . . Filippi olim Frederice de Grisogonis mediante potoch et de quirina est mare; terre uero predicte uendite de borea sunt ptalle supradictarum circa triginta septem salinarum de trauersa . . . . Bache, de austro sunt ptalle Mathei de Nassis et de quirina sunt ptalle dictorum heredum Phylipi(l) de Grisogonis. C. Item locum unum pro certa parte muratum positum in Pago in, confinio . . . . [infra hjos confines: De quirina et borea est via publica,

[1] Gilomee ?

de trauersa est locus archiepiscopatus Jadre, de austro possidet Dragogna Schitcouich. C. Item dimidietatem quirinalem cuiusdam domus voca . . . . endi salem positam in Pago, cuius reliqua dimidietas trauersalis est dicti Michaelis infra hos confines: De borea est locus Nicolai de Vitcoro, de trauersa est reliqua dimidietas. . . . . . . de austro et quirina est via publica. C. Item vnam domum ad habitandum positam in Pago prope plateam infra hos confines: De borea est domus Stepani CJuelich mediate androna et partim. . . . . y Trapcich, de quirina est via publica, de austro est partim via publica et partim locus comitatus Conjule mediante androna et de trauersa possidet Giuanus Pugrnan. C. Item vnum locum positum. . . . . [in]fra hos confines: De borea est domus Dumpnanne nlie Stipani, de trauersa et austro est via publica et de quirina est partim via publica et partim domus Demetrii filii Dmincii. C. Item vnam presaliam. . . . . a ad barchagnum Pagi infra hos confines: De borea, quirina et austro est mare, et de trauersa est terra comunis; item totam vijlam positam ad Muruicam sortium circa quatuordecim infra [hos confines: De austro] possidet Laurentius don (Jonjii, de trauersa est potoch, de borea possident heredes Pauli de Georgio et de quirina nemus pertinens ad ipsam villam, cum omnibus paschuis(l), pratis. . . . . bus, vineis, arboribus, accessibus et egressibus et omnibus et singulis aliis ad ipsam villam spectantibus. C. Item totam terram que fuit Bogde de Lemessio cum paschuis aquis. . . . . . . [ad] ipsam terram spectantibus et cum omnibus pertinenciis suis; que terra est de circa sexaginta gognaiorum infra hos confines: De borea est terra monasterii sancti Grisogoni de Jadra, de. . . . . dicti monasterii et partim terra domine Marie relicte Grisogoni de Cadulinis, de austro est terra dicte domine Marie et de quirina partim terra heredum domini Pauli de Georgio et partim terra dicte. . . . . mediante potoch. C. Item terram et ortum positum in valle Magistrorum[1] cum omnibus pertinenciis spectantibus ad ipsos infra hos confines: De borea . et trauersa est via publica, de quirina possidet. . . . . Rosa, de austro possidet Nicola de (Jeuallelis; ftem vnum derrum positum in valle Draxinne infra hos confines: De austro et quirina est via publica, de borea possidet Stefanus de Rasolo. . . . . [Griso]gonus marinarius. C. Item vnum alium derrum positum in dicta valle Draxinne infra hos confines: De trauersa est via publica, de borea possidet Petrus ,de Rosa prefatus, de quirina (Joillus. . . . . austro Gregorius Mathelini. C. Item vineas positas in teritorrio None diuisas in quattuor pecias cum omnibus suis pertinenciis et mribus infra hos confines: De borea est vinea supra. . . . . de trauersa est partim vinea Da-

[1] Postalo коггИигот sumnjivo. •

miani de Torpigna et partim terra Tolimeri Iuancich et partim possidet Radoius Sobotich, de austro est terra Dragotti et de quirina est vinea Andree. . . . . predicta prima pecia et[1] gognaiorum duorum, secunda uero pecia est de circa duos gognaios infra hos confines: De, borea est vinea dicti Petri de Rosa, de trauersa est vinea Andree predicti, de austro. . . . . [Ra]doi predicti et de quirina est vinea dicti Petri de Rosa; tercia uero pecia est de circa vnum gognaium infra hos confines: De borea est vinea supradicti Petri, de trauersa . . . . Radoy et de austro et quirina est vinea Francisci de Lompre; quarta uero et vltima pecia dictarum vinearum posita ad Drachouag est de circa vnum gognaium et infra [hos confines: De bo]rea est vinea Cresii Broschice, de trauersa est vinea Dminche Dminerich et partim vinea Pribislaui Cresiuanich et partim vinea Michouilli Cigoy de . . . . scripte vendite et de quirina est vinea Dobra^e matris dicti Pribislaui et partim vinea Stipico Podin et partim vinea Rade Vescholicicha; item dictam peciam terre . . . . de circa tredecim gognaios et infra hos confines: De borea est vinea dicte Dobra^e et partim est dicta pecia vinee uendite et partim vinea dicti Michouilli Cigoy, de trauersa est via publica. . . . . monasterii sancti Grisogoni et partim vinea Pribse Vdalich et partim vinea et terra Johannis Pasauich et partim terre relicte Carini et de quirina possidet Jursa filius Ce. . . . . hec et alie in dicto publico instrumento emptionis predictarum possessionum plenius et seriosius continetur, et cum prout constat alio publico instrumento confecto manu mei. . . . . die quo factum fuit supradictum instrumentum emptionis dictus Michael emptor non obstante confessione solutionis libras sexdecim milium precii supradicti facta a supradictis comissariis. . . . . vendicionis supradictarum possessionum teneatur et sit obligatus totum predictum precium soluere in certis terminis, secundum quod in ipso alio publico instrumento plenius et seriosius continetur et. . . . . [si]licet pro eo, quod sibi difficile et laboriosum erat totam dictam quantitatis pecuniam soluere, secundum quod in dicto publico instrumento obligacionis continetur, cogebatur partem predictarum possessionum alleuacione.(!) Considerans, quod decentius erat, quod ipsa pars predictarum possessionum uendenda ob dictam causam deueniret in Petrum de Rosa supradictum eius patruum. . . . . rata quo ipsas possessiones emit, quam in alium extraneum, idcirco ipse Michael vendidit, dedit et tradidit dicto Petro de Rosa eius patruo pro se et suis heredibus [et successoribus ementi] et recipienti quoad dominium et proprietatem tantummodo dimidietatis pro indiuiso omnium et singularium supradictarum possessionum cum eis emolumentis et oneribus

[1] est. , - . . , . -

quibus . . . . emit et recepit et cum omnibus earum et cuiuslibet earum adiacentiis, pertinenciis et iuribus ad habendum, tenendum, possidendum et quicquid ei et eius heredibus et successoribus deinceps placuerit perpetuo faciendum cum omnibus et singulis, que infra predictos vniuscuiusque predictarum possessionum continentur confines uel alios qui forent ueraciores et plures, accessibus et egressibus suis usque in vias publicas, quantum scilicet ad . . . . [dimidijetatem pro indiuiso spectat et pertinet et cum omnibus et singulis, que singule predictarum rerum pro ipsa dimidietate pro indiuiso habent super, infra seu intra se in integrum, omnique . . . . seu requisicione sibi ex ipsis uel pro ipsis rebus, quantum ad ipsam dimidietatem pro indiuiso venditam spectat modo aliquo pertinentem, saluo semper et reseruato dominifo] . . . . utendi et fruendi supradictis possessionibus secundum formam antedicti testamenti supradicti olim Phylipi pro precio librarum octo milium paruorum. Quod precium idem uenditor contentus et confessus [fuit se] habuisse et recepisse. Promictens(!) per se et suos heredes et successores dicto emptori pro se et suis heredibus et successoribus stipulanti litem uel controuersiam ei aut eius heredes et successores de predictis rebus . . . . dimidietatem pro indiuiso uenditam seu parte earum uilo tempore non inferre nec inferenti consentire, set predictas possessiones quoad predictam dimidietatem pro in[diuiso uenditam] excalumpniare et defendere in ratione ei et eius heredibus et successoribus durante dicto usufructu in proprietate tantummodo dictoque vsufructu dicte domine Dobre extincto siue . . . . •. . . . . . . possessione ab omni ea persona uel personis tantummodo cui uel quibus predicte possessiones, uel aliqua siue pars alicuius earum obligata foret ex aliquo contractu uel obligatione . . . . ab ipso Michaele uenditore aut ab aliquo eius nomine siue cui uel quibus esset uel diceretur esse in ipsis rebus uel aliqua siue parte alicuius earum ex ipsius Michaelis . . . . acquisite. Et quia actum extitit inter eos, quod ipse Michael non teneatur ad excalumpniandum et defendendum predictas res quoad dictam dimidietatem pro indiuiso . . . . precii restitutione in aliis casibus quam predictis. Idcirco predictus Michael dedit et cessit, transtulit et mandauit ipsi Petro emptori recipienti, ut supra omnia [iura et actiones realjes et personales, vtiles et directas et quascumque alias que et quas habebat et habere poterat in predictis rebus et possessionibus quoad dictam demidietatem pro indiuiso . . . . contractu celebrato cum quacumque persona uel personis et alias vndecumque et quomodocumque. Et contra et aduersus etiam supradictos commissarios auctores suos et eorum succefssores] . . . . . .

. . . . [comjmissarie et hereditatis supradicti olim Phylipi nomine et occasione vendicionis sibi a dictis commissariis commissario nomine predicto de predictis possessionibus facte et pro . . . . excalump]niando et deffendendo ipsas ab omni persona ac obligaciones bonoium dicte commissarie et hereditatis et omnium et singularum promissionum et obligationum . . . . sanis commissario nomine supradicto factarum in dicto instrumento vendicionis confecto manu mei iamdicti notarii. C. Item aduersus omnem aliam personam que nliquam . . . . em, renunciationem uel contractum fecisset de predictis possessionibus uel earum aliqua siue aliquibus in quocumque alio instrumento constituens ipsum Petrum procuratorem . . . . ipsum in locum suum, quoad dictam dimidietatem pro indiuiso uenditam ita, quod a modo suo nomine actionibus, utilibus et directis possit aduersus dictos . . . . [p]redicto eorumque successoribus ac in bonis commissarie et hereditatis dicti olim Phylipi et contra quamcumque aliam personam predictorum et cuiuslibet eorum occasione agere, defendere . . . . repiicare, consequi et se teneri calumpnie et de ueritate dicenda, sacramentum in animam ipsius prestare et omnia et singula facere, que et prout ipse uenditor . . . . s contractum dicere, facere et placitare ualebat. Item supradictus uenditor promisit, ut supra dicto emptori stipulanti, ut supra, predictas vendicionem iurium . . . . [sin]gulis in hoc instrumento contenta firma et rata habere et tenere et non contrafacere uel uenire aliqua ratione uel causa directe uel indirecte, tacite et expresse per se uel . . . . facto sub pena quarti dicte dimidictatis vendite precii in singulis huius contractus capitulis insolidum quociens contrafactum fuerit, stipulacione promissa et refectione dampno[rum et expensarum] litis et extra et omnium suorum bonorum obligatioue; et pena predicta soluta uel non, omnia et singula in hoc contractu contenta firma perdurent. Acta sunt . . . . [in] domo olim Phylipi supradicti coram Jacobo condam Petri de Georgio et Francisco condam Stephani ciuibus Jadre, testibus rogatis et aliis.

[f Ego Bo]gde Grisogoni de Bogde examinator examinaui.

(Signum not.).

[Et] ego Alexander condam Vgolini de Stella imperiali et ciuitatis Jadre autoritate notarius scripsi et publicaui et meo signo et nomine roboraui.

Original u guberni]alnom arkivu u Zadru; odio samostaua sv. Rrsevana. Kaps. XI. no. 244.

Listina veoma krnja i manjkava.

282.

1338, 9. aprila. U Bišću.

Grgur župan krbavski opominje Trogirane, da ostanu vjemi kralju.

Nobilibus et sapientibus viris dominis . . . . honorabilibus, comiti, iudicibus et consiliariis civitatis Traguriensis, amicis suis carissimis, et tanquam fratribus peramandis, Gregorius comes Corbaviae salutem et prosperis successibus abundare. Ex adventu prospero nuncii nostri ad dominum regem Hungariae cum plena intentione, et Hteris gratiosis nobis directis, muito nobiscum congaudere debetis; dedit enim nobis idem dominus rex per suas literas in mandatis per nuncium nostrum vobis, ut fidelissimis sacrae regiae maiestatis ipsius literas destinare; habemus etiam ex praecepto, ut protector et favorabilis assistam in adiutorium et iuvamen filiorum quondam Pauli bani, et nepotum ipsius, cum ipsi cupiunt gratiam et concordiam invenire cum suprascripto domino rege, asserens se omni dilatione postposita ad partes maritimas properare. Scriptum in Bichigio, in coena domini, feria quinta

Lucius De regno Croat. et Dalm. lib. IV. c. 14.
Katona Hist. crit. IX. 139.—140.
Fejer Cod. dipl. Hung. VIII. 4. p. 336.—337.

283.

1338, 14. aprila. U Avignonu.

Benedikt XII. papa štiti prepozita čazmanskoga poslanika kralja Karla Roberta od nasilja.

Benedictus episcopus servus servorum dei. Venerabilibus fratribus . . . Constantiensi et . - . Basiliensi ac . . . Curiensi episcopis salutem et apostolicam benedictionem. Lamentabilem pro parte dilecti filii Gregorii de Capronsa, prepositi ecclesie Chasmensis Zagabriensis diocesis, querelam recepimus continentem, quod Johannes dapifer, miles Constanciensis diocesis et quidam sui in hac parte complices. eunderh prepositum, quem carissimus in Christo filius noster Carolus rex Ungarie illustris ad nos pro certis negotiis magnis specialiter destinarat, eiusque sbcios et familiares tunc in sua comitiva existentes, de Romana curia de beneplacito nostro ad partes regni Urigane cum fiducia redeuntes sacrile[CT]is et temerariis ausibus violentis manibus dei timore post-

posito, in prepositum et socios ac familiares prelibatos iniectis, ceperunt, eosque sic captos detinuerunt per dies quam plurimos, sicut adhuc eundem prepositum detinent, nequiter captivatos, eos equis, pecunia, vestibus et rebus aliis suis more predonico spoliando. Cum itaque ornnes capientes vel spoliantes seu detinentes personas quaslibet de dicta curia recedentes, vel accedentes ad eam per solemnes processus Romani pontificis, qui in certis precipuis anni festivitatibus publice fiunt, sint excommunicationis sententia innodati. Nos predictos excessus in gravem divine maiestatis offensam, nostrum et apostolice sedis obprobrium, et dampnabilis exempli pernitiem perpetratos, salva conscientia nequeuntes conniventibus oculis pertransire, quin patratores ipsorum debita percellamus iusticie ultione, fraternitati vestre per apostolica scripta districte percipiendo mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios simpliciter et de plano, sine strepitu et figura iudicii de predictis sacrilegis curetis diligentius informare, et eos, quos culpabiles repereritis in premissis, in civitatibus et diocesibus vestris et locis aliis, de quibus videbitur vobis expediens, tam diu diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis, excommunicatos publice nuntietis et nuntiari faciatis, et ab omnibus artius evitari, terras et loca, in quibus dicti sacrilegi commorantur, supponendo ecclesiastico interdicto, ac faciendo interdictum huiusmodi observari, donec dicti sacrilegi prefatum prepositum reddiderint pristine libertati, sibique ac sociis et familiaribus equos, pecuniam et res alias, vestes supradictas cum restauratione dampnorum et expensarum integraliter restituerint, et cum vestrarum testimonio litterarum ad sedem venerint apostolicam absolvendi. Datum Avinione, XVIII. kalendis maii, anno quarto.

Theiner Mon. Hung. I. no. 934. p. 621. — Iz reg. orig. an. IV. par. II. com. ep. 83.

284.

1337, 15. aprila. U Avignonu.

Benedikt XII. papa sucima po njemu izaslanim nalaie, da biskupa trogirskoga pozovu pred apoštolsku stolicu.

Benedictus episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri . ..:. episcopo Scardonensi, et dilectis filiis . . . archidiacono Spalatensts ac Stephano Michaelis canonico Traguriensis ecclesiarum, salutem et apostolicam benedictionem. Moleste ferirnus nostrorum insolencias subiecto-

rum, sed intimius provocamur, cum ab ecclesiarum prelatis, presertim pontificalis dignitatis titulo insignitis, gravia et enormia perpetrantur, quia cum esse debeant maxime ipsorum subditis speculum atque forma in se ipsis debent ostendere, qualiter alios in domo domini oporteat conversari. Sane dudum pro parte dilecti filii Iohannis Petri canonici et Gausii Scoyse civis Traguriensium, procuratorum et syndicorum dilecti filii nobilis viri Iohannis Mauroceni comitis, ac iudicum, consiliariorum et universitatis civitatis Traguriensis tam eorum proprio, quam procuratono et syndicario nominibus comitis, iudicum, consiliariorum et universitatis prefatorum in nostra et fratrum nostrorum presencia in consistorio publico proposito, quod venerabilis frater noster Lampredius episcopus Traguriensis, si ei venerationis denominatio debeatur, ad ecclesiam Traguriensem ingressum canonicum nequaquam habuerat et incontinencie vicio laborabat, eratque alienarum nuptiarum publicus violator, et cum vilibus et suspectis mulieribus vitam ducebat enormiter dissolutam, et quod existebat bonorum dilapidator ecclesie antedicte, ac publicus homicida et Bosnensium hereticorum fautor, symonie, periurii et nonnullis aliis gravibus et enormibus criminibus irretitus, et quam plurimis excommunicationum sentenciis innodatus tam ab homine quarum iure; quodque sic ligatus et suspensus ab executione pontificalium et divinis officiis, sibi ingressu ecclesie interdicto, in contemptum clavium multotiens scienter et in pontificalibus huiusmodi officia celebrare, immo verius presumpserat prophanare, quantum in eo fuit, et quod erat super premissis tam in civitate et diocesi Traguriensi, quam in provincia Spalatensi circumstante apud bonos et graves publice diffamatus; quodque venerabilis frater noster . . . archiepiscopus Spalatensis loci metropolitani, dum olim suis civitate et diocesi primitus visitatis ad civitatem et diocesim Tragurienses, ut in illis impenderet, prout impendit, auctoritate metropolitica visitationis officium, pervenisset et invenisset dictum episcopum super predictis et singulis apud suum capitulum, necnon clerum et populum dictarum civitatis et diocesis Traguriensium multipliciter diffamatum, super eisdem auctoritate predicta contra ipsum episcopum coram se ad civitatem Spalatensem legitime ac peremptorie citatum. et coram eo comparere contumaciter non curantem ad inqufsitionem descenderat, multosque testes super ipsis in contumaciam huiusmodi receperat et examinaverat etiam diligenter, et demum eundem episcopum ad concilium suum provinciale vocari fecerat, quod duxerat convocandum, visurum publicationem ipsius inquisitionis processus, quem pubUcare in jpso concilio intendebat; et cum dictus episcopus comparere in dicto concilio contumaciter contempsisset, predictus archiepiscopus eum ob huiusmodi contemptum vinculo excornrnunicationis astrinxerat, et eundem processum publicare curaverat, et dictum episcopum deinde fuerat excommunicatum publice nuntiari. Sed idem episcopus presumens eontra eundem archiepiscopum vicem ulcionis assumere, in eum et in omnes prelatos, qui cum ipso in concilio predicto convenerunt, de facto excommunicationis sentenciam fulminarat, ipsosque denuntiarat in sua maiori Traguriensi, et fecerat in aliis ecclesiis ipsius civitatis Traguriensis diversis vicibus, pulsatis campanis et candelis in aceto extinctis, excommunicatos publice nuntiari. Et quod dum prefatus archiepiscopus premissa omnia venerabili fratri nostro Bertrando episcopo Ostiensi, tunc in illis partibus apostolice sedis legato, intimare sibique dictum processum transmittere curavisset, ut super hoc ipse legatus provideret, prout conspiceret expedire, dictus legatus archiepiscopum et Traguriensem episcopum prelibatos fecerat ad suam presenciam evocari, et examinato eodem processu, dictum archiepiscopum ad suam remiserat ecclesiam; prefato autem episcopo Traguriensi volenti certum prefixerat terminum perhemptorium competentem, infra quem felicis recordacionis Iohannis pape XXII. predecessoris nostri, tunc viventis, conspectui se personaliter presentaret, eius mandatis humiliter pariturus. At idem episcopus Traguriensis ad sedem apostolicam non accesserat, immo ad civitatem et diocesim Tragurienses redierat, et peiora prioribus committere non expaverat. Ac supplicato nobis pro parte ipsorum procuratorum et syndicorum nominibus supradictis, se coram nobis ad talionis et omnem aliam penam nomine proprio eorum predicto inscribentium, si deficerent in probatione propositorum huiusmodi, ut dignaremur super hiis de oportuno remedio providere, ad effectum citationis personalis et correctionem canonicam Traguriensis episcopi memorati. Nos dilecto filio nostro Talayrando tituli sancti Petri ad vincula presbitero cardinali commisimus oraculo vive vocis, ut huiusmodi eorumdem propositorum negocium audiret, et super illis omnibus et singulis informationem reciperet, et quod exinde ir.veniret, nobis, ut moris est, referre curaret. Coram quo siquidem cardinali comparentibus in iudicio dictis procuratoribus et syndicis nominibus prelibatis, et coram eo nonnulis actis, iuribus et munimentis et quam plurimis testibus ad probandum, ipsum episcopum Traguriensem fore super preenerratis propositis et criminibus publice diffamatum, ab eis productis, missoque sibi per dictum episcopum Ostiensem sepedicto processu, ac testibus coram eo, ut prefertur, productis et processu prefatis diligenter examinatis, dictoque Traguriensi episcopo coram se ad singulos actus debitos in audiencia publica legitime citato, et comparere per se vel aliquem responsalem non curante, idem cardinalis de supradictis omnibus et singulis nobis in consistorio relationefn fecit plenariam et fidelem, per quam nobis innotuit contra prefatum episco-

pum Traguriensem veritatem certorum de supradictis criminibus coram dicto archiepiscopo fuisse probatam, ac ipsum episcopum Traguriensem fore super eis »liisque criminibus et propositis eisdem apud bonos et graves publice diffamatum. Cum igitur non debeamus talia sub dissimulationis pallio preterire, sitque dignum, ut culpa suos corrigat actores, discretioni vestre per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios eundem Traguriensem episcopum ex parte nostra peremptorie ac indilate citare curetis. ut infra trium mensium spatium post citationem huiusmodi cum omnibus actis, iuribus et munimentis suis conspectui apostolico personaliter se presentet, facturus quod iusticia suadebit, ac nostris et apostolicis beneplacitis et mandatis efficaciter pariturus. Diem vero huius citationis et formam, et quicquid super predictis duxeritis faciendum, nobis per vestras litteras vel publicum instrumentum harum seriem continentia studeatis quantocius intimare. Datum Avinione, XVII. kalendas maii, pontificatus nostri anno quarto.

Theiner Mon. Slav. Mer. I. p. 199. — Iz reg. an. 1 b par. 1. ep. 331.

285.

1338, 25. aprila. U Čazmi.

Pred čazmanskim kaptolom daruje German s bratom Dešenom samostanu garićkom neku oranicu.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod German et Descen filii Dyonisii nobiles de Gersenche personaliter coram nobis constituti deum pre oculis habentes volentesque anime eorum salubriter prouidere et điem extreme messionis piis ac bonis operibus preuenire, hac deuocione inducti, quandam terram ipsorum arabilem circa magnam viam qua itur versus Gersencham[1] ad partem orientalem supra vinetis eorum a quadam sicca valle incipiendo a plaotula vinee Germani vsque ecclesiam beate virginis fratrum Heremitarum adiacentem, dixerunt et confessi sunt eidem ecclesie beate virginis ac eiusdem seruitoribus, cum eciam ob remedium animarum omnium parentum ipsorum dedisse, donasse et contuUsse irreuocabiliter habendam et iure perpetuo possidendam assumpmentes eciam et obligantes se iidem filii Dyonisii, vt si qui successu temporum racione premisse donacionis contra seruitores ipsius

[1] Drugi izvornik ima Gresenche.

ecclesie insurgerent vel questionem mouere niterentur aliqualem, expedire laboribus eorum propriis et expensis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes ad peticionem predictorum Germani et Descen concessimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum in festo beati Marci ewangeliste, anno domini millesimo CCCXXXmo octauo.

Izvornik na pergameni u kr. ugar. drz. arkivu u Budimpešti: M. 0. D. L. 35179. Stara signatura Actor. monast. Garigh fasc. I. No. 15.

Na hrptu listine bijaše pritisnul peiat. U istom arkivu i pod istim irojem (stara signatura kao gore fasc. V. No. 937, pogrešno pod g. 1438. stavljen) nalazi se drugi izvornik na papirn, koji je s lijeve sirane manjkav. Pečat bio na hrptu pritisnut.

Fejer VIII. 4. 343-344.

286.

1338, 26. aprila. U Trogiru.

Jakobina kči pokojnog Marina i Tomiša sin pokojnog Donata prave ženitbeni ugovor.

In dei nomine amen. Anno domini millesimo trecentesimo trigessimo octauo, indictione VII.[1], regnante domino Karulo serenisimo rege Vngarie, et temporibus illustris domini fnostri] domini Francissci Dandolo incliti ducis Venetie, ac venerabilis patris domini Lampredii episcopi, et nobilis et šapientis viri domini Phylypy de Mol . . . honorabilis comitis ciuitatis Tragurii, suorumque iudicum dominorum Nicole . . . . Frederici, Macthei(!) Lutii, Martini Duymi et Lucha[n]ni Desse Basti. Die XXVI. mensis aprilis domina Jacobina filia condam Marini Andree ex vna parte, et Thomixa condam Donati ex alia parte ad tale pactum et concordiam peruenerunt, videlicet, quod dicta domina Jacobina promisit et conuenit per uerba de presente(!) dictum Thomixam capere et accepere(!) in suum legitimum virum prout sancta mater ecclesia mandat et sibi dare in dote [et] nomine dotis tempore contracti matrimonii, videlicet quando ipsam ducet, du[as] terras totas aratorias positas supra salinas communis, positas supra salinas sancti Clementis mediante via publica; vna quarum est supra viam publicam iuxta terram domine Drage vxoris condam Siluestri, iuxta heredes Petri Comortii et alia latera; alia uero est supra viam publicam de Cherbano iuxta .Nicolam Johannis Staretii, iuxta heredes Damiani Duymi et alia latera; item

[1] Ovaj broj indikcije bez sumnje pogrešan. Ima biti VI.

totam terram vineatam et non vineatam positam ad Muricellum iuxta heredes Marini Bertanni, iuxta terram ecclesie sancti Stephani de Campo et alia latera, saluo iure laboratorio; item libras septin[gen]tas venetorum paruorum extimatas in fragumine auri, argenti, drapparum et aliarum ornamentarum (!) pro eo, quod dictus Thomixa promisit et conuenit per uerba de presente dictam dominam Jacobinam capere et accipere in suam legitimam vxorem, prout sancta mater ecclesia mandat cum dote, pactis et conditionibas suprascriptis; quas possessiones et bona domina Sclaua eius mater et vxor condam Marini Andree de voluntate et consensu suorum filiorum et condam dicti Marini dare promisit et dedit Petro conrjam Desse olim viro ipsius domine Jacobine per publicum instrumentum scriptum per me Superantium notarium infrascriptum, in millesimo trecentesimo trigessimo secundo, indictione XVa, die XXIII. mensis decembris. Que omnia et singula suprascripta promiserunt dicti contrahentes inter se inuicem stipulantes firma et rata habere et tenere, actendere et obseruare et non contrafacere uel venire per se uel alios aliqua ratione uel causa, de iure uel de facto sub pena mille librarum venetorum paruorum per partem et obligantione eorum bonorum. Quam penam pars non obseruans parti obseruanti dare et soluere teneatur, et pena soluta uel non, rato manente presente contractu. Actum Tragurii in domo heredum condam Marini Andree, pressentibus(f) dompno Maririo Amblaxii, dompno Stoyanno Symi, Joseph Stephani et Michoye Macthei Chiodii, testibus rogatis et Andrea Gregorii Lutii examinatore.

(Drugi rukopis).

Ego Andreas Gregorii Lucii conscius examinaui.

(Signum not.).

Ego Superantius Ranaldutii de Cengulo(!) auctoritate imperiali notarius et nunc communis Tragurii iuratus hiis omnibus interfui et rogatus scribere scripsi et publicaui.

Original na perg. u arkivu kaptola u Trogiru no. 58.

287.

1338, 3. maja. U Koprivnici.

Mikić ban odredjuje glede izborc. sudcc kofrrivničkoga.

Mykch banus tocius Sclauonie omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, presens scriptum inspecturis salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum igitur noticiam harum serie volumus per-

uenire. Quod quia ciues et hospites de Kaproncha singulis annis in eligendo et faciendo inter se villico mirabiliter discordabant, nos volentes huiusmodi eorum discordie et errori remediabiliter prouidere, sanciendum constituimus eisdem, vt iidem ciues et hospites de Koproncha(!) in quolibet anno in festo beatorum Philipi et Jacobi apostolorum, termino videlicet eleccionis villici ab antiquo consueto, vniuersaliter invicem congregando duodecim viros probos et personas idoneas inter se commorantes et de tota communitate eligere pro creacione et constitucione villici teneantur, [de quibus] quidem duodecim probis viris, vt premittitur deputatis et electis, singulariter eorum iuramenta exigere debeant ciues quam et hospites antedicti in eo, vt iidem duodecim probi viri et idonee persone tam probum et fidelem hominem de dicta communitate de Kaproncha in villicum eligant et constituant, qui primo et prefsenti] domino regi, domino nostro naturali et per consequens bano tocius Sclauonie, deinde vniuersitati predictorum ciuium et hospitum de Koproncha fidem [deo] et iusticiam debeat conseruare, quo peracto quicunque ex dictis ciuibus seu hospitibus de dicta ciuitate de Koproncha constitucioni seu ordinacioni dictorum duodecim virorum. . . . . obstare presumpmeret et ipsum pro tempore electum et per ipsos constitutum villicum pro villico vero conseruare et habere recusaret, amissis omnibus bonis suis capitalis sentencie vindicta puniatur. Concessimus insuper memoratis ciuibus et hospitibus de Kaproncha, quod nullus ciuium seu hospitum de eadem decimas quaslibet ipsius ciuitatis et eius prouincie a domino episcopo Zagrabiensi aut suis ministris conducere et pecunia emere presumpmat; quicunque autem ex eisdem contra huiusmodi nostrum statutum ipsas decimas quaslibet a dicto domino episcopo Zagrabiensi aut suis ministris et officialibus conduxerit et pecunia comparrcit, similiter amissis omnibus bonis suis capitalis sentencie [vindicta] existat puniendus. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras nostras priuilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas. Datum in Koproncha, in festo inuencionis sancte crucis, anno domini M°CCC°XXXmo octauo.

Original vrlo izjeden u arkivu slob. i kr. grada Koprivnice.
Vjesnik kr. zem. arkiva. I. 170.
Pečat je odpao, samo jedno vlakance zelene svile visi ispod listine.

288.

1338, 16. maja. U Hvaru.

Juraj pristav općine Hvara upućuje se glede posjeda Rađuše iene pokojnog Albertina.

In Christi nomine amen. Anno domini millesimo trecentesimo trigessimo VIII⁰, indiccione VI⁰, temporibus equidem illustris et magnifici domini domini Francisci Dandullo incliti ducis Venecie, ac venerabilis patris domini fratris Luche dei et apostolice sedis gracia Farensis et Brazensis episcopi, et egregii et potentis viri domini Dardi Dolphino honorabilis potestatis Fare. et Braze, suorumque iudicum Iurei Desisclaui, Martini Bal . . . Sclauogosti communis ,Fare iudicum, die XVI⁰ mensis madii. Iurei bucharius communis retullit mihi notario se ex commissione sibi facta et suo [officio intromis]isse de bonis et tamquam de bonis domine Radusse vxoris condam Albertini . . . . [MJassimine filie dicte Radusse nec non Michaelis generis dicte Rafdusse] . . . . duas partes vnius pecie terre vineate et non vineate cum omnibus que . . . . [dic]tam vineam et terram positam in campo sancti Stephani in loco dicto ad . . . . dro; et cuius vinee et terre talles (!) dicuntur esse confines: A lleuante iura . . . . [P]hare, a pponente heredes Restisse Dragosclauich pro parte et pro parte ser . . . . . . sclaui, a trauersa heredes Radoani Borenich, a meridie Marisclaua . . . . [et si] qui alii essent confines ueriores; et hoc ad peticionem Christofori Radoani . . . . mihi sentenciarum, videlicet vnius de libris XXII solidorum venetorum paruorum scriptarum tempore domini . . . . . . adro olim potestatis ad cartas CXXV; item vnius alterius sentencie de . . . . et quarte plus scripte tempore pressentis(l) potestatis actum hoc; item vnius alterius . . . . / . . Illlor solidorum venetorum paruorum VI scripte tempore pressentis domini potestatis actum hoc LHIIor et . . . . ct pro racione buchariali et alliis(!) expenssis(!) legiptimis(f) factis occasione . . . . dem confines approbati fuerunt pro bonis et ueris per Dessemanum . . . . Cranchum Mratenich examinatores communis pressente Jurio . . . . . . xe Ludimerii et Paruessa Mezomorto.

(Drugi rukopis).

[Ego D]ardus Dolphino potestas Fare et Braze manu mea subscripsi.

. . . . [D]esisclauus plazarius communis feci cridam die XVIIII. madii.

. . . . us de Mocolinis de Ripa diocisis Tridentine imperiali autoritate [notarius] . . . ac officialis predicti domini potestatis rogatus publice scripsi.

Original u arkivu j'ugoslavenske akademije u Zagreiu: Diplomata a. 1338.

Listina je na desnoj strani krnja.

289.

1338, 13. juna. U Zadru.

Kosa de Saladino gradjanin zadarski prodaje vinograd u Petrićanu Federiku de Nassis.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo octauo, indictione sexta, die duodecimo mensis iunii, Jadre. Tempore domini Francischi(f) Dandullo incliti ducis Venecie, et venerabilis patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, ac domini Blasii Geno egregii comitis. Cosa condam Bartholomei de Saladino ciuis Jadre iure proprio et in perpetuum dedit, uendidit et tradidit Federico condam Damiani de Nassis ciui Jadre pro se et suis heredibus et sucessoribus (!) ementi et recipienti totam unam suam petiam terre umeate, quam esse dixit circha(!) duodecim gognaiorum, positam ad Petrecanum; cui hos dixit esse confines: De trauersa est uinea domini Mauri millitis(l), de borea est uinea monasterii sancte Marie monialium de Jadra, de quirina est uinea heredum Pauli Georgii de Matheo et de austro est partim uinea monasterii sancti Nicolai ab Jadra et partim vinea monasterii sancte Marie monialium predicti; cum omnibus et singulis que infra predictos continentur confines uel alios si qui forent, accessibus et egressibus suis et cum introitu et exitu suo ad habendum, tenendum, possidendum et quicquid sibi et suis heredibus et successoribus deinceps perpetuo placuerit faciendum, cum omnibus et singulis que habet super se uel infra seu intra se in integrum, omnique iure et actione, usu seu requisitione sibi ex ea uel pro ea re aut ipsi rei modo aliquo pertinente; et hoc pro precio et nomine precii in summa ducentarum librarum denariorum uenetorum paruorum. Quod precium dictus uenditor confessus fuit et contentus se a dicto emptore habuisse et recepisse ac sibi integre datumi solutum et numeratum esse, exceptioni non habiti, non soluti, non numerati, non recepti et non sibi dati dicti precii ac omni alii legis et iuris auxilio et omnibus statutis, prouisionibus, reformationibus et consue-

tudinibus ciuitatis Jadre pro eo in aliquo facientibus omnino renuntians. Quam rem dictus uenditor se dicti emptoris nomine constituit possidere, donec de dicta re possessionem acceperit corporalem ; quam accipiendi sua auctoritate et retinendi deinceps ei licentiam omnimodam contullit atque dedit. Nec non promittens per se et suos heredes et successores dicto emptori pro se et suis heredibus et successoribus stipulanti et recipienti litem, questionem aut controuersiam de dicta re seu parte ipsius ei uel suis heredibus aut successoribus ullo tempore non infere nec inferenti consentire, set ipsam rem tam in proprietate quam in possessione ei et suis heredibus et successoribus ab omni homine et persona legittime defendere et excalumpniare in ratione et ipsum emptorem in posessione facere potiorem; et si quo tempore Iix(!), questio aut controuersia ei uel suis heredibus et sucessoribus moueretur, totam litem et causam in se et super se suscipere et transferre omnibus suis sumptibus et expensis usque ad finem litis, et nullam contrariam exceptionem, defensionem seu negationem iuris uel facti specialem uel generalem in aliquo oponere uel oponi facere, et predictam uendictionem et precii solutionem et omnia et singula supra et infrascripta perpetuo firma et rata habere, tenere, obseruare et adimplere et non contrafacere uel uenire per se uel alium aliqua causa, ratione uel ingenio, de iure uel de facto, sub pena quarti dicti precii, quotiens contrafactum fuerit in singulis capitulis huius contractus insolidum stipulanti promissa; qua soluta uel non, contractus nichilominus in sua permaneat firmitate; item reficere et restituere sibi omnia et singula dampna et expensas ac interesse litis et extra. Pro quibus omnibus et singulis firmiter attendendis et obseruandis dictus uenditor obligauit dicto emptori omnia sua bona presencia et fuctura(l). Actum et firmatum est hoc presentibus domino Mauro millite condam Federici de Grisogonis, et Cressio condam Marini de Tragurio, ciuibus Jadre, testibus ad hec uocatis et rogatis et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Georgius condam Mathei de Georgio examinator manum misi.

(Signum not.)

Egojacobus condam Bonacursi de Forliuio imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus predictis omnibus presens fui et rogatus scripsi et publicaui et signum meum aposui consuetum.

Original na pergam. u arkivu samostana sv. Marije u Zadru a. 1338.

290.

1338 30. juna. U Požegi.

Pred požeškim kaptolom prodaje Benća sin Tučena Pridišinića svoj posjed u Pridišincu za 10 maraka Leukusu sinu Petra iz Vrbove.

Nos capitulum ecclesie beati Petri de Posaga memorie commendamus per presentes, quod Bencha filius Thuchen de Pridyssinch ad nostram personaliter accedendo presenciam confessus est uiua voce, quod totam porcionem suam possessionariam in Predyssinch (!) habitam ipsum hereditare contingentem, cum sessione, edificiis, vinea, terris arabilibus et aliis vtilitatibus eiusdem porcionis sue vniuersis, Leukus filio Petri filii Kupse pro decem marcis denariorum ab eodem plene sicut dixit receptis dedisset et vendidisset[1] iure perpetuo in heredum heredes possidendam, ita tamen, quod idem Leukus filius Petri prefatum Bencha vsque vitam suam in dicta possessione conseruare et eidem vite ac victui necessaria tribuere necnon ab omnibus eundem molestare et inpetere volentibus defensare et protegere teneatur. Post mortem vero ipsius Bencha predictam possessionariam porcionem prenotatus Leukus pleno iure debeat possidere; hoc non pretermisso, quod memoratus Leukus filius Petri ipsam possessionariam porcionem ab aliis[2] porcionibus mediante diuisione separandi et prout necesse fuerit distingendi plenam habere valeat facultatem. Datum feria tercia post festum beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini M°CCC°XXXmo octauo.

Iz izvor. prepisa požeškog kaptola od '8. feir. g. 1343. na pergam. u kr. ugar. drž. arkivu u Budimpešli: M. O. D. d. 33659. — Stara sign. N. J?. A. fasc. 1597. no. 33.

291.

1338, 8. jula. U Spljetu.

Notarski prijepis staroga nekog popisa imanja crkve sv. Dujma.

In dei nomine amen. Hec est copia siue transcriptum cuiusdam montanei antiquissimi in quo sunt omnes possessiones scripte pertinentes ecclesi§ sancti Domnii ciuitatis Spaleti; in quo quidem montaneo sunt quam plura priuilegia papalia et regalia denotata per notarios ordine

[1] bilo vendidissent.
[2] slijedi ab.

iuris obseruato hic per me Lucanum primicerium Spalatensem, imperiali auctoritate notarium electum et assumptum per reuerendissimum in Christo patrem et dominum dominum Dominicum dei et apostolice sedis gratia archiepiscopum Spalatensem ad scribendum et in formam publicam redigendum tenorem ipsius montanei habiti in eodem ; cuius quidem copie seu rubrice tenor per omnia talis est videlicet:

Territorium sancti Domnii quod habet in campo Spalatensi, uidelicet citra fluuium Salone et citra sanctam Teclam[1] usque ad flumen de Bade[2], in Merlano est terra de tribus vretenis, quam dedit amita domini Dobri Girandi. Apud sanctum Cassianum ex parte boree super puteum iuxta terram Torre est magna terra; in Lagarono(!) similiter magna terra iuxta duas grippas ubi habet Michael ex parte australi, ex parte boree Streza, ab occidente monasterium s. Benedicti; ibidem in Lagorono est alia petia de terra iuxta terram sancti Theodosi ex parte boree; ibidem est alia petia de terra iuxta terram Piuosani Maranine et Sabbe Zucie ex parte australi; ibidem iuxta ecclesiam sancti Thome ex parte.Salone est una terra super terram sancti Benedicti tota mucha[3] de Pilato et circuitus uallis de Scazoli usque ad terram super aquam de Pilato a mari usque ad terram et . inde ad lapides qui sunt super vallem de Dula[4] usque ad mare quod est uersus Lauraneam totum Panolum immediate a uia que uadit ad Dulam usque ad uiam maiorem-et usque ad terram Andrize super Dullam, et ibidem in Panulo super uiam maiorem iuxta terram sancti Stephani et usque ad terram Stosse et per amplum usque ad. . . .

In Saline magna petia de terra iuxta terram sancti Petri Matarelle ab occidente et vna petia de terra sub arcubus quantum tenet longitudo ipsorum a parte occidentali, et vna terra ex parte occidentali magne petre, in qua terra est domus, a promunturio(l) maiori quod ibi est iuxta domum et usque ad alium lapidem qui est in austro ad lapidem magnum ab occidente a promuntorio quod ibi est super lapidem usque ad uiam et descendendo, sicut uadit terra usque ad uallem sub lapide totum est sancti Domnii.

In Birnico iuxta putheum, a puteo usque ad collem in quo lapis erectus, tota vallis uersus eccidentem usque ad terram Cegayde et usque ad terram que est ab austro; et ibidem super uallem alius locus continuatur cum valle ab una uia usque ad aliam per amplum.

Ex parte orientali sancte Marie de Mesauia iuxta terram Tarbe est una terra in angulo superiori habens maceriam et in medio aliam.

[1] Danas Sutikva medju Solinom i Mravincem.
[2] Rijeka Žrnovnica.
[3] muclia.
* Danas Dulje u spljetskom polju.

Ad Fontes sub puteo ab occidente una petia de terra in Calameto iuxta terram sancti Michaelis ab occidente usque ad terram Torre Racosi, quam emit ad(!) Andrea totum quod est inter duas uias.

In Pansano una terra in modnm clauis iuxta Pinosam(!) Maronini et Toram Mathie et ibidem vallis iuxta sanctam Mariam quam plantauit Ionas sacrista.

Ad Arcuzani quicquid est ab ipso Arcuzo usque ad uineam inter duas uias.

Post sanctum Cassianum ab oriente vna uinea que fuit filii Cice Margarita Mescegladi totam hereditatem, quam in primis medietatem domus sue, scilicet pauimentum quod est inferius cum caneua et cum eamerula super scalas, alteram medietatem habet Grube; terra in Pansano[1] super terram filiorum Radde Suliz et aliam terram ubi dicitur ad FeruJe[2], cui ex parte occidentis adiacet terra sancte Marie de Pansano; 3a in Laureto[3] inter terras Duymi Formini et super terram sancti Ioannis de Fonte et quicquld hereditatis sue est in Brala.

In dei nomine amen. Hec est copia siue transumptum cuiusdam montanei antiquissimi contenta in alio montaneo in quo sunt etiam scripte possessiones, territoria et priuilegia pertinentia ecclesie sancti Domnii ciuitatis Spaleti tam regalia quam papalia transcripta et recopiata per notarios publicos ordine iuris obseruato et hic per me Lucanum primicerium supradictum, auctoritate imperiali notarium electum et assumptum per reuerendissimum in Christo patrem dominum archiepiscopum supradictum *(i t. d. kao gore):-*

De terris sancte Marie de Spalato: Hoc est territorium sancte Marie de Ottaz[4]; in primis namque est terra subtus magnos arcus ex parte occidentis cui adiacet subtus prefate terre: terra Luscibobi et ex alia parte boree adiacet terra Gregorii, et ex parte boree supra magnos arcus est terra usque ad uiam et ex alia parte uie terra que uocitatur Dolizo usque ad ripam supra minimos arcus,; est namque terra in loco qui Dragosigi nominatur supra terra Lapzici usque ad terras sancti Stephani de Salona in qua seminantur 22 modia, et ex parte meridiana est terra super ipsi(l) terre que continet usque ad terram et est terra ex parte boree iuxta terram Pachuaci usque ad terra(!) que tendit usque ad uiam; et est terra in orientali parte incipiente uero a pcnte usque ad muros incipiente a flumine usque ad Chien', et de Chien usque ad Prasizo, et infra iamdictam terram est terra in Saline duodecim modia seminis et

[1] Poišan.
[2] Firule.
[3] Lovret.
< Otok.
' Kuk.

infra territorium sancti Stephani de Salona et sancti Bartholomei est terra sancte Marie dimidium modium seminis et tota insula cum duobus scupellis que intus ea sunt.

Est terra in ciuitate Salona incipiente a saxo qui lingua sclauonica Podmorsciza uocitatur, que est iuxta in orientali maris parte usque ad terram sancte Marie de Mesauia et incipiente a prefata terra sancte Marie usque ad locum qui Lipcat sclauonice nominatur.

Est autem terra in occidentali parte que incipit a theatrum(l) Salone ciuitatis et tendit usque ad ecclesiam sancti Michaelis in parte boree usque ad ripam.

Est territorium que est in Slanemo, cui ex occidentali parte adiacet terre sancti Bartholomei incipiente ad tres petras, que iacent in uia antiqua usque ad ripam iuxta terram sancti Stephani de Salona incipiente a uia usque ad mare.

Est uero terra in Doranua incipiente ab ecclesie sancti Petri usque ad mare ex latere Salone una cum suis grippis totis insimul cum valle.

(Signum not.)

Ego Lucas Bonuinus de Pirano imperiali auctoritate notarius et cancelarius ciuitatis Spalati hoc exemplum sumptum ab autentico montano(!) coram reuerendissimo in Christo patre et domino domino Dominico dei et apostolice sedis gratia dignissimo archiepiscopo Spalatensi una cum infrascripto notario Lucano diligenter auscultaui et quia utrumque concordare inueni, ut eidem exemplo adhibeatur de cetero plena fides, de. dicti domini archiepiscopi licentia et mandato me testem subscripsi meoque consueto signo signaui et roboraui.

Et ego Lucanus canonicus Spalatensis primicerius, auctoritate imperiali notarius et nunc iuratus notarius supradicti domini archiepiscopi hoc presens exemplum per me dictum notarium scriptum et diligenter per ordinem transcripsi et exemplaui in eodem nichil addens uel minuens fraudulenter quod sensum mutet aut uariet iritellectum preter forte punctum litteram uel syllabam per errorem et una cum supradicto Luca notario coram prefato domino archiepiscopo fideliter et diligenter auscultaui et quia concordare inueni cum ipso principali montaneo, ex mandato et speciali licentia et auctoritate ipsius domini archiepiscopi in publicam formam redegi, signoque meo consueto signaui et ad maius robor omnium predictorum predictus dominus archiepiscopus sigillorum sui et capituli Spalatensis hoc presens exemplum, ut adhibeatur eidem de cetero plena fides, iussit appensione communiri, sub anno MCCCXXXVIII, indictione sexta, die 8. mensis iulli, pontificatus sanctissimi patris et domini domini Benedicti pape XII. anno quarto, et tempore domini archiepiscopi supradicti.

Signum notarii.
L. SS. pendentium.

Iz Descrizione della mensa (17. vij.) fol. 34—38. u ark. biskup. spljetske.

292.

1338, 18. jula. U Zadru.

Ivan sin Miligostov prodaje Mihalju de Sofipe vinograd onkraj luke sv. Jakova.

In dei nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo tret-entesimo trigesimo octauo, indictione sexta, [die] decimo octauo mensis iulii, Jadre. Tempore domini Francisci Danduli incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Donati Contareni egregii comitis. Ego Iuane prenominatus Scocibolco condam Miligosti, do, vendo atque trado tibi Michaeli condam Blasii de Soppe ciui Jadre vnam meum terram vineatam circa cognaios duprum(!) et si plus est cedat tibi in hac vendicione, positam vltra portum sancti Jacobi, cum omnibus iuribus et pertinenciis suis; cuius terre ^vineate vites sunt Dimine vxoris Gucero reddentis michi quartam partem fructuum pro terratico; ad habendum, tenendum et possidendum et quidquid tibi et tuis heredibus et successoribus deinceps placuerit perpetuo faciendum, saluo tamen semper iure habencium vites super dictam terram et ad eas ius habitarum; pro precio librarum viginti paruorum venetorum, quod precium totum et integrum ego dictus venditor confiteor et contentus sum a te dicto emptore plene habuisse et recepisse ac mihi integre datum, solutum et numeratum fuisse. Promittens per me meosque heredes et successores sine aliqua excepcione iuris vel factis me obligando tibi dicto emptori pro te et tuis heredibus et successoribus stipulanti dictam terram vineatam tibi et tuis heredibus et successoribus ab omni persona, collegio et vniuersitate in ratione defendere et excalumpniare super me et omnibus bonis meis presentibus et futuris. Cui de borea est via publica et de trauersa est vinea Vadine Zuuelich, de austro est vinea Zuue de Speia, de quirina est vinea Damiani Barcotich. Actum est hoc et firmatum coram Michaele condam Mathei de Rosa et Thomado condam Madii de Varicassis, ciuibus Jadre, testibus ad hec vocatis et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Nicolaus Madii Galelli iudex examinator examinaui.

(Signum not.).

Et ego Siluanus Francisci de Foroiulio imperiali ac ciuitatis Jadre iuratus notarius predictis interfui et ut audiui rogatus scripsi et roboraui.

Original u arkivu grofova Begna u Posedar-ju: P. no. 66.

293.

1338, 19. jula. U Zadru.

Samostan sv. Marije u Zadru daje Stjefanu sinu Pribkovu kmetu svomu zemlju u Bibanu, da nasadi vinograd.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo octauo, indicione sexta, die decimo nono mensis iulii, Jadre. Temporibus equidem domini Francisci Danduli incliti ducis Veneciarum, et reuerendi patris domini Nicolay de Matafarro decretorum doctoris, Jadrensis archiepiscopi, ac domini Donati Contareni egregii comitis. Nos Pelegrina, Chotta et Nisa moniales monasterii sancte Marie de Jadra, vicarie eiusdem monasterii, quomodo cunr uoluntate et assensu nobilis viri Frederici de Nasse dicti nostri monasterii aduocati damus et concedimus vice et nomine predicti monasterii tibi Stephano' condam Pribci villano dicti nostri monasterii ad Bibanum duos gognaios et dimidium terre dicti nostri monasterii ad pastinandum vineam positam ibi ad Bibanum; quam terram debes pastinare et complere cum vitibus usque tres annos proxime • futuros sub pena sex iperperorum; cui de austro est terra dicti nostri monasterii quam debet pastinare Gregorius Cusmig, de .trauersa est terra dicti monasterii quam debet pastinare Radoslaus et Dragoslaus fratres, de borea est terra dicti monasterii et de quirina ešt via publica, taliter quod, dum ex ipsa vinea fructum vini extrahere poteris, dare tenearis cum heredibus et successoribus tuis annuatim nobis et dicto nostro monasterio quartam partem tocius redditus seu fructus ex ipsa vinea proueniencium ibi in dicta vinea et partem dicti nostri monasterii conducere debes ibi ad ripam maris in barca ipsius monasterii tuis expensis; insuper si furtum manifestum uel dampnum fraudulentem (!) comiseris contra nostram racionem, nobis et dicto nostro monasterio soluere tenearis sex iperperos nomine pene. quociens contrafeceris; et si per aliquod tempus ipsam vineam uendere uolueris, prius nobis denunciabis et nobis nostrisque successoribus. uendere tenearis cum heredibus et succesoribus tuis pro illo precio, quo ab

aliis habere poteris, si eam emere uoluerimus; quod si noluerimus, tunc sit tibi licitum uendere cui uolueris, iure autem dicti nostri monasterii predicto et omni alio secundum consuetudinem et formam statutorum Jadre semper saluo. Quam terram nos predicte vicarie vice et nomine dicti nostri monasterii cum successoribus nostris nos obligamus et promittimus tibi dicto Stephano tuisque heredibus et successoribus excalumpniare et defensare ab omni homine et persona in racione super bonis dicti nostri monasterii presentibus et futuris. Et ego predictus Stephanus per me meosque heredes et successores omnia predicta laudo, aprobo et affirmo et ea atendere me obligo et promitto super me et omnibus bonis meis presentibus et futuris. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet (Joyllo Jacobi Madii de Petrico et Georgio Francisci de Carbanosso. ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).
f Ego Nicolaus Madii Galelli iudex examinator examinaui.

(Signum not.)
Ego Michael Leonardi imperiale auctoritate notarius et Jaderensis iuratus interfui rogatus, ut audiui scripsi et roborari.

Original na pergam. u ark. samostana sv. Marije u Zadru a. IX-38.

294.

1338, 26. jula. U Zadru.

Petar i Hodan sinovi Mihaljevi i Simon Stulčić -prodaju Zoilu dz Sofipe dva komada zemlje.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo octauo, indicione sexta, die uigesimo sexto mensts iulii, Jadre. Tempore domini Francisci Danduli incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gracia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Donati Contareni egregii comitis. Nos Petrus et Chodanus fratres ad inuicem filii quondam Michaelis et ego Simon Stullccig conssenciente michi dicto Simoni Rada matre mea Jadrensis, uendimus tibi Coillo filio condam Blasii de Soppe ciui Jadre duas pecias terre nostre posite in insula Magna in sali in loco uocato Holmis, cum omnibus suis pertinenciis et iuribus ad habendum et quicquid tibi deinceps placuerit perpetuo faciendum sicut de tuo proprio; precio cuius vendicionis nos predicti uendi-

tores recepimus a te predicto emptore soldos nouem denariorum venetorum grossorum. Promittentes nos predicti uenditores per nos nostrosque heredes et successores tibi predicto emptori tuisque heredibus et successoribus dictas duas pecias terre cum omnibus suis pertinenciis et iuribus excalumpniare in ratione ab omni persona super nos et bonis nostris omnibus. Vni quarum peciarum de quirina sunt gognai septem, de borea et de quirina et de trauersa est nemus, de austro est maceria quedam in monte Holmis; alteri uero pecie de qua sunt gognai quinque de austro et de trauersa est mare, de quirina dicta maceria in dicto monte Holmis et de borea est carsum ; et si palus est de dictis peciis duabus terre confinate uel de altera earum, illud plus etiam sit tui predicti emptoris absque precii addicione. Et ego dicta Rada laudo et affirmo omnia et singula predicta et consentio predicto Simoni filio meo ad predicta omni modo quo melius et firmius esse potest pro huius instrumenti plenaria firmitate. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet presbitero ^Georgio sancti Michaelis de Jadra, et Micha condam Bogdi de Cande, ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Georgius Mathei de Georgiis examinator manum missi.

(Signum not.)

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo meo et homine roboraui.

Ori^inal na perg. u ark. grofova Begna u Posedarju. P. no. 65.

295.

1338, 27. julija. U Višegrađu.

Pavao dvorski sudac dosudjuje posjed Borh (Borovo) Petru sinu File.

Nos comes Paulus iudex <;urie excelentissimi principis domini Karoli dei gracia incliti regis Hungarie, memorie commendantes tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis, quod cum inter magistrum Petrum filium Phyle actorem ab vna, et Johanem dictum Butus filium quondam Stephani bani de Gara parte ab altera litigiose questionis materia in pacto possessionario suscitata et iuxta continencias priorum Jitterarum nostrarum diucius coram nobis ventilata extitisset, tandem dictus magister Petrus filius Phyle in octauis festi penthecostes, anno domini millesimo trecentesimo tricesimo quarto preteritis nostrum iudi-

ciarium personaliter adiens conspectum contra prefatum Johannem dictum Butus in figura nostri iudicii inter cetera proposuerat eo modo, quod quedam possessio Borh vocata in sua et fratrum suorum vicinitate adiaceret, cuius terciam partem ipse Johannes dictus Butus occulte absque suo scitu sibi inpigncrari procurasset, quam terciam partem possessionis Borh racione vicinitatis regni consuetudine exigente, si iuri consonaret, sibi haberi niteretur, super qua tercia parte possessionis Borh inpignorata litteras protestacionales et prohibicionales capitulorum Bachyensis, de Kw et de Pasaga ecclesiarum exhibens iusticiam equo moderamine sibi preberi postularat in premissis, quo audito, idem Johannes dictus Butus personaliter exurgens quasdam litteras predicti capituli de Kw, anno domini millesimo trecentesimo vicesimo nono confectas presentarat continentes, quod Johannes, Thomas, Petrus, Paulus et Emericus filii Pauli filii Emerici de Wolko. necnon nobilis domina mater eorum tercias partes possessionum Borh, Wylak et Roholch vocatarum in comitatibus de Pasaga et de Wolko existencium ex collacione predicti domini nostri regis eodem Paulo filio Emerici patri prenotatorum Thome et fratrum suorum' deuolutarum cum suis vtilitatibus et pertinenciis vniuersis eidem Johanni dicto Butus pro quinquaginta marcis pignori obligassent a data earundem vsque reuolucionem quindecim annorum successiue sequencium annualem, ita vt si eundem Johannem dictum Butus pacifice et quiete vsque eundem terminum possent conseruare in eisdem, extunc in eodem termino cum pecunia memorate quantitatis dicti filii Pauli vel quilibet ipsorum aut domina mater eorum ipsas tercias partes possessionum redimere deberent vel deberet ab eodem, si autem ipsum Johannem in ipsis possessionibus vsque eundem terminum pacifice nequirent conseruare et per quospiam ordine iudiciario excluderetur de eisdem, tunc a die exclusionis sue infra quadraginta dies sexaginta marcas pro ipsis quadraginta marcis sibi soluere tenerentur, et eciam alie clausule seu condiciones diuerse habebantur in eisdem. Quibus perceptis ipse Johannes dictus Butus prefatam terciam partem possessionis Borh predicte iamtacto inpignoratiuo titulo sibi deberi asserens, dictum Johannem filium Pauli filii Emerici pro se personaliter et pro eisdem Paulo ac Emerico fratribus suis modo simili in causam attractis cum procuratoriis litteris dicti capituli de Kw comparentem, et prenominatos alios fratres suos, scilicet Thomam et Petrum ac dominam matrem eorum debitum omnis carnis exsoluisse asserentem, in sui expeditorie iuxta regni consuetudinem statuerat iudiciaria nostra in figura, cui quidem: Johannes filius Pauli eo modo statutus se et eosdem Paulum ac Emericum fratres suos absque suorum proximorum consilio in tam ardua causa respondere non posse allegarat, vnde cum pfopter euidenciorem

cautelam iuris et iusticie ipsis filiis Pauli hoc, vtrum predictam terciam partem possessionis Borh vocate pretacto Johanni dicto Butus expediant conseruando eundem iuxta eorum obligacionem in eadem, aut dictam pecuniam ipsius eidem persoluant, in octauis beati Jacobi apostoli tunc succedentibus coram nobis profiteri, et habita ipsa professione in premissis iudicium spondentes facere commisissemus. Huiusmodique cause discussio seu professio plutibus prorogacionum cautelis interuenientibus ad diuersos terminos et vltimo ad quindenas beati Georgii martiris anno domini millesimo trecentesimo tricesimo quinto preteritas in eodem statu deuenisset, ipsis quindenis aduenientibus prefato Johanne dicto Butus personaliter, item Gallo de Gyulkum pro eodem magistro Petro filio Phyle cum procuratoriis litteris nostris astantibus, iidem Johannes et Paulus filii Pauli pro se personaliter et pro eodem Emerico fratre ipsorum cum procuratoriis litteris comitis capelle regie ad nostram accedentes presenciam per nos diligenter requisiti terciam partem dicte possessionis Borh redimere non valere, sed iuxta regni consuetudinem redempcioni ipsius magistri Petri filii Phyle eo quod due partes eiusdem possessionis Borh dicto magistro Petro cum fratribus suis pertinerent, duxerant committendum prefato Gallo legittimo procuratore ipsius magistri Petri ipsam terciam partem possessionis Borh in condigna sua estimacione iuxta regni consuetudinem eundem magistrum Petrum redempturum fore asserente; vnde quia ad estimacionem dicte tercie partis possessionis Borh vocate homines domini regis et testimonia alicuius capituli debebant destinari, ideo capitulo ecclesie Quinqueecclesiensi amicabiliter scribendo testimonia eorum transmitti petiueramus, in quorum presencia homines regii in quindenis testi penthecostes tunc venturis ad faciem dicte possessionis Borh vocate vicinis et commetaneis suis conuocatis et presentibus vel legittimis eorum procuratoribus presentibus accedendo, eandem terciam partem eiusdem possessionis Borh diligenter considerando regalique mensura mensurando, deo habito pre oculis, cum Jacobo filio Marhardi, Ladislao filio Demetrii bani, Stephano filio Johannis filii Isyp, Jacobo filio Serephyl, Mortunus filio Endre bani, Stephano filio Alexandri, Johanne dicto Fees et Johanne filio Benedicti vel cum sex aut quatuor ex eisdem aliis absentibus per presentes communiter pro estimacionibus adducendis, visa sua qualitate, quantitate, vtilitate et valore cum suis vtilitatibus, terris arabilibus, fimatis; campestribus, fenetis, pascuis, piscinis et generaliter quibuslibet vtilitatibus in superficie ipsius constitutis quocunque vocabulo vocitatis iuxta regni consuetudinem extimarent et seriem ipsius estimacionis cum quantitate pecunie in qua estimaretur ad octauas natiuitatis beati Johanis Baptiste sub eodem anno venturas in litteris eiusdem capituli Quinqueecclesiensis partes nobis repor-

tarent, cumque ipsa estimacio ex quadam negligencia adduccionis testimonii capituii Quinqueecclesiensis pro altera parte adduci debentis fieri nequiuisset, et huiusmodi negligencie facti prout ex litteris nostris prorogatoriis fuimus informati, quam pluribus dilacionum racionibus interuenientibus ventilacione habita, eandem estimacionem per eosdem homines regios et estimatores presentibus testimoniis capituli Bachyensis per modum pretactum in die medii quadragesime, anno domini millesimo trecentesimo tricesimo septimo preterito fieri et seriem eiusdem ad octauas ipsius diei medii quadragesime in Iitteris eiusdem capituli Bachyensis per partes nobis reportari commisissemus, ipsiusque reportate seriei discussio volentibus partibus ad quindenas beati Georgii martiris tunc venturas prorogata extitisset. Ipsis quindenis beati Georgii martiris occurrentibus prenominatis filiis Pauli filii Emerici personaliter et Johanne filio Kenez legitimo procuratore predicti Johannis dicti Butus astantibus, prenominatus magister Petrus filius Phyle ad nostram accedens presenciam litteras predicti capituli Bachyensis nobis demonstrarat, in quibus premissam possessionariam estimacionem eo quod predictus magister Petrus filius Phyle tributum super fluuio Danubii in ascendendo, descendendo et transeundo in portu eiusdem et forum ibidem existencia, regalis donacionis tytulo sibi pertinere asseruisset fieri nequiuisse reperieramus, qui quidem magister Petrus fiiius Phyle ad reddendam racionem premisse sue inhibicionis quoddam priuilegium predicti domini nostri regis demonstrarat, in cuius tenore fbrum dicte possessionis Borh et telonium, quod in eadem possessione Borh per fluuium Danubii huc illuc a transeuntibus seu per eiusdem, fluui cursum a descendentibus et ašcendentibus exigi est consuetum, per ipsam regiam excellenciam filiis Phyle et non Paulo filio Emerici inter alias suas donaciones videramus perpetuo Collata extitisse, vnde quia ad iteratam estimacionem tercie partis dicte possessionis Borh, exceptis predictis foro et telonio, vt premissum est in eadem possessione Borh habitis faciendam, homines regii et testimonia alicuius capituli fuerant transmittendi. Ideo cum predicto capitulo Bachyensi amicabiliter iterato scribentes per homines regios et estimatores dicendos sub testinionio dicti capituli, die dominico proximo ante festum natiuitatis beati Johannis Baptiste tunc venturo, ipsam estimacionem possessionariam modo et ordine predictarum priorum litterarum nostrarum, exceptis predictis foro et telonio in dicta possessione Borh prout -premisimus habitis, vicinis et commetaneis eiusdem conuocatis et partibus vel earum procuratoribus presentibus sine diminucione et augmento fieri et seriem eiusdem ad octauas natiuitatis beate virginiž nunc preteritas per partes in litteris ipsius capituli Bachyensis nobis reportari commisissemus. Tandem ipsis octauis natiuitatisbeate virgmis occurren-

tibus, Nicolaus filius Mykse pro eodem magistro Petro filio Phyle cum sufficientibus procuratoriis litteris capituli Boznensis ab vna, prelibati vero Paulus et Johannes filii Pauli filii Emerici pro se personaliter et pro eodem Emerico fratre ipsorum cum procuratoriis litteris dicti capituli Bachyensis, ac Beke filius Wyda de Herman pro Johanne dicto Butus sepedicto cum sufficientibus procuratoriis litteris capituli ecclesie sancti Irinei parte ab altera ad nostram accedentes presenciam nobis litteras predicti capituli Bachyensis demonstrarant, in quibus continebatur, quod Nicolaus filius Martini bani pro parte dicti magistri Petri filii Phyle et Blasius filius Johannis filii Alexandri pro parte dictorum Johannis dicti Butus, item Johannis ac Pauli et Emerici filiorum Pauli homines domini regis, vnacum Andrea succentore et Egidio sacerdote, testimoniis dicti capituli Bachyensis, item magistro Mortunus filio Endre bani, Stephano filio Alexandri, Jacobo filio Marhardi, Ladislao filio Demetrii, Stephano filio Johannis et Johanne filio Benedicti per partes pro estimacionibus deputatis ad laciem dicte possessionis Borh vocate accedendo, vicinis et commetaneis eiusdem vniuersis legittime conuocatis et partibus presentibus, licet terciam partem eiusdem possessionis Borh nominate per formam litterarum nostrarum estimare debuissent, tamen quia eadem tercia pars de suo toto propter locorum inhabitabilium et inmeabilium, inseparabilium et indiuisibilium simultatis densitatem esset inpartibilis, simul totam eandem possessionem cum suis vtilitatibus, iuribus et proprietatibus, exceptis foro, thelonio(I) et quadam piscina Zawalya vocata ibidem existentibus, vt visu subtili ambire et comprehendere realiter potuissent, pro quadringentis marcis regni consuetudine exigente, simulcum terris arabilibus, videlicet ad quinque aratra mensurando tantum sufficientibus eiusdem estimassent, cuius estimacionis facta racione dictarum rerum centum triginta tres marce, vnus ferto et quatuor pondera ad ipsam terciam eiusdem partem cessisset computando, vnde quia ipsam terciam partem dicte possessionis Borh in sua estimacione idem magister Petrus filius Phyle sue redempcioni congruam fore prout in aliis litteris nostris preinsertis exprimitur, ex professione prefatorum filiorum Pauli filii Emerici declararat, ideo cum ipsum Nicolaum filium Mykse legittimum procuratorem dicti magistri Petri filii Phyle de eo, vtrum ipsam terciam partem dicte possessionis Borh in sua premissa estimacione, videlicet in centum triginta tribus marcis et fertone ac quatuor ponderibus idem magister Petrus redimere velit vel ne, tribus vicibus vt nostro de iure incumbit officio quesiuissemus, idem Nicolaus filius Mykse ipsum magistrum Petrum • eandem terciam partem dicte possessionis Borh in premissa sua estimacione in terminis et obligacionibus per nos sibi iuxta regni consuetudinem deputandis asseruerat fore redempturum. Vnde nos

decreueramus, quod idem magister Petrus filius Phyle predictas centum triginta tres marcas et fertonem ac quatuor pondera partim in denariis pro tempore currentibus et partim in estimacione condigna pro redempcione tercie partis dicte possessionis Borh in tribus terminis infrascriptis, videlicet quadraginta quinque marcas secundo die festi beati Thome apostoli nunc preterito, et iterum quadraginta quatuor marcas et fertonem ac quatuor pondera in octauis festi beati Ambrosii episcopi et confessoris, ac similiter quadraginta quatuor marcas feria quinta proxima ante festum beate Margarethe virginis et martiris nunc successiua preteritis in dicto capitulo Bachyensi prelibatis Paulo, Emerico et Johanni filiis Pauli filii Emerici ac Johanni dicto Butus soluere teneretur, tali obligacione mediante, vt si primum terminum obmitteret, iudicii grauamen incurreret, et si secundum vel tercium terminum in soluendo preteriret, pene dupli subiaceret eo facto, seriem autem premisse possessionarie redempcionis et pecuniarie solucionis partes octauo die vltime dicte solucionis nobis in litteris dicti capituli Bachyensis reportare tenerentur. Tandem ipso termino reportacionis seriei ipsius possessionarie redempcionis occurrente, prefato Johanne dicto Butus personaliter et Stephano dicto Chorba pro prefatis Johanne, Paulo et Emerico filiis Pauli filii Emerici cum procuratoriis litteris predicti capituli Bachyensis coram nobis astantibus, Gallus de Gyulkum pro eodem magistro Petro filio Phyle cum procuratoriis litteris capituli Boznensis ad nostram accedendo presenciam predictas centum triginta tres marcas et fertonem ac quatuor pondera per eundem magistrum Petrum filium Phyle in redempcionem tercie partis predicte possessionis in loco et terminis prenotatis eisdem Johanni, Paulo et Emerico filiis Pauli filii Emerici ac Johanni dicto Butus plene et integre persolutas extitisse, exhibicionibus litterarum eiusdem capituli Bachyensis comprobauit coram nobis, et similiter ipse Johannes dictus Butus predictas sexaginta marcas per eosdem filios Pauli filii Emerici iuxta premissam eorum obligacionem eidem persolui pro ipsis quinquaginta marcis debentes sibi, et predictus Stephanus Chorba procurator ipsorum filiorum Pauli filii Emerici ipsas septuaginta tres marcas et fertonem ac quatuor pondera, per eundem magistrum Petrum filium Phyle eisdem filiis Pauli filii Emerici cedentes loco et temporibus predictis plene persolutas extitisse viua voce affirmarunt, prout nobis per litteras dicti capituli Bachyensis declarabatur, propter quod idem Johannes dictus Butus eosdem filios Pauli filii Emerici super honere predictc possessionarie expedicionis, in quod iuxta obligacionem eorum premissam iriciderant, scilicet super ipsis sexaginta marcis pro eisdem quinquaginta marcis sibi, vt premisimus, soluere debentibus, expeditos commisit coram nobis per hec scripta; verum quia prefati filii PauK filii Emerici dictam

terciam partem possessionis Borh vocate in comitatu de Wolko habite eidem Johanni dicto Butus expedire seu redimere pro se non valere, sed magis eidem Johanni dicto Butus predictas sexaginta marcas iuxta eorum obligacionem pro ipsis quinquaginta marcis de estimacione dicte tercie partis possessionis Borh persoluere velle confessi fuerant et ipsam terciam partem dicte possessionis Borh redempcioni ipsius magistri Petri filii Phyle, ut premittitur, commiserant, eandemque idem magister Petrus filius Phyle in contigna estimacione eiusdem, vt ex serie litterarum eiusdem capituli Bachyensis et ex affirmacione eorundem Johannis dicti Butus et Stephani dicti Chorba legittimi procuratoris eorundem filiorum Pauli informabamur ab eisdem redemerat, ideo eandem terciam partem dicte possessionis Borh eidem magistro Petro filio Phyle et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus eo iuris titulo et ea plenitudinis quantitate, quemadmodum sibi racione redempcionis predicte dignoscitur pertinere, cum omnibus vtilitatibus, iuribus et pertinenciis eiusdem iudiciaria auctoritate adiudicauimus perpetuo possidendam et habendam, prefatis Johanni dicto Butus et filiis Pauli filii Emerici perpetuum silencium inponendo de eadem. Sine tamen preiudicio iuris alieni. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes litteras nostras priuilegiales concessimus pendentis sigilli nostri autentici munimine roboratas. Datum in Wyssegrad, duodecimo die octaui diei vltime solucionis, scilicet termini reportacionis seriei redempcidnis possessionarie pretaxate, anno domini millesimo trecentesimo tricesimo octauo.-

Original na pergam. u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D.L. no. 33.739.'— Stara sign.: N R. A. fasc. 650. no. 23. Na crvenoj svilenoj vrpci visi pečat.

Na hrptu savremena nota: »Item super redempcione iercie partis Boroh, Wylak et Rohocz.*

296.

1338, 3. augusta. U Zadru.

Samostan sv. Marije u Zadru daje Prefku sinu Stankovu zemlju u Bibanfu, da nasadi vinograd.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo octauo, indictione sexta, die tercio mensis augusti, Jadre. Temporibus equidem domini Francisci Dandullo incliti ducis Veneciarum, et reurendi patris domini Nicolay de Matafarro, decretorum doctoris, Jadrensis archiepiscopi, ac domini Donati Contareni egregii

comitis. Nos Pelegrina, Chotta et Nisa moniales monasterii sancte Marie de Jadra, vicarie eiusdem monasterii, quomodo cum uoluntate et assensu nobilis viri Frederici de Nasse dicti nostri monasterii aduocati damus et concedimus uice et nomine dicti monasterii tibi Prefcho condam Stanci castaldo nostro ad Bibanum duos gognayos et quartam partem unius gognay de terra dicti nostri monasterii ad pastinandum vineam, quam debes pastinare et complere cum uitibus usque tres annos proxime futuros sub pena sex iperperorum; positam ibi ad Bibanum, cui de austro est terra dicti monasterii, quam debet pastinare Dragos Dragoeuig, de trauersa et borea est terra dicti nostri monasterii et de quirina est via publica; tahter, quod, dum ex ipsa vinea fructus vini extrahere poteris, dare tenearis cum heredibus et successoribus tuis annuatim nobis et dicto nostro monasterio quartam partem tocius redditus seu fructus ex ipsa vinea proueniencium ibi in dicta vinea; et partem nostram conducere debes ibi ad ripam maris in barca dicti nostri monasterii tuis expensis; insuper si furtum manifestum uel dampnum fraudulentem comiseris contra nostram racionem, nobis soluere tenearis sex iperperos nomine pene, quociens contrafeceris; et si per aliquod tempus dictam vineam uendere uolueris, primo nobis denunciabis et nobis nostrisque successoribus uendere tenearis cum heredibus et successoribus tuis pro illo precio quod ab aliis habere poteris, si eam emere uoluerimus, quod si noluerimus, tunc sit tibi licitum uendere cui uolueris, iure autem nostro predicto et omni alio secundum consuetudinem et formam statutorum Jadre semper saluo. Quam terram nos dicte vicarie uice et nomine predicti nostri monasterii cum successoribus nostris nos obligamus et promittimus tibi dicto Piefcho tuisque heredibus et successoribus excalumpniare et defensare ab omni homine et persona in racione super bonis dicti nostri monasterii presentibus et futuris. Et ego predictus Prefcho per me meosque heredes et successores omnia predicta laudo aprobo et affirmo et ea attendere me obligo et promitto super me et omnibus bonis meis presentibus et futuris. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Qoyllo Jacobi Madii de Petrice et Georgio Fran[ci]sci de Carbanosso, ciuibus Jadre* et aliis.

(Drugi rukopis).

\ Ego Nicolaus Madii Galelli iudex examinator exammaui.

(Signum not.).

Ego Michael Leonardi imperiali auctoritate' et Jaderensis(l) iuratus , interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

Original na perg. u arkivu samosiana sv. Marije u Zadru a. 1338.

[1] Očevidno ispušten notarius.

297.

1338, 17. augusta. U Trogiru.

Lcmipredije biskup trogirski, pozvan od pape Benedikta XII., da dodje osobno preda nj, radi starosti i bolesti odredjuje on svoje zastupnike.

In Christi nomine amen. Anno doinini ab eius natiuitate millesimo trecentesimo trigesimo octauo, indictione sexta, die decimo septimo mensis augusti. Pateat vniuersis et singulis hoc instrumentum publicum inspecturis, quod, cum venerabilis in Christo pater et dominus dominus Lampredius apostolice sedis gratia Traguriensis episcopus ad instantiam et petitionem Johannis Petri Castrafoci clerici et Chaj^se Stoyse layci de Tragurio asserentium et dicentium se syndicos et procuratores communis vniuersitatis et hominum ciuitatis Tragurii s^mdicario et procuratorio nomine premissorum super quibusdam excessuum articulis eidemdomino Traguriensi episcopo minus canonice per ipsos aput summum pontificem irrogatis, citatus ob hoc personaliter dignoscatur. vt in certo termino sibi in citatione prefixo coram ipso sumtno pontifice debeat se personaliter presentare, affectabat siquidem et in corde gerebat ipse dominus Traguriensis episcopus, prout etiam tenebatur, se coram sanctitate ipsius summi pontificis ad pedum oscula presentare, eius innocentiam super omnibus sibi ficte illatis cum veritatis elogo, a qua omnis fallatia est penitus aliena fatie ad fatiem detrahentium ex aduerso penitus ostensurus ac de ipsis canonice se purgare. Set ut ille nouit qui scruptator(l) est cordium et hoc facti expenentia in Dalmatie partibus testimonio viridice(!) diuulgata publice manifestat, propter ipsius domini episcopi inpotentiam et diutinam corpoream passionem aput prelatos Dalmatie et ceteros domiuos temporales in talibus fidedignos notorie publicatam, a personali arreptione itineris ad ipsam curiam iuridice redditur excusatus, et sic uotis eius inpedimento condictionis corporee annuere non ualet dispositis, si posset ad personaliter veniendum. Nam diuina potentia permittente, cui humana fragilitas dignoscetur famulari, ipse dominus Traguriensis episcopus a modo valitudinarius ac proximus etati senili, gucta artetica, cyragra nec non et articulari morbo laborans, collica similiter et renum(!) oppressus diutina passione corpus fragile crutiantibus ylliaca pariter tor. . . . .e, inpotens et inabilis ipso facto redditur sermone ueridico a cuiuslibet arreptione itineris personalis, si salua condictione corporea, cui tute parcere debet, euis vitam transitoriam uult ducere sub uitali remige sanitatis. Nam vix exhibito spirituali obsequio per anni circulum in solempnibus diuinorum claustra eius episcopatus exire ualet inpediente cursu senili

et incurabili corporea passione, vtpote qui ut de aliis taceatur ab VIII. mensibus citra fistulam in pede sinistro patitur in iuncturis incurabilem testimonio veridice medicine. Iter eius personale per terram, mare uel eques facti uulgata inpotentia inpedientem infallabiliter a veridice reddentem ipsum excusatum a presentia corporali coram ipso summo pontifice facienda, verborum blanditiis non egente, set uelut obedientie in omnibus filius sanctitatis sedis apostolice supradicte, prout tenetur, intendens eius mandatis sanctissimis obedire, cum propter valitudines corporis et inpotentias supradictas coram sede apostolica personaliter conparendus iuridice releuetur, sano sibi volens consilio prouidere ad eius defectum personalis itineris per alios, ut submictitur, supportandum coram sanctitate benigna summi pontificis cunctis iuste petentibus liberali, discretum et sapientem virum dominum Ghoium Slauchi de Tragurio canonicum ecclesie sancti Laurentii ciuitatis prefate, ibidem presentem et presens mandatum et procurationem in se sponte suscipientem, nec non et sapientes et discretos viros dominos Fatium de Sanbucho, Johannem Angeli et Jacobum de Pistoria procuratores in Romana curia commorantes absentes tanquam presentes et[1] quemlibet eorundem in solidum suos veros, ydoneos certosque excusatores simplices diriget *et* super predictis omnibus responsales causas absentie sue ex etate senili et inpotentia corporis insurgentes prout sigillatim(!) superius est premissurh ueridica relatio notorios (!) et iuri consonas allegantes, prout fama publica in ciuitate Tragurii in qua dignoscitur presidere nec non et Dalmatie partibus predicat uallidata testimonio venerabilium prelatorum nec non et laycorum fidedignorum in talibus initentium eloquio ueritatis. Dans et concedens omni iuris auxilio sibi in omnibus et singulis conpetente eisdem excusatoribus et universalibus sinpliciter destinatis supradictis et eorum vtrique in solidum, ita quod primo allegantis condictio melior non existat purum et merum arbitrium ac liberam potestatem coram ipso summo pontifice et eius sacro consistorio seu alio auditore quocumque generaliter uel specialiter in Romana curia uel extra similiter deputandi, presentandi se et iuridice conparendi, ac causas absentie ipsius Traguriensis episcopi propter senium et inpotentiam corpoream descendentes veridicas allegandi, proponendi et sanctitatem sedis predicte sigillatim in qmnibus clarius informandi ac si ipse personaliter interesset, quibus sanctitas sedis apostolice supradicte ad quam recurrentes sperata iustitie gratitudine non priuantur auditum dignetur beniuolum et iuri consonum inpartiri; submictens. . . . .ipse dominus Lampredius instrumentum hoc publicum sicuti. a stilo Romane curie deuiaret cor-

[1] 2 puta.
[s] Umetnuto na koncu znakom navodnim.

rectioni et supplectioni summi nostri pontificis et ipsius sedis vniuersalis diuina clementia prouidente. Promictens se perpetuis temporibus firmum, ratum et gratum habiturum quecumque per dictos suos procuratores et defenssores factum fuerit siue gestum in predictis et quolibet predictorum sub obligatione omnium suorum bonorum et ipsius episcopatus. In cuius rei testimonium et cautelam ad horum memoriam perpetuis temporibus valituram presens publicum instrumentum sui maioris sigilli pendentis caractere diligenter fecit appensione muniri. Actum in ciuitate Tragurii, in curia episcopatus, presentibus discretis et sapientibus viris domino Jacobo domini Petri archidiacono et canonico ecclesie sancti Laurentii de Tragurio, Cosa Saladini de Jadra, Rugenno Pollastri, Puccio magistri Dominici medici de Firmo, et Nichola condam Thomasii de Cengulo habitatoribus et commorantibus in dicta ciuitate Tragurii, testibus ad hec vocatis specialiter et rogatis.

(Signum not.).

Et ego Matheus condam Iuntini domini Melliorati de Melliorati de Prato imperiali auctoritate iudex ordinarius notariusque publicus et nunc notarius et officialis prefati domini Lampredii episcopi Traguriensis predictis omnibus et singulis interfui, scripsi et publicaui rogatus meoque nomine et singno (!) consueto fideliter roboraui.

Original na pergam. u arkivu kaptola u Trogiru no. 59.
Na listini visi o končanoj uzici ovalni pečat biskupov u civenom vosku.

298.

1338, 7. septembra. U Zadru.

Ostoja Lašković službenik župana Gojslava obvezuje se trgovcu zadarskomu Galciju, da će platiti 24 libre za kupljeno sukno.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo octauo, indicione sexta, die septimo mensis septembris, Jadre. Tempore domini Francisci Danduli incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gracia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Donati Contareni egregii comitis. Confiteor ego Hostogia Laschouig homo domini comitis Gogislaui Stipani me emisse et recepisse a te Galcio condam Georgii mercatore Jadre dimidiam peciam panni vacete Mediolane pro libris uiginti quatuor denariorum paruorum. Quam monetam ego predictus Hostogia per me meosque heredes et successores me obligo et promitto dare et soluere tibi predicto Galcio tuisque heredibus et successoribus hic in fadra absque omni periculo usque ad duos menses proxime futuros, uel quando ante uenero Jadram, sub pena quarti et omnium expensarum litis et extra super me et bonis meis omnibus. Et ego Georgius Cricchouig Cerlenica habitator in Pliua homo quidem domine Catheline sororis domini Stephani bani Bosnensis constituo me fideiussorem et principalem debitorem et solutorem tibi dicto Galcio pro dicto Hostogia de omnibus et singulis predictis super me et bonis meis omnibus. Volentes nos dicti Hostogia et Georgius, quod tu dictus Galcius possis te tenere de omnibus et singulis predictis ad nos et ad nostrum alterum insolide, sicut et quociens uolueris reiterando ubique Iocorum et specialiter in Ancona et in Hobrouac; "et pena soluta uel non, presens tamen instrumentum pro modo predicto firmum sit, omni excepcione remota nulloque pretermisso obstante. Actum est hoc et fitmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Marino filio Damiani de Stumulo ciue Jadre et Viddo Ratchoni de Scardona, habitatoribus in Pliua et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Nicolaus Madii Galelli iudex examinator examinaui.

(Signum not.J.

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus scripsi et publicaui et signo meo et nomine roboraui.

Original na pergam. u arkivu samostana sv. Marije u Zadru.

299.

1338, 10. septembra. U Zadru.

Andrija arcipresbiter bribirski prodaje Danijelu Varikaši iz Zadra zemlje u Kamenjanima.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo octauo, indicione sexta, die d[ecim]o mensis setenbris(!), Jadre. Tempore domini Francischi Dandulli incliti ducis Venecie, et venerabilis patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, ac domini Donati Contareni egregii comitis. Cum per publicum appareat instrumentum anno domini millesimo trecentesimo trigesimo septimo, mense marcii die secundo exeunte, manu Netrintii

condam Bratio notarii iurati nobillium (!) de. . . . . . . .um Michaelem filium condam Slauogosti de Berberio uendidisse sortem unum . . . . is est ibi terre in sortem habere, que terra sita est in uilla Tresci, et etiam partem continentem ad ipsam terram que est in campo Camenane, Stoise filio condam Johannis de genere Vireuig pro pretio librarum trecentarum denariorum uenetorum paruorum; et supradictus uenditor in predicto instrumento uendictionis reseruauerit, quod ad(!) modo in antea fructus et utilitatem sex annorum Andreas archipresbiter habere debeat et eidem pertineat, quia eidem Andree primitus per ipsos sex annos obligauerat, post hec uero supradictus Stoise supradictum(F) sortem et dimidium cum parte eidem contingente in campo Camenane Danieli condam Miche Pasque de Varicassis ciui Jadre uendiderit pro precio trecentarum librarum denariorum venetorum paruorum, ut de dicta uendictione constat publico instrumento anno incarnacionis domini millesimo trecentesimo trigesimo septimo, indicione sexta, die septimo mensis nouembris, manu mei infrascripti notarii facto; vnde prehabito tractatu inter supradictum archipresbiterum Andream ex una parte, et predictum Danielem ex altera parte ad tale pactum et concordiam deuenerunt, videlicet, quod supradictus donpnus Andreas archipresbiter ecclesie sancti Johannis de Berberio, filius condam magistri Cristiani ex certa sciencia et non per errorem ante solutionem precii sibi factam ex causa uendictionis(!) dedit, cessit, transtullit et mandauit Danieli condam Michaelis Pasque de Varicassis ciui Jadre superius nominato pro se et suisheredibus et successoribus ementi et recipienti omnia iura et actiones reales et personales, utiles et dtrectas, ciuiles et naturales et omnes alias que uel quas habet uel habere poterat in supradicta terra occasione reseruationis fructus sex annbrum supradictorum et cuiuslibet alterius iuris et actionis, que uel quas haoeret uel eidem pertineret seu spectare et pertinere poterat modo, occasione, ratione uel causa aliqua ad habendum, tenendum, possidendum et qutcquid sibi et suis heredibus et successoribus deinceps perpetuo placuerit faciendum, fructus, utillitates et redditus annorum sex supradictorum; constituens eum procuratorem in rem suam- et ponens ipsum in locum suum ita, quod ad modo suo nomine ualeat actionibus utillibus et directis agere, experiri, excipere, replicare, consequi et se tueri et dictos fructus et redditus recipere et omnia et singula facere, quemadmodum poterat ipse; pacisscens atque conueniens, quod nulli alji(!) actenus(!) cessit iura predicta, et quod tempore huius conjxactus uere creditor et possessor erat fructuum et reddituum supradictorum. Nec non promitens per se et suos heredes et successores dicto Danieli pro se et suis heredibus stipulanti et recipienti predictos fructus, utilitates et redditus dictorum sex annorum ei et suis heredibus et successoribus ab

omni homine et persona legittime defendere et excalumpniare in ratione, et predictam cessionem, uigorem et robur, iura et actiones et omnia et singula supra et infrascripta perpetuo firma et rata habere, tenere et obseruare et adimplere et non contrafacere uel uenire aliqua causa, ratione uel ingenio, de iure uel de facto, si uero apparuerit ipsum actenus alteri dicta iura cesisse(!) aut posessorem seu creditorum(i) dicte rei huius contractus tempore non fuisse, uel si non defenderit, ut dictum est, et omnia et singula non obseruauerit aut in aliquo contra uenerit, promisit eidem soluere atque dare quartum infrascripti precii nomine pene, stipulatione in singulis capitulis huius contractus, quociens contra factum fuerit, in solidum promissa; qua soluta uel non, contractus nichilominus in sua permaneat firmitate; item reficere et restituere sibi omnia et singula dampna et expensas ac interesse litis et extra, obligans pro hiis omnibus et singulis atendendis et obseruandis se et suos heredes, successores et bona sua omnia presentia et futura. Pro precio quoque et nomine precii eiusdem cessacionis uigoris et roboris, iuris et actionis primo cessis confessus fuit et contentus supradictus archipresbiter Andreas se a dicto Daniele habuisse et recepisse sexaginta libras denarioruui uenetorum paruorum in bona vsuali et legali moneta ac sibi integre datum, solutum et numeratum esse, excepcioni non habtti, non soluti, non numerati, non recepti et non sibi dati dicti precii et omni alii legum et iuris auxilio et omnibus statutis, prouisionibus, reformacionibus et consuetudinibus ciuitatis Jadre. pro eo in aliquo facientibus omnino renuncians. Actum est hoc et firmatum in ecclesia sancti Martini posita extra muros Jadre, pressentibus(l) Thomasso de Nosdrogna et Nicolao condam Damiani de Varicassis, ciuibus Jadre, testibus ad hec uocatis et rogatis et aliis.

(Drugi rukopis.)

Ego Georgius Mathei de Georgio examtnator manum missi.

(Signum not.J.

Ego Jacobus condam Bonacursi de Forliuio imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus predictis omnibus presens fui et rogatus scripsi et publicaui et signum meum aposui consuetum.

Original na perg. u ark. grof. Begna u Posedarju. P. no. 67. Listina je na jednom mjestu krnja.

300,

1338, 18. septembra. U Zadru.

Pred sudom zadarskim izjavljuje Franjo sin Pavlov, da je načinio inventar ostavštine pokojne svoje supruge Katarine.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo octauo, indicione sexta, die decimo octauo mensis setenbris(f), Jadre. Tempore domini Francischi Danduli incliti ducis Venecie, et venerabilis patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, ac domini Donati Contareni egregii comitis. Coram supradicto domino comite et nobilibus uiris dominis Leonardo de Formino, Barthe condam Petri de Sloradis et Francischo condam Pauli de Georgio iudicibus constitutis, Francischus condam Barthe de Grisogonis ciuis Jadre, comissarius testamenti domine Catarine olim eius uxoris, comissario nomine supradicto presentauit Paulo de Galcigna procuratori comunis Jadre et in manibus(!) eius posuit et dedit inuentarium per eum factum de bonis et hereditate supradicte olim domine Catarine. Vltimo supradictus comissarius protestatur denuntias et asserit se bona fide sine fraude supradictum inuentarum fecisse infra tempora in statuto de fideicommissione capitulo: Ad hoc ut repellatur etc, limitacione cum signo crucis secundum consuetudines et statuta Jadre ac etiam in ipso inuentario iuxta formam dicti statuti posuisse fideliter oinnia et singula bona mobillia et inmobillia ac se mouentia iura et actiones, debita et credita ad hereditatem dicte olim domine Catarine spectantia; que scilicet facta per eum diligenti inquisitione et solicita de rebus predictis in eadem hereditate reperire potuit ponendo ea singulariter, distincte et clare cum nominibus et cognominibus ac coherentiis oportunis, prout quantum sciuit et potuit nichil ex rebus et bonis ad ipsam hereditatem pertinentibus obmissum per fraudem, scilicet si quid obmissum est protestatur et asserit per ignorantiam fore obmissum. Protestans et denuntians, quod omni tempore sit eis saluum ius ponendi in hoc inuentario omne id et quicquid obmissum foret, quod ad dictam hereditatem spectaret de iure, nec non et si quid posuisset diminute suplendi, obscure declarandi, non recte siue in modo non debito corigendi, preter neccessaria uel superflua remouendi et generaliter omnia et singula pro firmitate dicti inuentarii et eius officii defensione et tutela faciendi, quando et quociens expedierit et utile fuerit ad sensum et laudum eius sapientis; que et prout de iure fieri debuerit absque preiudicio aliquo. Rogans dictus commissarius me notarium infrascriptum, quod de predictis omnibus

sibi publicum conficerem instrumentum. Actum est hoc et firmatum pressentibus(l) Marino filio Pauli Uiti de Paulo et Marino filio Nicolai de Stumolo, ciuibus Jadre, testibus ad hec uocatis et rogatis et aliis.

(Drugi rukopis).

\ Ego Damianus condam Dobri de Bengne iudex examinator examinaui.

(Signum not.)

Ego Jacobus condam Bonacursi de Forliuio imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus predictis omnibus presens fui et rogatus scripsi et publicaui et signum meum aposui consuetum.

Original na pergam. u ark. samostana sv. Marije u Zadru.

301.

1338, 29. septembra. U Zagrebu.

Kaptol zagrebački posvjedočuje sporazumak radi zemlje Sente izmed Ivana Kaniee i Stjepana sina Nikole bana.

Nos capitulum ecclesiae Zagrabiensis memoriae commendamus, quod magister Nicolaus et Laurentius filii Iohannis magistri Ioannis de Kanisa pro se personaliter, ac pro Ioanne ac Stephano fratribus ipsorum uterinis ab una, et magister Stephanus filius Nicolai bani de Lendva pro se personaliter, ac pro magistro Iohanne, Nicolao et Ladislao fratribus suis uterinis, quorum onus et gravamen si de infrascripto contractu et ordinatione non contentaientur resiliendo in se assumendo parte ab altera, coram nobis personaliter constituti, idem magister Stephanus suorum ac dominorum fratrum suorum nominibus, dixit et confessus est ministerio vivae vocis, quod ubi filii praefati magistri Ioannis receptis hominibus regio et conventuali Sumeghiensi, possessionem eorum Berenj vocatam a iuribus quorumlibet usque cursum videlicet magnae viae, per quam itur de Chergou in Segesdinum per signa metalia reambulando separare et distinguere voluissent, et ibique ipse magister Stephanus et fratres sui in superficie cuiusdam praetitulatae terrae ultra dictam viam magnam in Segesdinum tendentem yersus eandem possessionem Berenj adiacentis existendo, a reambulatione et erectione metarum ipsius possessionis Berenj a parte possessionis ipsorum Szentha vocata, quam nunc a Cruciferis feudarie possidere demonstratur, eosdem filios magistri Ioannis inhibuissent et contradixissent; ipsique ipsos filios bani rationem contra-

dictionis ipsorum reddituros in praesentiam domini regis in curiam suae maiestatis citassent, quae causa ordine iudiciario in curia regia diutius ventilata fuisset, et ex eo, quia ipse magister Stephanus et fratres sui rationem contradictionis ipsorum in superficie dictae portionis possessionarie ultra annotatam magnam viam versus villam Berenj existentem facere, reddere in iudicio non potuerant efficacem, ideo ipse magister Stephanus personaliter adstando, in personisque fratrum suorum predictorum praetextu receptionis dicti oneris in se errectionem metarum usque ad cursum ipsius magnae viae modo quo supra, ut praemittitur, de Chergou in Segesdinum tendendis versus possessionem Berenj, praefatis magistro Nicolao, Laurencio, Iohanne et Stephano de Kanissa(!) consensisse et consensum coram nobis tali dedisse modo, ut a modo deinceps nec per se nec per ioblagyones ipsorum in ipsa Szentha commorantes eandem(!) terrae particulam eosdem palam et publice potencialiter uti et frui non lacerent, super cuius factum contradictione obviaverant, sed pro filiis ipsis magistri loannis filii Laurentii et eorum iobagionibus uti commiterent pacifice et quiete. Datum in festo sancti Michaelis archangeli, anno domini M°CCC°XXXVIII.

Fejer Cod. dipl. Hung. VIII. 7. p. 302.—3.

302.

1338, 2. oktobra. U Spljetu.

Dobrol sin Junijev daje Stanku Hrvatinu vinograd u Kili, da ga obradjuje.

In dei nomine amen. Anno a natiuitate eiusdem millesimo trecentesimo tregesimo(!) octauo, indictione sexta, regnante domino Karulo Roberto serenisimo rege Vngarie, ac domino nostro domino Francisco Dandulo dei gratia inclito duce Veneciarum, temporibus venerabilis patris et domini domini Dominici dei gratia archiepiscopi Spalatensis, egregii et potentis viri domini Andree Cornaro honorabilis comitis, ac nobilium virorum dominorum Theodosii Alberti, Iannis(!) Egidie, Thomasii Lucari iudicum ciuitatis Spalati, die secundo octubris. Dobrolus Junii per se et suos heredes et successores dedit et locauit Stanco filio Cheruatini precise habendas vites ipsius positas ad Chillam prope terram heredum Madii Alberti et prope terram Dobre relicte Gregorii Petri Misiije et alia latera. Promictens(!) dictus Stancus dictas vites reparare, reimplere et propainare(f) et vbi necesse est pastinare de vitibus secundum statutum

ciuitatis et eas omni anno semel putare et bis sappare ac bene et fideliter laborare temporibus congruis ad vsum boni laboratoris et secundum consuetudinem ciuitatis Spalleti; et de omnibus fructibus quos deus dabit de ipsis, extracta primo tercia parte pro terratico ipsius medietatem dare et asignare promixit(!) omni anno dicto laboratori sine fraude sub pena in statuto contenta, et aliam medietatem pro se retinere cum refectione qualibet eorum vnus alteri ad inuicem dampnorum et expensarum litis et extra et obligatione omnium suorum bonorum. Actum Spalleti in curia Madii Mffjche, presentibus Peruosio Robercich et Benedicto Jobannis testibus et Micha [prejdicto examinatore.

(Signum not.)

Ego Johannes condam magistri C[oue] de Ancona publicus imperiali auctoritate notarius et nunc iuratus communis Spalleti predictis omnibus presens fui, eaque rogatus scribere scripssi(l) et publicaui, meoque singno(!) consueto et noto nomine roborfaui].

Oriqinal na perg. u ark. kaptola u Trogiru no. 60.

303.

1338, 3. oktobra. U Zadru.

Petar de Sperasto daje Pribi udovici Cvitanovoj i njezinim sinovima dva gonjaja zemlje u Babindubu, da nasade vinograd.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo octauo, indictione septima, die tercio mensis octobris, Jadre. Tempore domini Francisci Danduli incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaro decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gratia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Donati Contareni egregii comitis. Ego Petrus de Sperastis, ciuis Jadre, concedo tibi Pribe, relicte Ciuitan, et tibi Martino condam dicti Ciuitan de uoluntate dicte Pribe matris tue, habitatoribus ad Babindub, recipientibus pro uobis et pro Petro, Radoslauo, Damiano et Bogdano, fratribus tui dicti Martini et filiis tui dicte Pribe, duos gognaios terre mee posite ad Babindub ad pastinandum vineam et conplendum cum uitibus et aliis necessariis, secundum consuetudinem et statutum Jadre, usque ad tres annos proxime futuros sub pena sex yperperorum. Et de toto, quod exinde prouenerit, debetis dare mihi anuatim quartam partem, conductam Jadre ad domum meam uestris expensis: De iure autem uestro exinde facietis uestrum uelle sicut de uestro proprio, iure meo predicto et omni

alio secundum consuetudinem et statutum Jadre semper saluo. Et si dampnum fraudulenter comiseritis contra meam rationem, mihi sex yperperos pro qualibet vice soluere debetis. Verum de oliuis et aliis arboribus in uestro sit arbitrio pastinare uel non pastinare, prout uolueritis. Promittens ego predictus Petrus per me meosque heredes et successores uobis predictis pastinatoribus, uestrisque heredibus et successoribus dictos duos gognaios terre cum omnibus suis pertinenciis et iuribus excalumpniare in ratione ab omni persona super me et bonis meis omnibus. Quibus duabus gognais de quirina est terra mea pastinanda per Petrum Crissanum, de trauersa terra mea quam pastinat Radinus, et de aliis partibus est via conuicinalis. Et nos dicti Priba et Martinus laudamus et affirmamus omnia et singula predicta et attendere promittimus predicta super nos et bonis nostris omnibus, omni exceptione remota, nulloque pretermisso obstante. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Francisco condam Nicolai de Varicassis et Marino condam Georgii aurifice, Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Nicolaus Madii Galelli iudex examinator examinaui.

(Signum not.J

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus, rogatus scripsi et publicaui et signo meo et nomine roboraui.

Original na pergam. u gubern. arkivu u Zadrti; odio samostana sv. Nikole no. 168.

304.

1338, 3. octobra. U Zadru.

Petar de Sperasto gradjanin zadarski daje Radinu Brate . . . . . gonjaj zemlje, da nasadi vinograd.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo trigesime octauo, indictione septima, die tercio mensis octobris, Jadre. Tempore domini Francisci Dandulo incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafarro decretorum doctoris, [dei et apostolijce sedis gracia Jadrensis archiepiscopi, ac [domini Blasii G]eno egregii comitis. Ego Petrus de Sperasso(l) ciuis Jadre concedo tibi Radino Brate. . . . . Matafaro unum gognai terre mee posite. . . . . . . [ad] pastinandum vineam et complendum cum uitifbus] . . . . secundum consuetudines et statuta Jadre usque ad tres [annos proximos] futuros sub pena sex yperperorum et de ti. . . . . prouenerit debes mihi dare annuatim quatuor pafrtes] conductos Jadram ad domum meam tuis expensis, de iure autem tuo exinde facies tuum uelle sicut de tuo proprio, iure meo predicto et omni alio secundum consuetudines et statuta Jadre semper saluo, et si dampnum fraudulenter commiseris contra meam rationem, mihi sex yperperos pro qualibet vice pene nomine soluere debes, verum de oliuis et aliis arboribus in tuo sit arbitrio pastinare uel non pastinare, prout uolueris; promittens ego dictus Petrus de Sperasso per me meosque heredes et successores tibi dicto pastinatori tuisque heredibus et successoribus dictum gognai terre cum omnibus suis pertinenciis et iuribus excalumpniare in ratione ab omni persona super me et bonis meis omnibus; cui gognai terre de quirina terra mea pastinanda per Pribam relictam Ciuitani et eius filios masculos, de trauersa terra mea, de austro et de borea est via • publica; et ego dictus pastinator Iaudo et affirmo omnia et singula predicta et attendere promitto super me et bonis meis omnibus omni excepcione remota nulloque pretermisso obstante. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Francisco condam Nicolai de Varicassa et Marino condam Georgii aurifico Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Nicolaus Madii Galelli iudex examinator examinaui.

(Signum not.).

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus [ut audiui scripsi et roboraui] et signo meo et nomine [signaui].

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1338.

Listina je na lijevoj' strani na dva mjesta krnja.

305.

1338, 6. oetobpa. U Kotoru.

Daje se punomoć za raspravu s optinom dubrovačkom.

In dei nomine amen. Anno domini millesimo trecentesimo tricesimo octaiio, indictione sexta, die sexta octubris. Ego Nicolaus Buchie de Cattaro facio, constituo et ordino Marchum quondam Dragonis Basilii

de Cattaro, nepotem meum absentem tanquam presentem meum uerum, generalem et legitimum procuratorem, actorem, factorem et certum nunctium(!) specialem ad eundem Ragusium et pro me et meo nomine promittendi et iuramentum prestandi in anima mea totiens quotiens expidierit domino comiti et comuni Ragusii, quod semper ero fidelis et obediens excelentissimi domini et domini ducis et comunis Venetiarum et comitis et comunis Ragusii, ero fidelis, obediens ciuis et terrigena sicut ceteri ciues de Ragusio sunt et ad omnia alia et singula facienda, que circa predicta uel aliquid predictorum fuerint necessaria et oportuna, et que per me fieri possent, si personaliter interessem, dans ei plenam et liberam potestatem et mandatum predicta omnia et singula facienda, prout sibi melius uisum fuerit, pronuntiantes(I) me firma et rata habere et tenere quecunque dictus meus procuratus(i) circa predicta uel aliquod predictorum duxerit laciendum, sub ypotheca et obligatione omnium meorum bonorum. Actum Cattari, in presentia iuratorum iudicum Goysse Calic et Andree Sergii Iaccagne.

(Signum not.)

Ego Gentilis quondam Gentellitii de Ausino imperiale auctoritate et nunc comunis Cattari iuratus notarius hiis omnibus interfui, rogatus scribere scripsi et publicaui.

Original u dubrovačkom arkivu. Zbirka Saec. XIV.

306.

1338, 8. novembra. U Zadru.

Marlinusije de Butovano i Canin de Peloso dijele solane na atoku Pašmanu.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo octauo, indictione septima, die octauo mensis nouembris, Jadre. Tempore domini .Francisci Danduli incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaro decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gratia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Donati Contareni egregii comitis. Martinussius de Buttouano et Qaninus de Pelloso, ciues Jadre, habentes inter se comunem unam presaliam prope salinas suas positas in insula Pesthumani, ipsam presaliam diuiserunt per medietatem. Cuius presalie medietas australis uenit dicto Martinussio et reliqua medietas borealis usque ad Vurilicas uenit dicto (Janino, ita, ut deinceps quilibet eorum de sua parte predicta dicte presalie faciat suum

uelle sicut de suo proprio, cum omnibus suis pertinenciis et iuribus, promittentes hanc diuisionem firmam habere perpetuo et predictas partes sibi ad inuicem excalumpniare in ratione ab omni persona per se suosque heredes et successores super se et bonis suis omnibus. Cui presalie de trauersa est mare, de borea presalia Francisci de Bogde, de quirina terra dicti Francisci et de austro sunt confines secundum instrumentum diuisionis factum inter dominum Marinum plebanum sancti Stephani, et dictum C anmum de salinis ibidem. Super predictis autem facta sunt duo consimilia publica instrumenta, videlicet unum dicto Martinussio et unum dicto Qanino, ad cautellam et maiorem euidentiam predictorum. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Frederico de Nassis et Micha condam Bogdi de Cande, ciuibus Jadre, et aliis.

(Drugi rukopis.)

Ego Georgius Mathei de Georgio examinator manum misi.

(Signum not.J

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus, rogatus scripsi et publicaiii et signo meo et nomine roboraui.

Original u gubemijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole no. 169.

307.

1338, 9. novembra. U Zadru.

Stjepan Semković prodaje svoj vinograd na otoku Pašmanu Caninu de Piloso.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo octauo, indictione septima, die nono mensis nouembris, Jadre. Tempore domini Francischi Danduli incliti ducis Venecie, et venerabilis patris domini Nicolai de Matafaro decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, ac domini Donati Contareni egregii comitis. Stephanus Semchouich de insula Peschmani(!) dedit, uendidit et tradidit Qanino condam Cerni de Piloso, ciui Jadre, pro se et suis heredibus et successoribus ementi et recipienti, tres partes unius gognai uinee posite in Pesthmano(!) super terra dicti Zanini(!) emptoris supra salinam Francischi Theodori de Fumato. Cui de quirina est uia publica, de austro terra dicti emptoris>

de trauersa partim terra dicti emptoris et partim terra Johannis Qualis, et de borea sunt teratici Martinucii de Butouano, cum omnibus suis iuribus et pertinenciis ad habendum, tenendum, possidendum et quicquid sibi et suis heredibus et successoribus deinceps perpetuo placuerit faciendum, cum omnibus et singulis que habet super se uel infra seu intra se in integrum, omnique iure et actione, usu seu requisitione sibi ex ea uel pro ea re aut ipsi rei modo aliquo pertinente, et hoc pro precio et nomine precii octo librarum denariorum uenetorum paruorum. Quod precium dictus uenditor confessus fuit et contentus se a dicto emptore habuisse et recepisse ac sibi integre datum, solutum et numeratum esse, exceptioni non habiti, non soluti, non numerati, non recepti et non sibi dati precii et omni alii legum et iurium auxilio et omnibus statutis, prouisionibus, reformationibus et consuetudinibus ciuitatis Jadre pro eo in aliquo facientibus omnino renuncians; nec non promittens per se et suos heredes et successores dicto emptori pro se et suis heredibus et successoribus stipulanti et recipienti de dicta re seu parte ipsius litem, questionem ut controuersiam sibi uel suis heredibus aut successoribus ullo tempore non inferre nec inferenti consentire, sed ipsam rem ei et suis heredibus et successoribus ab omni homine et persona legittime defendere et excalumpniare in ratione, et nullam contrariam exceptionem, defensionem seu negationem iuris uel facti speciaiem uel generalem in aliquo oponere uel oponi facere, set predictam uenditionem et precii solutionem et omnia et singula firma et rata habere, tenere, obseruare et adimplere et non contrafacere uel uenire aliqua causa, ratione uel ingenio, de iure uel de facto sub pena quarti dicti precii in singulis capitulis huius contractus quotiens contrafactum fuerit, stipulatione promissa et refectione dampni et expensarum litis et extra et obligatione omnium suorum bonOrum presentium et fucturorum(l) et pena soluta ue] non, rata maneant omnia et singula suprascripta. Actum est hoc et firmatum presentibus Daniele condam Miche Pasque de Varicassis, ciue Jadre, et Johanne filio Petri Constantini zuperii(l), habitatore Jadrensi, testibus ad hec uocatis et rogatis et aliis.

(Drugi rukopis.)

Ego Nicolaus Madii Galelli iudex examinator examinaui.

(Sign. not.J

Ego Jacobus condam Bonacursi de Forliuio' imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus, predictis omnibus presens fui et rogatus scripsi et publicaui et signum meum aposui consuetum.

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole no. 170.

308.

1338, 20. novembra. U Čazmi.

Pred čazmanskim kaptolom prodaje Toma sin Dominika Rakovačkoga posjed Gostović za 41 marku Nikoli sinu Petra Ludbreškoga.

Capitulum Chasmensis ecclesie vniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod Thomas filius Dominici de Rokounig personaliter coram nobis constitutus quandam possessionem suam Gozthouich vocatam sub metis, terminis et signis infrascriptis distinctam, salua et excepta quadam particula terre Petri filii Pauli et fratrum suorum iuxta ecclesiam beate virginis existenti deriuata de eadem, ad quadraginta iugera, cum nemoribus sufficienti eisdem remanente sub metis in aliis nostris litteris super hoc confectis plenius expressis, cum siluis, aquis, fenetis, pratis, sessionibus, locis molendinorum ceterisque vtilitatibus ad eandem spectantibus vniuersis, ex consensu et permissione omnium vicinorum suorum, videlicet filiorum Pauli predictorum, dixit et confessus est nobili viro magistro Nicolao filio Petri de Ludbreg et per eum suis heredibis heredumque suorum successoribus per estimacionem predictorum vicinorum suorum; item Johannis et Pauli filiorum Johannis filii Junk, Myke filii Matheus et Dyonisii filii Gregorii proborum et nobilium virorum pro quadraginta marcis et vna denariorum bonorum plene coram nobis ab eodem habitis et receptis, ut retulit, vendidisse irreuocabiliter habendam et iure perpetuo possidendam. Mete autem ipsius possessionis, prout discretus vir magister Johannes socius et concanonicus noster, quem ad peticionem parcium ad reambulandas et limitandas easdem miseramus, ad nos rediens nobis dixit et in scriptis exhibuit, presentibus vicinis et commetaneis pluribus diebus ibi commorando pacifice et quiete erecte sunt tales, prout in litteris priuilegialibus domini Bele olym regis Hungarie felicis recordacionis vidimus. Prima meta incipit iuxta aquam Kemsycha et ibi est terrea meta sub arbore piri uersus orientem incipiens tenere metas cum terra episcopi Zagrabiensis, eundo in ipsa aqua Kemsycha inferius et venit ad vnum molendinum et procedit usque arborem ceraseam vbi est meta terrea, inde tendit ad partem meridionalem inferius in vallem que Schuha Kemsycha dicitur, et exit de valle illa in terrea meta et incipit ire uersus occidentem et transit predictum fluuium Kemsycha et nemus quod est iuxta eundem fluuium, incipiendo tenere metas cum magistro Buza super vnum berch vbi est meta sub arbore gertyan et progreditur transeundo vnam

viam et venit ad nemus ubi cadit in aquam Welyka, deinde exit de aqua et vadit conpetenter inFerius in nemore usque metam terream, inde asscendit ad vnum berch vbi est meta sub arbore ilicis, de hinc progreditur per illud berch et ibit per metas terreas veniendo ad magnam illicem vbi est meta, de hinc vadit per metas vsque arborem magnam cher ubi est meta, de hinc vadit per metas ad vnam arborem que vulgo has dicitur et ibi est meta, de hinc progreditur in aqua inferius que Loki nuncupatur et venit vsque magnas arbores cher ubi super berch sunt arbores cruce signate, hinc transit ultra vnam vallem et vadit directe ultra magnam viam exercituum, iuxta quam viam est meta sub vna magna arbore ilicis vbi dimittit tenere metas cum magistro Buza et incipit cum Gabriele eundo per magnam viam versus aquilonem et declinat in aliam viam veterem vbi est meta sub magna arbore cher et inde vadit per illam viam veterem in silua usque metam que est sub magna ilice, dehinc vadit in eadem via usque aquam Pribicraicha per certas metas ubi descendens in aquam vadit vsque molendinum et aput(!) eundem molendinum cadit in aquam Welyka antedictam et ibi est meta, hinc uero super eandem aquam Welyka asscendit minime et exit de aqua et ibi est meta terrea et incipit tenere metas cum terris Cruciferorum sancti sepulcri, procedendo per nemus versus orientem et exiens de nemore venit ad magnas arbores, videlicet ad ilicem et corticem que sunt cruce signate, inde vadit per vnam vallem super vnum berch ubi est vna magna arbor que dicitur cher, sub qua est meta terrea iuxta viam, deinde ibit in magna via descendendo inferius venit ad quoddam nemus iuxta quod est meta sub arbore pomi et transeundo vnam siluam venit ad priorem metam que est iuxta predictam aquam Kemsycha et sic mete dicte terre conterminantur. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes ad peticionem parcium concessimus litteras sub appensione nostri sigilli munimine roboratas. Datum et actum feria sexta proxima post festum beate Elisabeth, anno domini M°CCC°XXXmo octauo.

Original u kr. ugar. držav. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no 33323. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 465, no. 4.

Na listini visi crvena i iuta vlaknata svilena vrpca iez pečata.

309.

1338, 22. novembra. U Mitrovici.

Nikola ban maćvanski na osnovu izvještaja kaptola srijemskoga dosudjuje magistru Andriji Nikolinu trečinu posjeda Ivana Ompudoz-a.

Nos Nicolaus banus de Machow, comes Sirmiensis, Bachiensis, de - Wolkow, de Bodrugh et de Barana, per excellentissimum principem dominum Karolum dei gracia illustrem regem Hungarie iudex in eisdem in persona sua regia et palatini deputatus memorie commendantes significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis. quod cum magister Andreas filius Nicolai filii Iwan de Lekche, Gregorium et Jacobum filios Opor ac Bartholomeum filium St[ephani] super facto tercie partis omnium possessionum Johannis filii Ompud vicibus quampluribus legitime citacionis modum observando in causam ad nostram attraxisset presenciam, ipsaque causa per tempus prolixum coram nobis extitisset ventillata, et tandem per nos et regni nobiles secundum iuris exigenciam adiudicata et determinata, ut inferius declaratur, et facta finali decisione ipsius cause nos literis nostris mediantibus honorabili capitulo ecclesie de Kw per hanc formam scripsissemus:

Viris discretis et honestis amicis suis reuerendis honorabili capitulo ecclesie de Kw Nicolaus banus de Machow, comes Sirmiensis, Bachiensis de Wolkow, de Bodrugh et de Barana iudex in eisdem et in persona sua regia deputatus sincere reuerencie et amicicie constanciam pleniorem. Vestre discrecionis amicicie volumus fieri fore notum, quod magister Andreas filius Nicolai filii Ivan de Lekche iam sepius Gregorium et Jacobum filios Opor ac Bartholomeum lilium Stephani mediantibus legitimis citacionibus factis pretextu tercie partis omnium possessionum Johannis filii Ompud in causam ad nostram attraxit presenciam, et hoc, quod tercia pars omnium possessionum ipsius Johannis filii Ompud sibi attineat, specialiter autem tres vflle, videlicet Chuturtukhel, Purbyssafolua et Hursynafolua vocate ultra fluvium Baza existentes, mediantibus literis privilegialibus capituli ecclesie santi Irinei martiris et domini nostri regis Hungarie predicti confirmatoriis coram nobis exhibendo euidenter comprobavit, ipsique Gregorius et Jacobus filii Opor ac Bartholomeus filius Stephani ipsam terciam partem omnium possessionum dicti Johannis filii Ompud iamdicto magistro Andree reddere et resignare mediante homine nostro et testimonio dicti capituli sancti Irenei martiris assumserant coram nobis; et tandem quia iidem id quod facere assumserant opere minime adimplere curaverunt, pro eo iudicia singularum sex marcarum deponendarum super se merito

accumularunt; et cum nos peractis iam quampluribus citacionibus, secundario per ipsos filios Opor et Bartholomeum fiiium Stephani ipsam terciam partem omnium possessionum dicti Johannis filii Ompud memorato magistro Andree tamquam suum ius reddi et resignari adiudicassemus, seriemque ipsius restitucionis et resignacionis possessionum antedictarum in literis vestris partibus premissis nobis reportare commisissemus, magister Andreas iam predictus in presentibus octavis sancti Michaelis archangeli dum nos ad iudicandum causam quorumlibet litigancium tribunal iudiciale sederemus, nostrum iudiciarium conspectum adeundo literas vestras super facto prenotato ac citacionis nobis demonstravit, in quarum tenoribus inter cetera conspeximus contineri, quod cum in octavis festi nativitatis virginis gloriose proxime preteritis ad faciem tercie partis omnium possessionum dicti Johannis filii Ompod(l) homo noster presente vestro testimonio prout adiudicatum extiterat accedere voluisset, et primo ad faciem tercie partis cuiusdam ex ipsis Lyzka vocate accessisset, et huiusmodi terciam partem dicto magistro Andree lege regni requirente statuere voluisset, extunc predictus Bartholomeus filius Stephani suo et ipsorum filiorum Opor predictorum nomine et vice ipsum hominem nostrum sub vestro testimonio a tali possessionaria statucione eidem magistro Andree filio Nicolai facienda prohibuisset, propter quod nunc iidem filii Opor et Bartholomeus filius Stephani "similiter iudicia sex marcarum deponendarum super se agregarunt, pro eo quia de premissa prohibicione ipsorum nullam evidentem per nostram trinariam inquisicionem reddere potuerunt racionem; et cum iidem filii Opor ac Bartholomeus filius Stephani contra predictum magistrum Andream, mediante homine nostro et vestro testimonio, ut nobis rescribebatis, ad prefixas octavas sancti Michaelis archangeli ad nostram presenciam legitime fuissent evocati, in. ipsisque octavis partibus coram nobis comparentibus, nosque ipsam causam super facto tercie partis omnium possessionum dicti Johannis filii Ompud inter partes predictas iam diucius coram nobis ventillatam ad congregacionem nostram generalem nobilibus et ignobilibus ac aliis cuiusvis status et condicionis hominibus in comitatu de Wolkow existentibus universis, prp exercenda iusticia feria quinta proxima post festum beati Luce evangeliste in villa Wolkouar celebratam ad evidenciam pleniorem prorogassemus fine debito determinandam, et partibus premissis in ipsa nostra congregacione, in qua eciam iura palatinalia iudicabamus coram nobis, et universis nobilibus in ipsa congregacione nostra existentibus comparentibus, idem magister Andreas primo principaliter exhibuit nobis quoddam privilegium honorabilis capituli ecclesie sancti Irinei martiris in anno domini M°CC° nonagesimo quinto emanatum, in quibus comperimus contineri, quod Johannes filius Ompud

coram dicto capitulo sancti Irinei martiris personaliter comparendo confessus extitit, quod terciam partem omnium possessionum suarum ubicunque existencium, et specialiter tres villas Chyturtukhel, Purbysfolua et Hursinafolua vocatas ultra fluvium Baza existentes, cum omnibus utilitatibus et pertinenciis dedisset et donasset domine sorori sue, uxori videlicet Nicolai filii Iwan de Lechke et per eam ipsi Nicolao genero suo tam sibi quam per eos suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam et habendam, sicut in eisdem litteris priuilegialibus lucidius continetur. Post hec autem idem magister Andreas exibuit nobis quasdam literas privilegiales et confirmatoriales mediocri sigillo, et quandam patentem literam latam et maximam cum sigillo moderno dicti domini nostri regis consignatas, quarum vigore mediante ipse dominus noster rex terciam partem omnium possessionum memorati Johannis filii Ompud ubilibet existencium, et nominatim ac specialiter dictas tres villas domine consorti prefati Nicolai filii Iwan et per eam ipsi magistro Andree filio suo perpetuo possidere et habere confirmasset, sicut in eisdem plenius poterit intueri. Exhibuit eciam nobis idem magister Andreas quoddam privilegium sigillo vestro pendenti consignatum in anno domini M° trecentesimo tercio emanatum, in quibus reperimus, quod Opor filius Myxse et Stephanus filius Andree frater eiusdem Opor de comitatu de Wolkou comparentes aixissent, quod sicut Johannes filius Ompud frater ipsorum terciam partem omnium possessionum suarum ubicunque existencium, et specialiter tres villas Chuturtukheyl, Purbyssafolua et Hursynafolua vocatas ultra fluvium Baza existentes, cum omnibus utilitatibus suis dedisset, donasset, ita et ipsi easdem domine sorori sue, uxori Nicolai filii Iwan de Lekche et per eam ipsi Nicolao genero ipsorum tam sibi quam per eosdem suis heredibus heredumque successoribus huiusmodi collacionem per eundem Johanem filium Ompud fratrem suorum factam roborantes et confirmantes dedissent et contulissent iure perpetuo et irrevocabiliter possidendas et habendas sicut in eodem priuilegio constat euidenter. Demonstravit adhuc nobis idem magister Andreas quoddam privilegium capituli Bachiensis in anno domini M°CC^u^XLmoVI° emanatum, in quo continebatur, quod Ompud filius Ledeger partes suas, quas de terra Zakan et Nyulas habere debuisset, in commutacionem possessionum infrascriptarum dedisset et relinquisset Myxse filio Lothardi fratri suo, e converso autem idem Myxsa [reliquisset] fratri suo Ompud villam Kamar cum suis pertiuenciis et aliam Kamar que remansisset eidem de Buken, sicut plura continencia eiusdem privilegii plenius manifestat. Quorum omnium predicto'rum privilegiorum et literarum vigorem et firmitatem attendentes et circumspicientes, iidemque fiiii Opor et Bartholomeus filius Stephani contra

easdem nihil penitus obiicere et dicere valentes, nos unacum nobilibus. videlicet magistris Mortunus filio Endree bani, Nicolao filio Wgrini, Nicolao filio Gregorii, Blasio filio Mauricii, Thoma filio Mortunus, Johanne filio Nicolai dicti Bakou, Stephano filio Johannis de sancto Salvatore, Nicolao filio Galus, Dominico filio Stephani dicti Cymba, Johanne dicto Butus quondam de Gara, Stepbano filio Alexandri, Johanne filio Paur filio Emerici, Michaele et Thoma filiis Andree de Ruch, Johanne filio Bori, Ladislao filio Demetrii bani et Dominico filio Nicolai ac aliis quampluribus nobilibus nobiscum in ipsa congregacione nostra existentibus, terciam partem omnium possessionum prememorati Johannis filii Ompud ubicunque existencium cum omnibus suis vtilitatibus et pertinenciis, ac prenominatas tres villas, ut superius est expressum, magistro Andree filio Nicolai memorato, et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo et irreuocabiliter auctoritate iudiciaria adiudicavimus et adiudicamus tenere et habere vigore presencium mediante. Quo circa vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum. cum quo Valentinus filius Peturke vel Laurencius de Budun altero absente, homa noster ad faciem omnium possessionum ipsius Johannis filii Ompud ubilibet existencium, in octavis omnium sanctorum proxime nunc venturis accedendo, vicinorum et commetaneorum earumdem legitimis convocacionibus factis, provideant, considerent et requirant iuxta bonam conscienciam ipsorum, que et quante erunt tercie partes omnium possessionum ipsius Johannis filii Ompud annotati, et quantam ex possessionibus ipsius Johannis filii Ompud iidem filii Opor et Bartholomeus filius Stephani hactenus titulo vendicionis ac impignoracionis vel alio quovismodo alienarunt, prevideant nihilominus iidem homo noster et vester quantam habet et possidet nunc ex tercia parte omnium possessionum sepefati Johannis filii Ompud ipse magister Andreas prenominatus, et si ipse magister integram terciam partem dictarum possessionum apud se non habuerit, extunc ad ea, que nunc ex ipsa tercia parte ipsarum possessionum idem magister Andreas apud se habet et possidet integram terciam partem, ut prescribitur de possessionibus ipsorum Gregorii et Jacobi filiorum Opor antedictorum et Bartholomei filii Stephani, quas nunc ipsi utuntur et tenent, supplere et assignare sub certis metis undique et limitacionibus distingendo, iidem homo noster et vester eidem magistro Andree et suis heredibus perpetuo debeant et teneantur, contradiccione autem sive prohibicione ipsorum filiorum Opor et Bartholomei antedicti neque aliorum quorumcunque non curando in hac parte; et post hec tocius facti seriem cum cursibus metarum in vestris litteris nobis amicabiliter rescribere velitis; volumus tamen, ut partes predicte

cum literis vestris relatoriis et nostris presentibus vicesimo secundo die predicti festi omnium sanctorum iterato coram nobis comparere teneantur; dicimus eciam, quod si partes voluerint, liberam habeant in premissis se reformandi facultatem, prout ad hec se eedem partes permitti pecierunt ex nostra iudiciaria licencia et permissione. Datum die et loco prenotatis, anno domini M°CCC°XXX^{0} octavo. Tandem item capitulum de Kw ad ipsum vicesimum secundum diem festi omnium sanctorum nobis rescripsit in hec verba:

Magnifico viro et potenti Nicolao bano de Machow, domino et amico eorum specialiter reurendo inter cetera comiti de Wolkow, capitulum ecclesie de Kw sincere reuerencie continuum incrementum cum amicicia pleniori. Literis vestre magnificencie honore quo decuit receptis, unacum Laurencio de Budun pro parte magistri Andree filii Nicolai, et cum Valentino filio Peturke pro parte Gregorii et Jacobi filiorum Opor ac Bartholomei filii Stephani hominibus regiis discretos viros Johannem custodem ecclesie nostre antedicte et Gallum presbiterum chori nostri ad ea exequenda, que in eisdem literis vestris vidimus contineri, pro testimoniis duximus destinandos; iidem deinde cum utriusque partibus ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt, quod licet ipsi in octavis festi omnium sanctorum proxime preteritis ad faciem omnium possessionum Johannis filii Ompud ubilibet existencium, vicinorum et commetaneorum earumdem universorum legitima convocacione facta accedentes, terciam partem omnium talium possessionum eiusdem Johannis filii Ompud sicut in predictis literis vestris habetur, ab eisdem Gregorio et Jacobo filiis Opor et Bartholomeo filio Stephani iudiciarii ordinis processu mediante, contradiccione eorumdem et aliorum quorumiibet non obstante, iuxta sentenciariam diffinicionem vestram auferendo, eidem magistro Andree filio Nicolai in filios filiorum suorum . . . perpetuo et heredum per heredes perpetuo relinquere et resignare debuissent; tandem ipse magister Andreas filius Nicolai cum ipsis Gregorio et Jacobo filiis Opor et Barholomeo filio Stephani pretextu linee affinitatis, qua ad invicem sunt annexi, mediantibus probis et nobilibus viris pacem inter eos formantibus, Stephano videlicet filio Alexandri, Thoma filio Mortunus et Blasio filio Johannis, vicinis et commetaneis suis necnon aliis quampluribus personis iuoneis, taliter concordassent,- ut iidem Gregorius et Jacobus filii Opor et Bartholomeus filius Stephani de omnibus possessionibus ipsius Johannis filii Ompud ubilibet existentibus solummodo possessiones aliquas, videlicet Chuturtukhel, Purbyssafolua, Hursynafolua, Dabanafolua, Debryne, Zelezenzaad vocatas ultra fluvium Baza, item alias Wrus et Okarrtar nuncupatas in comitatu de Wolkow existentes, dicto magistro Andree filio Nicolai in

filios filiorum suorum propter pacis pulchritudinem perpetuo pacifice quiete et irrevocabiliter, sicut per eosdem Johannem filium Ompud et Opor patrem ipsorum et Stephanum patrem ipsius Bartholomei date et signate fuissent, dedissent et assignassent et coram nobis dederunt et assignarunt; et licet idem magister Andreas filius Nicolai multo plures de possessionibus ipsius Johannis filii Ompud pretextu huiusmodi tercie partis earumdem habere potuisset, tamen in eisdem possessionibus ob favorem proximitatis contentatus extitisset, et easdem iidem homines regii sub testimonio ipsorum hominum nostrorum, universis vicinis et commetaneis suis convocatis et presentibus, eidem magistro Andree filio Nicolai et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus ex permissione, consensu et beneplacito vicinorum suorum antedictorum cum omnibus vtilitatibus suis et pertinenciis, sub eisdem metis et terminis, quibus per Johannem filium Ompud et predecessores eiusdem habite et possesse extitissent, statuissent iure perpetuo pacifice, quiete et irreuocabiliter possidendas, tenendas pariter et habendas, contradictore nullo penitus existente; quarum quidem possessionum in Bazakus existencium, quibuscunque nominibus vocitatarum, sicut ab eisdem regie maiestatis et nostris hominibus percepimus nobis referentibus, cursus metarum taliter distinguntur: quod prima incipit iuxta fluvium Zaua in duabus metis terreis, quarum una a plaga orientis distingit possessioni ipsius Andree filii Nicolai Dubunafolua vocate, secunda a plaga occidentis distingit possessioni ipsorum filiorum Opor et Bartholomei filii Stephani Lyzkafolua vocate, inde versus aquilonem quampluribus metis cursualibus interpositis venitur ad quendam lacumDebrynyamellyk nominatum, circa quem due mete terree, et exinde exit ad alias duas metas terreas et per eandem plagam septemtrionalem multis metis cursualibus interpositis pervenitur ad quendam alium lacum vulgariter Zumakzeg nuncupatum ad tres metas angulares, ex quibus una ipsorum flliorum Opor et Bartholomei filii Stephani, alia ipsius Andree filii Nicolai per modum prenotatum, tercia videlicet ille lacus pro meta situs filiorum Stephani de Morot, qui quidem lacus transit per magnas silvas ibique separatur a possessione ipsorum filiorum Stephani de Morot Boych vocata tendit, et exinde tali loco pro metali distinccione posito, silvas magnas ex utraque parte occidenti, sub antiquis metis et terminis, quibus per eundem Johannem filium Ompud habite fuerunt et possesse venitur ad fluvium Gurkbaza nuncupatum, cuius dimidietas ipsius Andree filii Nicolai, et in eodem fluvio per Jongum spacium transit ad fluvium Baza ad portum eiusdem Andree filii Nicolai Nogryu nominatum, et ibi adiungitur ad terras predictorum Stephani filii Alexandri, Thome filii Mortunus et Blasii filii Johannis Bazakuz nominatas, et iuxta tales terras

sub antiquis metis et terminis, quibus per ipsum Johannem filium Ompud habite fuerunt et possesse, pervenitur ad fluvium Zawa circa villam ipsorum Stephani filii Aleksandri et Thome filii Mortunus Kedheyl nuncupatam, plaga orientali ipsis Stephano filio Alexandri et Thome fllio Mortunus, plaga occidentali ipsi Andree filio Nicolai remanentibus, ibique cursus et distincciones metarum talium possessionum terminantur; item possessionee Wrus et Okamar antediclas sub uno ambitu metarum existentes, similiter sub eisdem metis et terminis, quibus per Johannem filium Ompud sepissime nominatum, habite fuerunt et possesse. Datum in octavis beati Martini confessoris, anno domini M°CCC'XXX° octavo.

Itaque ipso vicesimo secundo die festi omnium sanctorum occurrente, predictis Gregorio et Jacobo filiis Opor ac Bartholomeo filio Stephani ab una, et magistro Andrea filio Nicolai tamquam actore parte ab altera coram nobis personaliter constitutis, cumque nos perlectis tenoribus et expositis literarum relatoriarum dicti honorabilis capituli de K\v predictarum et per eundem magistrum Andream coram nobis exhibitarum, antedictos Gregorium et Jacobum filios Opor ac Bartholomeum filium Stephani de eo, utrum prenominate possessiones Chuturtukhel, Pubyssafolua, Hursunafolua, Dabanyafolua, Debryne et Zelezenzaad vocate ultra fluvium Baza, item alie Wrus et Okamar nuncupate de Wolkow existentes, sicut in predictis literis relatoriis dicti capituli de Kw continentur, ex consensu et bona voluntate ipsorum fuerint statute et assignate dicto magistro Andree et suis posteritatibus et nunc existant vel ne, trina vice interrogassemus, iidem Gregorius Jacobus et Bartholomeus supradictas possessiones in literis predicti capituli de Kw superius expressis contentas, insertas, cum omnibus earum vtilitatibus et pertinenciis quibuslibet et sub metis pretitulatis ex confessione et propria bona voluntate eorum propter venustatem pacis prenotate, antedicto magistro Andrea et suis posteris fuisse et nunc esse statutas et assignatas confessi sponte exstiterunt coram nobis. Nos vero unacum nobilibus regni nobiscum in sede iudiciaria consedentibus, hiis auditis et tenorem supradictarum literarum dicti capituli de Kw perceptis et intellectis, prenominatas possessiones Chuturtukhel, Purbyssafolua, Hursynafolua, Dabanyafolua, Debryne et Zelezenzaad, Vrus(!) et Okamar nuncupatus cum omnibus eorum vtilitatibus et pertinenciis sub metis in literis sepius nominatis capituli de Kw modo premisso insertis et declaratis, quas eciam possessiones idem magister Andreas tam mediante iuris tramite finaliter et sentencialiter, quam in figura composicionis et pacis, ut premittitur, sibi perpetuo ut suum ius requisitum et reoptentum, eidem magistro Andree filio Nicolai et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus de plenitudine nostre iudiciarie potestatis et adiudicamus

ac commitimus et comfirmamus perempnaliter et irreuocabiliter tenere, possidere et habere pleno iure, tenore et vigore presencium mediante. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras priuilegiales sub nostro sigillo autentico dicto magistro Andree filio Nicolai et suis posteris duximus concedendas. Datum in Sancto-Demetrio, vicesimo secundo die festi omnium sanctorum, anno domini M° trecentesimo [tricesimo] octavo.

Original (listine od 22. nov. g. 1338), na petgameni dosta oštećen rt narod. mttzeju tt Budimpešti a. 1338. Vidi se trag, gdje je visto pečat. Od ove se listine nalazi potvrda kralja Karla od 14. apr. g. 1340, (točno pisan datum i tko moli) potvrdjena ponovno od kralja Ljudevita 5. oktobra g. 1345. Po ovoj Ljudevitovoj potvrdi Nagy.

Nagy Cod. dipl. Andeg. IV., 535.—54.

310.

1338, 5. decembra. U Spljetu.

Jannes Egidii zastupnik samostana malobraće u Spljetu daj'e u najam Duj'mu Gusohnu neka dobra i posjede.

In Christi nomine amen. Anno a natiuitate [eiusdem] millesimo trecentesimo trigesimo octauo, [indictiohe sexta], regnante domiho Karulo Roberto serenissimo rege Vngarie, a. . . . . nostro domino Francisco Dandulo dei gratia inclito Duce Venecie, temporibus venerabilis patris et domini domini Dominici dei gratia archiepiscopi Spallatensis, egregii et potentis viri domini Andree honorabilis comitis, ac nobilium virorum dominorum Grubuli Theodosii, Paruosclaui Francissci et Duimi Madii Duymi iudicum dicte ciuitatis Spalleti, die quinto decembris Iannes Egidii tanquam syndicus et procurator, ut asseruit, fratrum Minorum de Spalleto pressente(l) volente et expresse consenciente fratre Leuacto de Citanoua guardiano dicti loci, syndicario et procuratorio nomine ipsorum dedit et locauit ad affictum Duymo Gusolino hinc ad decem annos proximos venturos completos omnia infrascripta bona et possessiones ipsius loci, que olim fuerunt domini Iosep Petri, scilicet stacionem positam in colompnia in contrata pellippariorum prope domum Damiani Mal. . . . demum pro Dolidragi et alia latera ; item vnam paratine ,. . . . . . cum Camurtii Iohannis et prope turrim Mariani Bote. . . . . . dictam ; item domum . que fuit. . . . Miche Madii iuxta domum I . . . gomi[r]ci et ixta domum . op . . . . . Marini Lenacante et alia latera; item domum emptam a Gallo prope domum Andree Drag[ar]i et prope domum monasterii sancte Marie de Solin et alia latera; item vnum locum apud sanctum spiritum, in quo habet camardam Bogodanus Nichipurinich prope dictam ecclesiam; et camardam olim domini. . . . Nistich et alia latera; item terram in qua habet vites filius Dabisce iuxta. . . . ecclesie sancti Pauli et terram archidiaconi Jacobi; item omnes terras que [sunt] in Laureto, in quibus habet vites Stoinus iuxta terram Miche Petri et terram relicte Juliani, que modo sunt Mich[ael]e(!) Pisicich; item tres terras positas in Spinuntto, in quibus habet vites filius Filiiji, quarum due sunt iuxta terram Jancii Duymi et iuxta terram Petri Damiani, tercia [autem] prope terram Jacobi Gaudii et Duymum Canplinum; item terram. . . . . . ntes Laurencius Gnuste positam ad Scalellas iuxta terram monasterii [sancti] Benedicti et terram sancte Marie de Spiiiuntto et alia latera; item terram. . . . que fuit olim Gregorii Ceriole prope domum Camurcii Johannis et domum ecclesie sancte Juliane et alia latera; item omnia loca posita ad portam riue infra tres confines ab uno latere prope loca monasterii sancte Clare et a duobus lateribus prope vias publicas, in quibus locis sunt camarde octo, quarum vna est Rachocte Teudouich, secunda Stoiani Jeseuich, tercia est Dymane filie Predraghe, quarta est Dominche Verbane. quinta est Vulcoslaui Jacouich, sexta Bogodani mariti Brate, septima Rade filie Gregorii et octaua est Bogodane Rusi, et in medio dictarum camardarum sunt duo loca vacua; item fuit contentus et confexus(!) dictus Duymus apud se habere in pecunia numerata de. bonis dicti loci fratrum Minorum in primis libras trecentas et quinquaginta venetorum paruorum, que fuerunt de precio domus ipsius loci vendite Dobreto Corono; item centum et viginti libras venetorum paruorum, que fuerunt de precio cuiusdam domus ipsius loci vendite Damiano Malafie; item libras septuaginta venetorum paruorum, que fuerunt de precio locorum olim dicti Josep venditorum per Petrum Camurcii ipsi Duymo . . . essas ipsi loco dictorum fratrum per dictum Petrum. Quas possessiones et bona et omnes quantitates pecunie predictas idem syndicus et procurator procuratorio nomine predicto dedit et locauit ipsi Duymo per eum tenendum et usufructuandum usque ad terminum supradictum, et hec omnia pro libris centum venetorum paruorum pro quolibet anno soluendo, singulis annis in fine cuiuslibet anni in festo omnium sanctorum, si uero infra dictum terminum siue in ipso termino acciderit ipsum Duymum mori et non inueniretur ei pecunia, voluerunt dicte partes ex pacto habito inter eas, quod omnia loca ipsius Duymi que emit a Volcina filio Miche posita ad portam riue sint libera ipsius loci dictorum fratrum et ei remaneanf pro libris quatricentis, venetorum paruorum, si uero inueniretur in suo obbitu pecunia, voluerunt, quod dicte quingente et quadraginta libre dentur

et persoluantur ipsi loco dictorum fratrum in pecunia numerata et dictus syndicus seu qui pro tempore fuerit procurator dictorum fratrum teneatur ipsas quingentas et quadraginta libras inuestire in vtilitatibus et possessionibus pro dicto loco dictorum fratrum, dummodo ipsas inuestiendo cum requisitione guardiani dicti loci qui pro tempore fuerit et ser Petri Camurcii predicti; et ad obseruanda omnia et singula supradicta dictus Duymus obligauit omnia sua bona et dictus procurator procuratorio nomine dicti loci omnia bona ipsius loci presencia et futura. Actum Spalleti in statione Marci Misie, presentibus Duymo Auancii et Jacobo Petri Petrache, testibus et Janne Stephani examinatore.

(Drugi rukopis.)

Ego Jancius Stephani examinator conscius examinaui.

(Signum not.).

Ego Johannes condam magistri £oue de Ancona publicus imperiali auctoritate notarius et. . . . iuratus comitis Spalleti predictis omnibus presens fui eaque rogatus scribere scripsi et publicaui meoque signo consueto et noto nomine roboraui.

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu : Diplumata a. 1338.

Listina je na gornjoj strani jako oštećena.

311.

1338, 7. deeembra. U Križeveima.

Žufan križevački Stjepan daje na znanje, da su Ivan i Mirko sinovi Jakoba sina Blagonje podijelili zemlje u posjedu Velivrh u Kamarči.

Nos magister Stephanus filius Pauli bani comes Crisiensis memorie commendantes significamus vniuersis presencium per tenorem, quod Johannes et Eraericus filii Jacobi filii Blagona ab u[na parte, ab altera autem Petrus] filius Dionisii tam pro se quam eciam pro Nicolao et Johanne filiis Dominici fratris sui coram nobis personaliter constituti, eedem partes dixerunt et confesse sunt oraculo vive uocis super possessione eorundem. . . . . . . in Kamarcha existe[nte] Veliuerch vocata taliter inter se concordasse sibi ad, inuicem obediuisse et hanc diuisionem habuisse, ita videlicet, quod versus partem meridionalem Johanni et Emerico filiis [Jacobi], porcio de eadem [possess]ione, versus autem partem aquilonis cessit Petro filio Dionisii cum Nicola.o et Johanne fiiiis Dominici fratris sui. Cuius porcionis mete, que cessit in dpuisione] antedictis

sic distinguntur: Prima meta incipit in capite vallis Silkus vocate et transit per modicum spacium vltra montem, indeque descendit ad arborem cerasi meta [terrea circumfusam et cruce signatam], inde directe transit vallem et cadit ad siluam versus meridiem, deuenitque ad arborem bykffa meta terrea circumfusam et crucesignatam, inde tendit ad montem versus mefridiem ad arborem] tulfa meta terrea circumfusam et cruce signatam, inde vertitur versus orientem et procedit per semitam peditum ad finem eiusdem montis ibique cadit ad vallem et per eandem vallem tenfdit]. . . . . . . Veliuerch vocatam ad fundum cuiusdam iobagionis Trohona Teleke vocatum, deinde exit de valle versus aquilonem et cadit in viam magnam, per quam magnam viam deuenpt]. . . . . . dictam, quam transit vltra versus orientem, de inde per eandem viam per bonum spacium transit iuxta nemora Topolia vocatam(l), deinde ad vallem ad srborem piri meta terrea circumfufsam] et cruce signatam], indeque directe per modicum spacium cadit ad fluuium Kamarcha ibique terminatur. Assumpserant eciam predicte partes sibi ad inuicem super ista diuisione iuxta tenorem litterarum nostrarum litteras. . . . . eiter pro perpetua fidelitate ipsius diuisionis emanare, nam prout partes eedem retulerunt eorum ataui hanc diuisionem habuerunt, super quo facto litteras tunc temporis ipsi habere non cu. . . . . [Vt igitur] presentes robur optineant firmitatis presentibus sigillum nostrum duximus apponendum. Datum in Crisio, in octauis beati Andree apostoli, anno domini miliesimo trecentesimo XXX° octauo.

Iz izvornog prijepisa kapiola čazmanskog od 4. puna . 1433.

Potonji prijepis u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1268.

312.

1338, 12. deeembra. U Topolovcu.

Stjepan sin bana Pavla župan križevački dosudjuje imanje Topolovac Pavlu i Gjurgju sinovima Abre i Petru sinu Stepkovom.

Nos magister Stephanus fiiius Pauli bani comes Crisiensis memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod cum arino dominice incarnacionis MCCC°XXXmo octauo nobiles viri Paulus et Georgius filii Abrae et Petrus filius Stepk discreturn virum magistrum Johannem archidiaconum kathedralem Quinqueecclesiensem tuxta continenciam litterarurn citatonarum nonorabilis capituli Chasmensis

*

ecclesie in facto possessionis Topolchascengurg vocate ad octauas beati Georgii martiris contra se in causam in nostram presenciam atraxissent; occurrentibus itaque octauis Johannes filius Martini officialis memorati Johannis archydiaconi cum procuratoriis litteris predicti capituli Chasmensis ecclesie contra prenotatos filios Abrae conparens tcrminum assumpsit, contra dictum vero Petrum neque venit neque misit, deinde ipsa causa ad feriam secundam proximam post festum inuencionis sancte crucis, exinde ad feriam secundam proximam ante festum asscensionis domini, deinde ad feriam secundam proximam post festum iamdictum, exinde ob preceptum magnifici viri domini Mykch bani tocius Sclauonie domini nostri ad quindenas residencie exercitus sui subtus castrum Bypouch habiti, videlicet ad octauas beati Michaelis archangeli proclamate et ad alios terminos quatuordecim completos iuxta continenciam litterarum nostrarum prorogatoriarum protelata extitisset, dicti Paulus et Georgius filii Abrae et Petrus filius Stepk in quolibet terminorum predictorum legitime coram nobis expectante, dictus Johannes archidiaconus in neutro dictorum terminorum neque venit neque misit, et sic iudicialia grauamina in se non formidans agregare, set penitus se submittens denigrare, cumque adhuc nos approbata consuetudine regni Sclauonie ab antiquo requirente mediantibus litteris nostris homineque nostro Petro filio Luca in tribus foris prouincialibus, primo tercia feria in Izdench, deinde feria quarta sequenti in Pekur, exinde feria quinta in Cheturtukhel palam et publice prvclamari fecissemus, vt ipse Johannes archydiaconus de tot pre-

[illegible] Paulum et [illegible]
ac Petrum veniret et in quindenis dicte primarie proclamacionis satisfaccionem tam nobis quam aduersariis suis exhiberet, aduenientibusque ipsis quindenis, videlicet feria secunda proxima ante festum beati Luce ewangeliste dictus Johannes archidiaconus neque venit neque misit, set in sue culpabilitatis indicium a facie iusticie, vt premissa iudiciorum grauamina impunitus posset pertransire, se penitus absentauit, dicti Paulus et Georgius filii Abrae et Petrus filius Stepk legitime coram nobis expectante(l), nosque qui ex debito ordinarii nostri officii seruata equitate a quo iusticia oriri debet singulis omnibus querelantibus et iusticiam postulantibus congruam satissfaccionem(l) impendere debemus et te[ne]mur, vnacum nobilibus Sclauonie tunc nobiscum pro tfibunali assidentibus dictum Johannem archydiaconum, amissis omnibus possessionibus suis iuris discrimine contra Paulum et Georgium filios Abrae et Petrum filium Stepk, matura deliberacione prehabita, sentencialiter decreuimus fore conuictum et remansisse; denique nos scribentes eidem honorabili capitulo Chasmansis ecclesie, vt ipsi suum mitterent hominem pro testimonio fidedignum, coram quo iusticiam et congruam satisfaccionem nobis

et aduersariis ipsius Johannis archydiaconi, videlicet Paulo, Georgio et Petro memoraris recipere valeamus, idem capitulum nostris peticionibus obtemperantes discretum virum magistrum Johannem socium et concanonicum ipsorum vna nobiscum ad faciem prelibate possessionis Topolchascengurg transmiserunt, nosque conuocatis vicinis et commetaneis eiusdem legitime et presentibus ex mandato et precepto predicti domini nostri Mykch bani, eximendo aliquas particulas terre, premissam possessionem taliter in duas partes diuisimus quoequales: Vna pars a parte septemtrionis existens cum omnibus suis vtilitatibus quouis nomine vocitentur, scilicet siluis, molendinis, locis molendinorum, aquis et earum meatibus, vineis, terris arabilibus cessit in ius et proprietatem predictis Paulo, Georgio et Petro perpetuo optinenda. Cuius mete taliter circumdantur: Prima meta incipit iuxta aquam Topolcha in arbore salicis, ab hinc ad orientem per monticulum venit ad arborem cerasi cruce signata sita iuxta vnam viam, deinde vadit per medietatem cuiusdam vinee versus orientem et venit ad quoddam riuulum(!) vbi est domus cuiusdam iobagionis, cuius sessio cessit filiis Abrae et Petro antedictis, pars vero ad partem meridionalem adiacens similiter cum omnibus vtilitatibus cessit domino bano retinenda, inde infra procedendo venit ad arborem cerasi sitam iuxta viam, deinde ipsam viam transeundo vadit in fine cuiusdam magne vinee et cadit in arborem nucis, ab hir.c directe procedendo venit ad domos duorum iobagionum, quorum sessiones cesserunt in porcionem filiorum Abrae et Petri predictorum, inde ad septemtrionem venit ad viam magnam, ibi vicinatur terre Dobrakucha et ^er eandem viam venit ad nemus vbi est vallis Byk, inde reflectitur ad occidentem et venit ad foueam Kalissche dicta sitam iuxta viam. ibique vicinatur terre Demescfelde dicte, inde per ipsam iuxta molentinum(!) Fabiani cadit in aquam Toplicha, deinde transeundo fluuium iuxta metas ecclesie per montem cadit ad fluuium Gurkou et per ipsum fluuium eundo venit ad pontem et de ipso fluuio venit ad arborem piri, deinde ad metam primitus mominatam; item vna particula terre Mochricha vocata similiter filiis Abrae et Petro prelibatis cessit eodem modo optinenda, cuius quidem particule terre ab una parte vicinatur terra filiorum Fabiani et ab alia parte Grobisafelde, de tercia parte terra Andre(!) filii Andre, de quarta parte fluuius Breztouch, residua quoque pais ipsius terre sicut predietus fluuius Breztouch per medium resecat a parte orientis adiacens cum septem mansionibus, vno molendino et aliis vtilitatibus pre manibus iudiciariis dicti domini nostri bani extitit reseruata. Nos igitur medietatem prenominate possessionis Topolchascengurg 'vocate ipsius Johannis archydiaconi tamquam legitime senteneiati, facta equali diuisione, vnacum nobiiibus regni iuxta limitaciones et cursus metarum

predictarum eo iure, ea plenitudine prout superius premittitur ipsis Paulo et Georgio filiis Abrae et Petro filio Stepk iam sepius nominatis et per eos eorumque heredibus heredumque posteritatibus perpetuo et irreuocabiliter adiudicauimus possidendam, tenendam et habendam ipsi Johanni archydiacono et suis posteriis(l) perpetuum a modo silencium imponentes, ne in eadem temporis in processu se intromittere debeant vel aliquid iuris sibi presumpmant vendicare in eadem. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras priuilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas. Datum Topolcha, sabbato proximo ante festum beate Lucie virginis, anno supradicto.

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1338.

Na listini visi nešto svilene vrpee zelene i modre boje; peeat je otpao.

313.

1338, 12. deeembra. U Zadru.

Suci zadarski dosudjuju pravo na posj'ed zaselka Trečeći Petru de Matafaris, Pribi udovi Cuve de Cevalelis itd., a nala&u šutnju Matiji sinu Vulčete iz Bribira.

In dei nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo octauo, indifctione] septima, die duodecimo mensis decembris, Jadre. Tempore domini Francifsci] Danduli incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de [Majtafaris decretorum doctoris, Jadre archiepiscopi. ac domini Don[ati Contareni] honorabilis comitis. Cum coram nobis Donato Contareni comite suprafdicto] . . . . [Le]onardo de Formino, Barthe condam Petri de Sloradis et Francisco condam ,. . . . . .le de Georgio iudicibus ciuitatis Jadre questio mota coram domino [Blasio Geno tunc] comite et eius iudicibus inter Petrum de Matafaris, dominam Pribam relictam (Juue de C,euallellis, Grisogonum de Cotopagna et Dahielem condam Michaelis Pasche de Varicassis petitores, et Matheum condam Volchte(!) de Berberio reum de quadam terra et occasione cuiusdam terre posite infra confines Camignanum, quam predicti petitores asserebant pertinere et spectare ex forma suorum instrumentorum emptionis suarum terrarum ville Trececi ad ipsas eor . . . . ans de Trececi et ad eos pro rata portione terrarum, quas habent in dicta villa Trececi, coram nobis agitata, per partes agitata et placitata fuisset atque pro parte predictorum petitorum

asseretur dictam questionem et causam motam esse su[per] proprietate atque domino, pro parte uero dicti rei diceretur ipsam questionem motam fuisse super possessorio tantum. Tandem concluso in ipsa causa cum nos antedicti comfes] et iudices conuenissemus, ut moris est, ad examinandum et causa examinandi et difiniendi supradictam questionem et causam, visis et examinatis causa, intencionibus datis dicte curie precedenti per partes hinc inde ac depositionibus testium ab eisdem partibus productorum, scriptis in actis nostre curie inuenissemus nos differencium(!) opinionum. Quare nos comes predictus et Leonardus de Formino iudex fuimus opinionis, quod dicta questio ex hiis que curia habet, debet [te]rmmari et decidi tam quoad proprietatem quam quoad possessionem, non obstante eo, quod in dicta questione non sit processum secundum formam statutorum Jadre, cum ex porrec[ti]one intentionum hinc inde et ex receptione testium ac terminorum et dilationum datarum tempore supradicti, domini Blasii Geno tunc comitis quam tempore nostri nunc comitis supradicti videantur partes tacite processisse in causa et renunciasse cunctis ordinamentis quibus debetur aliter in causa predicta procedi. Nos uero Barthe et Franciscus supradicti iudices fuimus opinionis, quod, cum pro parte supradicti Petri et suorum consortium petitorum asseratur, quod dicta questio est super et de proprietate et pro parte dicti Mathei rei; e contra dicatur, quod dicta questio est super. possessorio tantummodo, dictaque qestio non fuerit inchoata supra dicto tempore, nec in actis curie appareat aliqua scriptura que hanc incidentem questionem determinet uel de[ue]Iaret, nisi quod in actis curie apparent intentiones utriusque partis, quarum in[ten]tio dicti Mathei uidetur super possessorio tantum esse furdata, intentio uero [pre]dictorum petitorum, secundum quod ipsi petitores asserunt, est super proprietate ordinata; nec non attestationes testium dicte rei super et de possessione tantummodo deponant, testes uero dictorum actorum super proprietate testificentur; ex quibus obscuritas et ambiguitas generatur, cumque utraque pars se offeret probare, scilicet dictus Matheus per tunc iudices, quod dicta questio fuit super possessorio tantum, dicti uero petitores, quod dicta questio est et fuit de proprietate, quod testes hinc et inde reciperentur, pro declaratione obscuritatis predicte, ad hoc, ut eis pateret super quo deberet sentencia esse, ne alicui partium iniuria fieret. Quibus opinionibus [et] opinionum diffe/enciis reductis per nos ad rogatum conscilium (!) prout ex forma tenebamur factorum, ibique dictis, lectis, opinioriibus et allegationibus factis per partem hinc inde super predicta differencia ac posito super ipsis opinionibus partito ad pissidfem] et ballotam et in ipso rogato conscilio propter non sincera die prima nichil capto super differentia antedicta, die uero quarta sequenti parte non

sincerorum cadente secundum formam ordinamenti super hoc editi per maiorem consciliariorum dicti conscilii partem, quia scilicet, qui uoluerunt opinionem nostri Barthi et Francisci iudicum fuerunt decem, qui uero voluerunt opinionem nostri comitis et Leonardi iudicis fuerunt decem septem. Capta et approbata opinione nostri supradicti comitis et iudicis prelibati secundum quod in quaterno reformationum plenius et seriosius continetur, nos supradicti comes et iudices omnes visis supradictis atte-stationibus testium hinc et inde in dicta causa productorum, ex quibus et per quas iuxta determinationem dicti rogati conscilii tenemur dictam causam tam quoad proprietatem quam quoad possessionem decidere, pro tribunali sedentes, Christi nomine inuocato, concorditer per sentenciam pronunciamus et dicimus omnia et singula infrascripta, in primis, quod dicta terra de qua inter predictas partes erat questio, est et pertinet tam quoad proprietatem quam quoad possessionem ad petitores predictos secundum quoad ipsi petitores per suos testes et per sua instrumenta publica satis ydonee probauerunt; item quod dictus Matheus dictam terram dictis petitoribus restituat et absque turbatione uel contradictione aliqua quoad proprietatem et possessionem relinquat expeditam et liberam, eundem Matheum in hoc et in expensis legiptimis(l) dictis petitoribus per eandem sentenciam condempnantes, ac eidem de ipsa terra silentium perpetuum imponentes, cum predicti petitores sufficienter de proprietate et possessione probauerint, ut dictum est tam per testes quam per publica instrumenta, dictus uero Matheus de proprietate uel possessione nichil determinate probauerit per instrumenta uel testes. Pronuntiantes predicta ex predictis et nostra bona discretione et omni modo, forma et iure, quibus melius possumus et debemus coram parte dictorum petitorum, supradicto reo absente, citato tamen, in presentia Canini Barthe de Sloradis tribuno curie nostre. Anno, indicione supradictis, die quinto

decimo ianuarii, (^aninus tribunus prelibatus r. . . . .et gfuarentauit] michi actorum notario infrascripto se de commissione maioris curie Jadre supradictam exequendo sentenciam dedisse autoritate maioris curie, supradictis Petro de Matafarris, Grisogono de Cotopagna, Danieli condam Michaelis de Varicassis singulis eorum pro se ipsis et Nicolaum(!) condam Vulcinue de Martinusio vice et nomine supradicte domine Pribe vnicuique ipsorum, ut dictum est, pro ea portione que ipsum contingere debet corporalem possessionem de tera predicta et ipsos et singulos eorum, ut est dictum in ipsam terram corporaliter introducendo et de terra et fraschis (!) in eorum manibus imponendo, vt deinceps singuli predictorum petitorum pro suis debitis portionibus non tantum corpore set animo possideant ut rem suam. Que omnia et singula supradictus tribunus et sui officio guarentauit rnihi infrascripto rnernorato notario, mandans mihi,

vt ipsa redigerem in pubiicum documentum, coram Grisogono de Vitaiya et Nicolao condam Francisci de Rittesa, ciuibus Jadre testibus specialiter ad hec vocatis, adhibitis et rogatis et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Donatus Contarenus comes Jadre manu mea scripsi.

f Ego Leonardus de Formino iudex manum misi.

f Ego Barte Petri de Sloradis iudex manum misi.

f Ego Franciscus Paoli de Georgio iudex Jadre manum misi.

(Signum not.J

Et ego Alexander condam Vgolini de Stella imperiali et ciuitatis Jadre autoritate notarius scripsi et publicaui et meo signo et nomine roboraui.

Original u arkivu grofova Begna u Posedarju: P. no. 26. Listina je na početku s obje strane nešto krnja.

314.

1338.—1342. U Višegradu.

Računi papinskoga izaslanika u arhidjakonatu srijemskom.

Notum sit universis de presenti regestro notitiam habituris, quod ego Galhardus de Carceribus, ecclesie Titulensis prepositus, apostoiice sedis nuncius, anno domini MCCCXXXVIIL, in die sancte Marie Magdalene, ex commissione dicte sedis apostolice de regno Polonie in regnum Ungarie perveni, et ea, que inferius continentur, recipere incepi in regno Ungarie supradicto.

Et est sciendum, quod de omnibus et singulis per me in dicto regno receptis, que inferius conscripta sunt, frater Stephanus ordinis Predicatorum, lector ex commissione sibi facta pro parte domini regis Ungarie recepit tertiam partem, cuius commissionis tenor talis est:

Karolus dei gratia rex Ungarie fidelibus suis universis ecclesiarum prelatis in regno nostro constitutis, specialiter domino archiepiscopo Strigoniensi, locique eiusdem comiti perpetuo, episcopis, abbatibus, prepositis, archidiaconis et aliis quibuslibet ecclesiarum rectoribus, quibus presentes ostendurtur, sa'utem et gratiam. Noveritis, quod nos volentes sanctissimo patri domino pape de collecta sexannali, quam super vos posuerat, iustitiam fieri, cum domino Galhardo preposito Tifulensi, nuncio domini pape, misimus ad vos religiosum virum fratrem Stephanum iectorem de ordine Predicatorum, capellanum nostrum fidelem, ut

super ipsa collecta sexannali racionem vobiscum ponat, tam de persolutis, quam solvendis, precipientes fidelitati vestre firmiter et distincte, quatenus cum eodem nuntio domini pape et nomine nostro super ipsa collecta papali rationem ponere velitis, ita, ut super hiis, que persolvistis iusticiam nostram et cauciones vestras exhibeatis. Ea vero, que nondum solvistis, sine omni mora persolvere debeatis, dilacione et occasione non obstante, aliud, sicut nostram gratiam offendit, formidetis non factum. Datum in Alto Castro, secunda die festi Pasche, anno domini MCCCXXXVIII.

Primo in diocesi Strigoniensi.

Abbas de Ludauo solvit pro duobus terminis ultimi anni pro decima et pro parte camere domini nostri pape contingente XXV. grossos et IV. banales, VI. banales pro grosso computando. — Abbas sancti Benedicti de Gion pro duobus ultimis annis pro decima predicta XIV. marcas, LVI. grossos pro marca qualibet computando.

Diocesis Wesprimiensis.

Nicolaus abbas de Bel in provincia Batam pro ultimo anno 1. marcam ad numerum Budensem, sex viennenses pro grosso computando, et plebanus sancte Marie in Wissegrado promisit de predicta summa solvere VIII. grossos, quos ipse abbas dixit se non habere. — Paulus Patas canonicus de Alba pro decima duos florenos.

Archidi aconatus Sirimiensis.

Helyas presbiter de Charug pro tribus annis ultimis XXX. grossos, VII. banales pro grosso quolibet computando, et ponebant marcam singuli pro XL. grossis. Plebanus de Dobsal pro duobus ultimis annis VI. grossos. Michael plebanus de Subcastro sancti Benedicti pro sex annis XVIII. grossos. Plebanus de Semilio superiori pro parte sua pro quolibet sex annorum III. grossos. Plebanus de Narat XX. grossos pro VI. annis. Plebanus sancti Michaelis, de Udus VIII. pondera pro tota decima, que faciunt VIII. grossos, VII. banales pro pondere computando. Paulus plebanus de Stas pro parte sua 1. marcam et tres fertones, pro tota decima sexannali, LXX. banales pro fertone assignando. Dominicus eiusdem ecclesie plebanus pro alia parte ecclesie, quam tenet, 1. marcam et Ш. fertones. Plebanus de Francavilla sancti Johannis Baptiste mediam marcam. Petrus de Sol III. fertones. Amiratus plebanus de Semelina inferiori pro tota decima sexannali II. marcas minus XI. grossis, VII. banales pro grosso computando. Johannes de Novavilla 1. marcam cum fertone. Stephanus de Car pro sex annis 1. marcam et 1. fertonem, Nicolaus plebarrus de Besseneu pro tota decima II. marcas et VI. banales. Abbas de Bellefonte pro ^ultimo anno X. marcas. Abbas predictus per manus domini archidiaconi de Ossian in ecclesia Quinqueecclesiensi pro residuis predicte decime XVI. marcas et XIII. banales. Clemenns plebanus de Regnitz pro decima V. marcas cum dimidia.

Diocesis Collocensis, capitulum Batiense.

Martinus candidatus dicte ecclesie pro ultimo anno mediam marcam, LX. bannales pro fertone computando.

Archidiaconat us Batiensis.

Johannes plebanus de Geram pro sexto anno medium fertonem, et pro parte media tertii anni XXII. banales. Jacobus de Capud pro alia parte XVII. banales. Et sciendum, quod in isto archidiaconatu currunt LX. banales pro fertone et XL. grossi pro marca. Gregorius plebanus de Ginnusi LXXX. pro V. et VI. anno. Michael plebanus de Varadino pro VI. anno LX. banales. Johannes de Cusidi pro VI. anno XX. banales. Thomas de Vaisca pro tribus annis mediam marcam, pro quolibet anno XL. banales. Philippus de Vadacz pro tota decima sexannali VIII grossos. . . . . .

Summa in isto archidiaconatu: IV. marce cum media et VI„ banales. Johannes de Bosac solvit pro sex annis XXVIII. banales. Michael plebanus de Novavilla pro tribus ultimis annis CL. banales. Egidius de Egres pro omnibus VI. annis XX. banales. Petrus de Taxa pro IV. annis XII. grossos. Gallus de minori Bodoh pro VI. annis XL. banales. Marcellus de Til LXX. banales. Nicolaus de Cheric mediam marcam. Valentinus plebanus de Sed LX. banales pro VI. anno. . . . .

Diocesis Quinqueecclesiensis.

Magister Guilhelmus canonicus ibidem solvit pro domino episcopo Quinqueecclesiensi centum marcam ad numerum civitatis et diocešis eiusdem, videlicet XLVIII. grossos pro marca computando in banalibus, que faciunt marcas budenses LXXI. minus XXIV. grossos.

Archidia conatus Czegedinensis.

Dominicus prepositus sancti Irenei ac subcollector solvit et assignavit de pecuniis per eundem recollectis in recollectione sua VII. marcarum monete Czegedinensis. Item assignavit II. marcas et I. grossurn, pro

marca LX. grossi computando. Item assignavit duos ciphos argenti, quemlibet pro LVI. grossis ungaricalibus, qui faciunt I. marcam cum dimidia et IV. grossos, sex banales pro grosso, et LX. grossos pro marca computando. •— Presbiteri de sancti Georgio de Czegedino solverunt pro ultimo termino sexti anni III. fertones. — Presbiteri de sancto Demetrio de Czenadino III. fertones similiter. — Capitulum de Keu pro residuis decime sexennalis(l) VIII. marcas et XLI. banalem, LX. banales pro fertone computando. Summa totius recepte una cum fratre Stephano: CVIII. marce et XVI. grossi, que iaciunt marcas budenses LXXVII. et XXIV. grossos.

Anno domini MCCCXL., die XIII. februarii dominus Nicolaus archidiaconus Batiensis subcollector eiusdem decime assignavit pro personis infrascriptis pecunias, quas deposuerat in ede sacra propter absentiam meam ad regnum Polonie, et assignavit pro tribus annis ultimis, in qua assignatione Thomas lector ordinis sancti Augustini de mandato domini regis presens fuit. Primo assignavit pro Gallo custode I. marcam cum dimidia pro prebenda, et pro custodia II. marcas cum dimidia. Item pro Demetrio cantore sancti Irenei pro prebenda I. marcam cum dimidia. Item pro Benedicto canonico I. marcam cum dimidia, et I. fertonem pro villa, quam tenet, similiter pro tribus annis. Item pro Johanne phisico pro prebenda similiter II. marcas et XXX. banales. Item pro Michaele quondam decano I. marcam cum dimidia. Item pro Cosma decano II. marcas. Nicolaus archidiaconus predictus solvit IV. marcas in quibus facta ratione pro plebanis sui archidiaconus remanserat obligatus. Idem Nicolaus pro se ipso similiter pro tribus annis III. marcas minus XXX. banalibus. — Dominicus canonicus pro omnibus sex annis III. marcas.

Notandum, quod anno domini MCCCXL., die XVI. mai in Damas ego de pecunia per me in presentia fratris Thome lectoris ordinis sancti Augustini recepta, assignavi domino Paulo dicto Mayer pro parte regis VI. marcas cum dimidia et IX. grossos LX. banales antiquos sicut recepi pro fertone computando, presentibus domino Petro Gervasii apostolice sedis nuncio, magistris Guilhelmo canoni.co Quinqueecclesiensi, et Petro Guidonis auctoritate apostolica notariis publicis.

Diocesis Waciensis.

Episcopus Waciensis solvit XLVIII- fiorenos de summa ducentarum marcarum, in quibus camere domini nostri pape fuerat obligatus. — Nicolaus archidiaconus Bathiensis nomine capituli ecclesie Bathiensis pro prepositura vacante in curia eiusdem ecclesie XL. fertones.

Theiner Mon. Hist. Hun%. I. no. 938. p. 625.-626. — Iz Rationes collectoriae an. 1334—1342.

315.

1339, 5. januara. U Zadru.

Dražica, Stančica, Rudul i Fumija dijele baštinu svoga djeda Crnote Kabeliča.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo octauo, indictione [septima], die quinto mensis ianuarii, Jadre. Tempore domini Francisci Danduli incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaro decretorum doctoris, dei et apostolice sedi[s gratia] Jadrensis archiepiscopi, ac domini Donati Contareni egregii comitis. Drasica uxor. . . . . [et] Stancica uxor Barthuli, consentientibus eis dictis earum maritis, et Rudul, fra[ter] . . . . pro se ipso et pro Fumia sorore sua, Jadrenses, diuiserunt inter se de bonis olim [Cernote] Cabellich, aui sui, infrascripta bona, videlicet unam domum cum loco suo et cum ofmnibus] suis pertinenciis et iuribus, positam Jadre in confinio sancti Petri veteris, et libras decem [denariorum] paruorum, percipiendas pro quinta paca debita librarum centum denariorum paruorum, ad quod debitum f[uerunt] obligati dicto Cernote Petrus et Disoy fratres ad inuicem filii condam Martini, [uillani] magistri Alexandri notarii Jadre ex uno publico instrumento scripto per me notarium infra[scriptum] sub anno domini millesimo trecentesimo trigesimoquinto, indictione tercia, die uigesimo mensis augusti. Et hec [con]uenerunt in partem predicte Drasice; cui domui et loco de austro domuS Drag[he] relicte dicti Cernote, de borea domus Pribe Maricaldi, de quirina domus Crestu. . . . et de trauersa loca Andree de Sloradis. Item unam vlneam positam ad Riuum, supia terram Petri de Matafaro, et libras decem denariorum paruorum percipiendas pro quarta paca dicti debiti et redditus debiti pro illo anno dicte quarte pace possessionis uendite predictis fratribus uillanis dicti magistri Alexandri, pro qua ipsi tenentur ad dictum debitum. Et hec uenerunt dicto Radulo; que vinea reddit quartum pro terratico, cui vinee de trauersa est vinea heredum Miroslai Viniani, de austro vinea Draghe relicte Lubeni piscatoris, deborea terra archiepiscopatus Jadre et de quirina terra Petri de Matafaro predicti. Item vna vinea posita ad Boniudir(?) super terra Cose Saladini, que reddit quartum pro terratico. Et hec uenit in parte dicte Stancice;. cui vinee de borea est vinea Johannis Callig, de austro vinea Tholsce de Blata, de quirina carsus et de trauersa est via publica. Item^unum locum positum a parte boree. . . . .• • • • et loci dicte Drasice, positum fadre in confinio sancti Petri veteris, et libra[s decem dena]riorum>

paruorum percipiendas de dicto debito pro sexta paca. Et hec uenerunt in parte d[icte Fu]mie tenenda per dictum Rudulum ad utilitatem ipsius Fumie, quousque ipsa Fumia peruenerit ad etatem legitimam. Cui loco de austro est domus dicte Draghe relicte dicti Cernotte, de quirina domus Crestum. . . . . [de] bo[rea] domus et. locus dicte Drasice et de tra[uersa d]omus dicti. . . . . Ita. . . . . ipsorum de sua parte predicta dictorum bonorum possit facere suum uelle s[ine]. . . . . terraticorum predictorum dictorum Petri et Cose et omni alio iure eorum ibi [secundum statutum] Jadre semper saluo; promittentes sibi dictas partes predictorum bonforum]. . . . . et iuribus excalumpniare in ratione ab omni persona et hanc diuisionem ratam. . . . . de iure uel de facto, sub pena soldorum decem grossorum soluendorum . . . . parti obseruanti, et pena soluta uel non, presens tamen instrumfentum]. . . . . . . existat, obligantes adhuc in obseruantia predictorum se ipsos pro se et. . . . . Drasica et Stancica, et dictus Rudul pro se et pro dicta Fumia. . . . . qua promisit de ratihabicione se ipsum et bona sua omnia omni excepcione [remota nu]llo[que] pretermisso obstante. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Gregorio Mathulini et Dessa sartori(!) filio condam Miche, Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Georgius Francisci de Gerbanossio examinator manum misi

(Signum not.)

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiaii auctoritate notarifusj et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo m[eo] et nomine roboraui.

Origmal na pergam. u gubern. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole br. 166. — Lijevi rub okrnjen.

316.

1339, 16. januara. (0 SrijemuJ.

Pred kaptolom srijemskim uredjuje se fiitanje miraza izmedju obitelji Dale Beljskoga i kastelana Pavla Magjara.

Vniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis capitulum ecclesie de Kw salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum rioticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod Nicolao filio Dala de Belyen de comitatu Syrmiensi pro se et pro domina matre sua Margareta nuncupata, filia uidelicet Dominici filii Alberti cum litteris procuratoriis honorabilis capituli ecclesie beati Irinei martiris ab una, item Petro filio Gurke seruiente et procuratore magistri Pauli dicti Magyar castellani de Gymur(!) pro eodem domino suo parte ex altera coram nobis personaliter constitutis, per eundem Nicolaum filium Dala suo et eiusdem domine Margarete matris sue vice et nomine propositum extitit et relatum, quod super dote et rebus parapharnalibus domine Margarete aue ipsius domine matris sue, relicte uidelicet Stephani de Laad, et super quarta filiali domine Veche filie eiusdem aue sue matris ipsius matris sue, relicte uidelicet ipsius Dominici filii Alberti de possessionibus Ladoch et Chernelkereky uocatis in eodem comitatu Syrmiensi existentibus, ipsas contingentibus, quas ipsa domina Margaretha mater sua titulo hereditarie successionis ad se deuolutas cum eisdem litteris procuratoriis capituli ecclesie beati Irinei martiris super ipsum magistrum Paulum dictum Magyar iudiciarie requirere sibi commiserat, idem magister Paulus dictus Magyar pro huiusmodi dote et rebus parapharnalibus et quarta filiali de pre•dictis possessionibus prenotatis dominabus debitis persoluendis quinquaginta marcas denariorum plenam et omnimodam satisfaccionem inpendisset, qua quidem satisfaccione dictus Nicolaus filius Dala in persona prefatarum dominarum contentus ipsum magistrum Paulum dictum Magyar cum suis heredibus, propinquis pariter et.cognatis vniuersis super facto dotis et rerum parapharnalium et quarta filiali premissarum a se suisue successoribus consanguineisque omnibus in nostri presencia reddidit absolutum et perhempniter expeditum, se et suos posteros obligando tali nexu sua sponte interposito, vt si ipse uel sui fratres, proximi et heredes contra prenominatum magistrum Paulum dictum Magyar et posteros eiusdem pretextu premissorum et singulorum ex premissis litem suscitare denuo attemptarent, conuincerentur sicut qui causam acquisitam et sopitam acquirere nittitur iterato. In cuius rei memoriam perpetuamque "finnitatem ad instanciam et peticionem parcium predictarum presentes litteras nostras priuilegiales concessimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum in festo beati Marcelfi pape, anno domini M°CCC°XXXmo nono, discretis viris Johanne preposito, Johanne lectore, Nicolao cantore, Johanne custode, ceterisque canonicis ibidem deo famulantibus ac deuote.

Original na pergam. u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.587. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 1508. no. 22. Na listini visi o končanoj bijeloj pletenici okrugli oštec'em pečat.

317.

1339, 20. januara. U Zadru.

Marija udova Nikolina dariva Franji de Galcigna vinograd u sv. Likatu (sv. Luka).

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo octauo, indicione septima, die uigesimo mensis ianuarii, Jadre. Tempore domini Francisci Dandulo incliti ducis Venecie, ct reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gracia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Donati Contareni egregii comitis. Cum tu Franciscus condam Madii de Galcigna ciuis Jadre emeris unam vineam super terram mei Marie relicte Lompre Viti de Paulo ciuis Jadre a Mara relicta Marini Nicole marangoni condam Dominici et Marino clerico sancte Anastasie filio condam dicti Marini,. positam in confinio sancti Likati ad Bagnum, que reddit mihi tercium pro terratico tocius redditus et fructus exinde anuatim ad barcham meam, sicut de predictis patet publico instrumento scripto die predicto per notarium infrascriptum, ego dicta Maria dono tibi dicto Francisco tuisque heredibus dictum terraticum meum dicte vinee, quousque dicta vinea fuerit apud te et heredes tuos; ita quod nichil mihi de dicta vinea tenearis dare nec pro ipsa vinea tenearis mihi aliquid facere, quamdiu dicta vinea fuerit apud te et heredes tuos; cum autem dictam vineam tu uel tui heredes uenderes seu uenderent uel aliqualiter a uobis alienaueritis, dictum terraticum non possitis uendere uel alienare, set ipsum terraticum extunc in antea et omnia alia iura mea secundum consuetudines et statuta Jadre pro dicta terra mea in qua est dicta vinea tua mihi debent totaliter remanere et heredibus et successoribus meis. Que omnia et singula predicta ego predicta Maria per me meosque heredes et successores me obligo et promitto tibi predicto Francisco nepoti meo tuisque heredibus et successoribus quidem firma et rata habere et tenere perpetuo, et non contrafacere de. iure uel de facto aliqualiter super me et bonis meis omnibus, omni excepcione remota nulloque pretermisso obstante. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Budogio pilip[ario] filio condam Jursce et Damiano condam Disiuoy, Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Georgius Francisci de Carbanoso examinator manum misi,.

(Signum not.)

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo meo et nomine roboraui.

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru a. 1338.

318.

1339, 10. aprila. U Trogiru.

Grad Trogir i otok Brač sklapaju mir.

In Christi nomine amen. Anno eius nativitatis 1339., indictione 7., regnante domino Karolo serenissimo rege Hungarie, et magnifico et excelso domino, domino Francisco Dandulo, dei gratia Venetiarum inclito duce, et tempore regiminis nobilis et sapientis viri domini Philippi de Molino honorabilis comitis Tragurii, suorumque iudicum nobilium virorum dominorum Baroni Silvestri, Vicentii Ampleusi, Petrache Stephani, et Michoe Daniel, omisso nomine episcopi causam dantis secundum reformationem communis Traguriensis, diei sabbati X. apriiis. Coram dicto domino comite cum discordia et controversia esset, et questio verteretur inter comune et universitatem et homines ac singulares personas de Tragurio ex parte una, et commune, universitatem et homines ac singulares personas de Braza ex altera, occasione quarundam pignorationum et represaliarum datarum, factarum et concessarum per commune Traguriense ad requisitionem specialium personarum, et forte etiam ad requisitionem dicti communis contra commune, universitatem et homines ac singulares personas de Braza, et versa vice occasione quarundam pignorationum factarum et concessarum per dictum commune, universitatem et homines ac singulares personas de Braza ad petitionem et requisitionem specialium personarum. de Braza, et forte ad petitionem dicti communis et universitatis de Braza contra commune, universitatem et homines ac singulares personas de Tragurio, que omnia supradicta per utramque partium hinc inde contendeba[n]tur, et super his omnibus discordiis, litibus et questionibus concordandis, paciscendis, pacificandis, et decidendis ac sedandis, inter utramque partem, et ad amorem firmum et perpetuum conducendis, per utraque communia, universitates et homines, ac singulares personas dictarum, terrarum de Tragurio et de Braza facti et constituti fuissent sindici, ut inferius declaratur. Tandem pro bono pacis et concordie nobjles viri dornini Casoptus(l) Nicole et Andreas Gregorii Lucii cives Tragurienses, sindici cornmunis et horninurn, univer-

sitatis ac singularium personarum de Tragurio, ut patet publico instrumento sindicatus scripto per me notarium infrascriptum in 1338., indictione 6., die 1. octobris, ex parte una, et nobiles viri domini Tomasinus de Amatis vicarius in Braza pro domino potestate insularum Phare et Braze, Simon Berissi et Luca Radovani sindici communis, universitatis et hominum ac singularium personarum de Braza, vt patet publico instrumento sindicatus scripto per Jacobum quondam Beroaldi de Bononia imperiali auctoritate notarium et nunc communis Braze iuratum cancellarium in millesimo et indictione predictis die 1. mensis aprilis ex altera parte. Ut ab omnibus controversiis, discordiis, litibus et questionibus, que erant et fuerant inter ipsa communia, universitates et homines ac singulares personas de Tragurio et de Braza, et inter dictas partes ipsis nominibus sive in iudicio, sive extra iudicium, sive de iure sive de facto quacunque ratione vel causa, et maxime causis predictis, vel aliqua earum et discedatur in totum, et deinceps cesset omnis materia scandali et erroris, ac ipsarum partium parcatur laboribus et expensis pro utraque parte ad talem transactiohem, concordiam et compositionem amičabiiem, ad taliaque pacta et conventiones inter se venerunt et" ipsa omnia et singula inter dictas partes prout infra per ordinem scripta sunt; solemni interposita stipulatione, solemniter et legitime convenerunt,videlicet:Primo quodomniainstrumenta, iura ać actiones pignorationum et represaliarum factarum datarum et concessarum per commune et universitatern et homines, ac singulares personas de Tragurio, šive pro communi, sive pro singulis personis de Tragurio contra, et adversus commune, universitatem et horhines, ac singulares personas de Braza, et contra omnia 'instrumenta, iilra, et actiones pignorationum et represaliarum factarum, datarum et concessarum per commune, universitatem et homines ac singulares personas de Braza sive pro communi sive pro singulis persohis de Braza, contra commune, universitatem et homines, ac singulares personas de Tiagurio cassentur, irritentur et annullentur pro utraque parte, et ex nunc sint cassa et inania et nullius valoris et momenti, et quod de ipsis instrumentorum, seu altero ipsorum si qua vel si que reperiuntur, non debeant, nec possint.uilo modo, forma vel ingenio reddi ius alicui dictorum communium, hec singularium personarum ipsdrum commuhium, hec alterius . ipsorum per ipsa communia, universitatem et homines ac singulares personas dictarum terrarum Tragurii et Braze,'nec per alterum ipsbrurh. Que quidem instrumenta, iura et actiones, ši qua reperiuntur, dicti sindici utri.usque partis' pro se et sindicariis nomihibus predictis ex afbitrio sibi concesso a commumbus et universitatibus suis predictis ex nuhc cassarunt, anullarunt, iritarunt,

auctoritate sibi concessa, quod nullum commune, nec altera pars alicuius communis, sive per se, sive pro communi possit, nec debeat unquam aliquid petere alterius communis, et e contra occasione dictarum pignorationum represaliarum ullo modo nec ingenio. Item quod omnes Brazenses et habitatores Braze possint libere et absolute extrahere et extrahi facere de civitate Traguriensi, tum omnia blada et ligumina causa portandi Brazam, et vendendi et tenendi et utendi de ipsis in Braza tantum, et non alibi absque aliquo dacio persolvendo, et absque aliqua contradictione alicuius persone,. dum tamen, qaod primo et antequam aliquid de dictis bladis et leguminibus extrahatur, ille qui extrahere voluerit, vel illi teneantur denunciare domino comiti, qui nunc est, vel pro tempore erit, et promittere sibi quod faciet conduci de Braza contra literam, scilicet de dicto blado, vel legumine asportato et conducto illuc in termino sibi assignando per dominum comitem Traguriensem, qui nunc est, vel pro tempore erit, et si aliter fierit, contrafaciens, vel contrafacientes incidant in penam in quam inciderent cives Tragurienses contrafacientes occasione bladi, vel leguminis asportati per ipsos, vel per alterum ipsorum contra formam ordinum Traguriensium. Item quod omnes Brazenses et habitatores Braze possint extrahere et extrahi lacere de civitate Traguriensi omnia alia victualia, mercationes et res eo modo et forma, quo extrahere possunt alii cives Tragurienses. Item, quod omnis civis Traguriensis et habitator Traguriensis possint mittere, conducere et conduci facere ac tenere, ac teneri facere et collocare per se vel per alium pro eis, vel altero ipsorum omnes suas bestias minutas et grossas cuiuscumque conditionis existant, ad pasculandum in insula Braze absque aliquo dacio, onere et facione communis. Braze persolvendis, imponendis et substituendis, a quibus dacio, oneribus et factionibus Tragurini et habitatores Tragurii totaliter et libere sunt exclusi. Item, quod omnes Tragurini et habitatores Tragurii possint et valeant extrahere et extrahi facere de terra Braze omnia victualia, bona, res et mercadias et alias quascumque mercatipnes, ut alii cives Braze extrahere, vel extrahi facere possunt. Item, si contigerit in posterum, quod commune Traguriense vel singularis persona Traguriensis sive pro communi, sive pro singulari persona damnum aliquod seu robariam, vel depredationem aliquam inferet alicui Bracensi et habitatori Braze, vel communi Braze, ille qui passus fuerit damnum sive persona singularis, sive commune de Braza, teneatur recurrere, petere ius de damno comiti Traguriensi et curie sue, que pro tempore erunt. Qui quidem comes et curia teneantur et debeant facera ius postulanti de damno, et si ius non redderetur pbnarium passo, vel passis damnum, et potestas et rector Braze vocaverit et requisiverit, sive per litteras, sive per nuntium comi-

tem Traguriensem ad colloquium, comes Traguriensis teneatur et debeat ire ad colloquium requisitum in locum per utramque partem ordinatum et stabilitum, et super ipso damno et facto conferre debeant ipsi rectores ad invicem, et teneantur factum concordare et decidere litem inter partes, et quicquid per ipsos rectores in hoc factum fuerit et ordinatum, validum sit et firmum, et per utramque partem adimpleri debeat et inviolabiliter observari, nec ullo modo, vel ingenio, nec forma dari, nec concedi possit passo, vel passis damna aliqua, pignoratio, vel represalia per potestatem et rectorem Bracie contra commune et homines, ac singulares personas, nec districtuales de Tragurio oecasione damni alicuius dati, nec facti, nec aliqua alia causa, forma, vel ingenio, et si concederetur, vel daretur, quod ipsa pignoratio, vel represalia, ex nunc cassa, vana, irrita et inanis sit et nullius valoris et momenti, et non valeat, nec teneat ullo iure; et versa vice si contigerit in posterum commune Braze, vel singularis persona de Braza sive per commune, sive per singulares personas damnum aliquod seu robariam, vel depredationem aliquam inferre alicui Traguriensi et habitatori Tragurii, ille [quij passus fuerit, vel qui passi fueri[n]t damnum, sive singulares personesive commune Traguriense, teneantur revocare et petere ius de damno domino potestati et rectori et comiti Braze et curie sue que pro tempore erunt. Qui quidem rector et curia Braze teneautur et debeant facere ius postulanti de damno, et si ius non rederetur plenarium passo, vel passis damnum, et comes Traguriensis vocaverit et requisiverit potestatem et rectorem Braze, sive per litteras, sive per nuncium ad colloquium celebrandum supra ipso damno causa concordandi factum et partes, quod tunc potestas et rector Braze teneatur et debeat ire ad colloquium requisitum in locum et terminum per utramque partem stabilitum et ordinatum, et super ipso damno conferre debeant ipsi rectores ad invicem, et teneantur factum concordare et decidere litem inter partes, et quidquid per ipsos rectores in hoc factum fuerit et ordinatum, validum sit et firmum, et per utrarnque partem adimpleri debeat et perpetuo inviolabiliter observari, nec ullo modo, ut premissum est, forma vel ingenio dari possit, neque concedi possit passo, vel passis damnum aliqua pignoratio, vel represalia per comitem Traguriensem contra commune et homines ac singulares personas, nec districtuales de Braza occasione damni alicuius dati et facti, vel aliqua alia causa forma, vel ingenio, et si concederetur, vel daretur ullo modo ipsa pignoratio et represalia, ex nunc cassa, vana, irrita et inanis sit et nullius valoris et momenti, hec ullo modo valeat, nec teneat ullo iure. Salvo semper et reservato arbitrio dictis rectoribus, vel domino comiti Traguriensi et dornino potestati insularum Fare et Braze, qui nunć sunt, vel pro tempore

erunt in omnibus hiis, que habent liberum arbitrium et potestatem procedendi contra delinquentes in maleficiis, in furtis, incendiis, fraudolentis, prodicionibus terrarum et violentiis mulierum, ac in omnibus aliis sibi concessis per formam suarum commissionurn, in quibus omnibus casibus procedere possunt contra delinquentes, si casus occurrat, ut usque in hanc presentem diem procedere et sententiare sunt consveti et potuerunt per tempora retroacta, non obstantibus supradictis, nec aliquibus predictorum. Quibus omnibus predictis sic firmatis et stabilitis inter partes predictas pro se et dictis nominibus dicte partes pro se et sindicariis nominibus predictis, videlicet una pars alteri, et e contra fecerunt sibi ad invicem pacem, finem, quietationem et remissionem ac pactum de ulterius non petendo sibi ad invicemj videlicet una pars alteri, et e contra aliquid occasione dictarum pignorationum et represaliarum ullo modo, vel ingenio. Que omnia et singula promittunt et. . . . . . .sub pena mille librarum, cuius medietas sit communis Venetiarum et alia medietas partis attendentis. . . . .obligatione bona utrorumque communium. . . . .renuntiatione. . . . . . .

Actum Tragurii in comuni paiatio presentibus nobilibus viris sier Simone de Valle habitatore Traguriensi, sier Petraha Stephani cive Traguriensi, sier Gregorio Bivice cive Traguriensi, et Dragosino Misse habitatore Traguriensi, testibus ad hec vocatis et rogatis, et Jacobo Danielis examinatore communis Traguriensis.

Ego Guillelmus magistri Picii Phya Vicentinus, imperiali auctoritate notarius et cancellarius dicti domini comitis et communis Traguriensis, omnibus predictis affui eaque rogatus scripsi et ad publicam formam redegi.

Lucius Memorie di 7rau. 221- - 224.

319.

1339, 11. aprila. U Višegrađu.

Karlo kralj ugarski i hrvatski daruje posjed Terdić u poieškoj županiji Stjepanu županu piliskom.

Nos Karolus dei gracia rex Hungarie significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis memorie commendantes, quod quia Nicolaus et Paulus filii Mychaelis de Tordych de comitatu de Posaga in castro nostro Wyssegradiensi, in quo nos personaliter residenciam facimus, furtum faciendo tesaurum magistri Stephani comitis Pylysyensis

et castellani dicti castri subtraxerunt, ideo nos possessionem eorum predictam Thordich(!) vocatam in dicto comitatu de Posaga existentem, et alias vbique existentes, quas culpis suis notoriis exigentibus amiserunt, eidem magistro Stephano et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus dedimus, donauimus et contulimus iure perpetuo et irreuocabiliter possidendas, tenendas et habendas, annuentes eidem, ut easdem possessiones vendendi et quicquid de ipsis voluerit faciendi habeat facultatem, illi eciam homines, qui ipsas possessiones emere voluerint, liberam habeant emendi facultatem, promittentes, vt quamprimum presentes fuerint nobis reportate in formam nostri priuilegii redigy eas faciemus. Datum in Alto castro, in quindenis festi pasce domini, anno eiusdem M°CCC°XXX° nono.

Iz prijepisa bosanskoga kaptola od 13. maja 1339. u kr. ugar. drž. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 33.588. — Stara signat. N. R. A. fasc. 1508. no. 24.

320.

1339, 27. aprila, U Zadru.

Gjuro koiar zadarski prodaje Mihi de Rosa gradjamnu zadarskom svoj'u kuču.

In dei nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo nono, indictione septima, die vigesimo septimo mensis aprilis, Jadre. Tempore domini Francisci Danduli incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, venerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Donati Contareni egregii comitis. Georgius piliparius Jadre filius condam Guilielmi dedit, vendidit et tradidit iure proprio in perpetuum Miche condam Mathei de Rosa ciui Jadre pro se et suis heredibus et successoribus recipienti et ementi vnum locum passuum circa octo et dimidium et si plus est cedat ei in hanc vendicionem, cum toto suo hedificio et cum omnibus iuribus et pertinenciis suis positis Jadre in confinio sancte Anastasie; cui de trauersa est domus Nicole de Sgagno, de austro partim est domus Disci mercatorumf!) partim domus dicti emptoris, de quirina partim est domus Stane relicte Crisani scutarii partim habitacio conuicinalis, de borea partim est domus dicti emptoris partim domus Nicole maserarii partim domus dicte Stane; ad habendum, tenendum et possidendum et quicquid sibi et ipsius heredibus et successoribus deinceps placuerit per-

petuo faciendum, cum omnibus et singulis que infra predictos continentur confines uel alios si qui forent veriores et plures, cum introitu et exitu suo et cum omnibus iuribus et pertinenciis suis ipsi loco et hedificio suo spectantibus et pertinentibus; pro precio librarum septifaginta paruorum uenetorum. Quod precium totum et integrum dictus venditor contentus et confessus fuit se ab ipso emptore plene habuisse et recepisse; promittens per se suosque heredes et successores sine aliqua exceptione iuris uel facti se obligando predicto emptori pro se et suis heredibus et successoribus stipulanti dictum locum totum cum dicto suo edificio et cum suis iuribus et pertinenciis eidem et ipsius heredibus et successoribus ab omni persona et vniuersitate in ratione defendere et excalumpniare super se et omnibus bonis suis presentibus et futuris, et hoc iuxta formam statuti. Jadre capitulo: Quicumque vendiderit. Insuper Bunna relicta Guilielmi peliparii suprascripti mater dicti venditoris, Ciuitanus piliparius condam Brathoche et Andreas sartor Jadre filius condam Rubine precibus et instancia dicti venditoris se principales constituentes promisserunt per se et eorum heredes et successores, vide-Kcet unusquisque eorum sine aliqua exceptione iuris uel facti se obligando predicto emptori pro se et suis heredibus et successoribus stipulanti dictum locum cum suo hedificio et cum suis iuribus et pertinenciis pro rata porcionis eidem et ipsius heredibus et successoribus ab omni. persona, collegio et vniuersitate in ratione defendere et excalumpniare secundum formam dicti statuti Jadre: Quicumque vendiderit, super se et omnibus eorum bonis presentibus et futuris. Actum est hoc et firmatum coram Clemente condam Nicolai de Clemente ciue Jadre, et Petro pilipario Jadre prenominato, Godina filio condam Crancii, testibus ad hec vocatis et aliis.

(Dru%i rukopis).

Ego Michae) Cerni de Botono iudex examinator examinaui.

(Signum not.)

Ego Siluanus Francisci de Foroiulio imperiali ac ciuitatis Jadre auctoritate notarius predictis interfui, vt audiui scripsi et roboraui.

Original u arkivu samostana sv. Marie u Zadru a. 1339.

321.

1339, 28. aprila. U Zagrebu.

Sporazum izmedju Zagreba i kaploia o podavanju daće „postava“

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod cum nos villicum et communitatem Grecensem de Zagrabia, super diversis causarum generibus et earum articulis convenissemus ordine iudiciario in presencia regie maiestatis, fuissetque inter nos et ipsos Grecenses super premissis litis materia diucius ventilata. Tandem inter cetera super exaccione poztaua vocata, per ipsos villicum et communitatem a domino nostro Karolo rege Hungarie illustri inpetrata, per eumque suis mediantibus litteris concessa eisdem, ad talem pacis et concordie devenimus unionem, quod ipsi, villicus et communitas numquam in perpetuum ipsam exaccionem poztaua dictam, vel alio nomine vocandam petent nec recipient a pertinentibus ad Zagrabiensem ecclesiam quoquomodo, nec eius occasione vel cuiuscumque alterius exaccionis de novo aliquod gravamen inducent ipsi vel aliquis ex eisdem quocumque ingenio vel colore; renunciantes omni iuri, quod eis in hac parte ex litteris regiis vel aliis competebat vel competere poterat quoquomodo. Item, quod villicus et cives predicti, tributum per suos subditos vel singulorum ex .eis de villis forensibus, salvis concivibus ipsorum exterius commorantibus, nobis ex coilacione regia debitum, facient semper plene persolvi nostris tributariis sicut per alios communi iure de banatu vel aliunde persolvitur vel debet persolvi; nec aliquem foreusem de cetero in detrimentum nostri tributi predicti assumpment in suum consorcium, racione dacii eis persolvendi vel aliter defendent a solvendo tributo. Item, quod hedificium sive domum positam per quemdam eorum concivem in area nostra, apud nostram turrim in Grech, facient ex nunc infra dies quindecim totaliter de ipsa area removeri, ita, quod ipsa area cum hedificiis ad nos pertinentibus ad presens libere ad nos pertinebit, salvo semper iure et libertate ecclesie nostre et civitatis predicte. Nos quoque loco premissorum omni iuri, quod habemus per regale privilegium in tributo filarschina vocato, cedimus et renunciamus ipsum tributum ipsis percipiendum more solito et debito perpetuo relinquentes. Et insuper in nostris territoris ubicumque per eorum concives vel habitatores vineas plantatas et alias eciam, super quibus aliquorum ex nobis litteras nedum nostras habent vel habuerunt et causaliter perdiderunt, dummodo de hoc constare possit legitime, permittimus libere possidere et specia-

liter in territorio nostro de Bukoucha. Litteras eciam nostras super premissis vineis singulis usque festum beati regis Stephani ordinate et iuste petentibus concedemus, in quarum tenoribus inseri faciemus, quod vineas huiusmodi legandi, vendendi, donandi et in eorum posteros transmittendi liberam habeant potestatem; qui vero huiusmddi litteras nostras non curaverint impetrare, eo ipso vineis, quas taliter per occupacionem vel rebellionem in preiudicium nostrum, ut predicitur, voluerint retinere absque nostrarum beneficio litterarum quandocumque, sint privati, que ad nostram disposicionem semper libere devolvantur. Preterea promittimus, quod nullas novitates contra libertatem ipsius civitatis inducemus, quum similiter villicus et commune sepedicti nobis promiserunt, quod nullas novitates contra nos et nostram ecclesiam inducent, nec contra nostram ecclesiam vel eius libertates aliquid novitatis facient quoquomodo, ymmo mutuo nos iuvabimus, videlicet ipsi villicus et communitas nos contra oppressores nostros quoscumque pro posse, et nos eosdem similiter domino adiuvante. In quorum premissorum testimonium presentibus sigillum nostrum duximus appendendum. Datum in festo beati Vitalis martiris, anno domini MCCCXXX. nono.

Original u arkivu grada Zagreba.
Visi vrvca svilena raznobojna, 'pečat otpao. Drugi primjerak u arkivu jugoslavenske akademije.
Tkalčić Mon. episcop. Zagrab. II. 136.—137.
Tkalčic Mon. civ. Zagrab. 1. 151.—lb2.

322.

1339, 1. maja. U **Mitroviei.**

Nikola ban malvanski piše kaptolu bosanskomu neka ustanovi medje posjeda kneza Berislava.

Amicis suis reverendis honorabili capitulo ecclesie Bozninsis, Nicolaus banus de Machou amiciciam cum honore paratam. Noverit vestra amicicia, quod iuxta continenciam priorum litterarum nostrarum prorogatoriarum, Gregorius filius Petri filii Kemyn in octavis beati Georgii martiris coram nobis comparendo contra Beryzlaum filium Mylota Sclavum personaliter astantem in figura iudiciaria proposuit eo modo, quod medietatem cuiusdam possessionis sue hereditarie Terpena vocate, in comitatu de Wolkou existentis, predictus Beryzlaus minus iuste detineret occupatarn. Cuius quidem detencionis causam, ipse idern uregorius

ab eodem Beryzlauo racionem exhiberi postulabat coram nobis dicendo, quod si ipse Beryzlaus de sua detencione in facto dicte medietatis possessionis racionem evidentem exhibere valeret, extunc et ipse sibi roboraret. Sin autem, tunc legem et iustitiam esse expectatus, prefatus autem Beryzlaus ex adverso respondens dixit, quod ea, que ipse de dicta possessione Terpenya possideret, cum instrumentis efficiacibus essent apud ipsum et in momento idem Beryzlaus exhibuit nobis litteras privilegiales sub sigillo capituli Bachyensis confectas, in quibus inter cetera conspeximus contineri, quod Demetrius, Andreas et Petrus filii Kemyn de Terpenya ex una parte, Beryzlaus fiiius Mylota de Bozna, gener eorundem ex altera coram eodem capitulo Bachyensi constituti, iidem filii Kemyn quandam particulam terre de porcione sua hereditaria in comitatu de Wolkou existentem, quam habent in possessione Terpenya nominata, a porcione Ipolyti et Johannis filiorum Lazarii per divisionem distincta et separata eisdem volentibus et permittentibus predicto generi suo Beryzlao per sororem ipsorum dedissent et donassent iure perpetuo possidendam, sicut in eisdem litteris privilegialibus dicti capituli Bachiensis seriem et cursum metarum eiusdem plenius poteritis intueri. Quocirca vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestros mittatis homines pro testimonio fidedignos, quibus presentibus Matheus filius Stephani filii Folberh, vel Martinus frater eiusdem, aut Georgius filius Samuelis, quos vel quem ex ipsis ipse Beryzlaus adducet. Item comes Thomas vicecomes de Wolkou, aut Mykael- filius Ladizlai de Werey, vel Andreas filius Andree de Fylgovar, quos vel quem ex ipsis antedictis Gregorius filius Petri adducere tenetur, homines nostri, in octavis nativitatis beati Johannis Baptiste nunc venturis ad laciem dicte possessionis Terpenya accedendo, convocatis vicinis et commetaneis. . . . . . . .presentibus ad dictam particulam terre, quam predicte littere privilegiales capituli Bachyensis exprimunt et declarant, iuxta seriem earundem litterarum privilegialium, quas quidem litteras privilegiales ipse Beryzlaus in prefixis octavis nativitatis beati Johannis Baptiste in facie ipsius possessionis Terpenya exhibere tenetur, et cursus metarum eiusdem particule terre reambulando legitime sub eisdem metis, que in eisdem litteris, que in eisdem litteris privilegialibus continentur, relinquent ipsi Beryzlao pacifice possidendam. Nichilominus provideant circumquaque et prospiciant, si ipse Beryzlaus ultra terminos ipsarum metarum aliquid vel aliquam particulam terre occupaverit, aut . . . fuerit de dicta possessione prenotata, et si ipsum Beryzlaum aliquid vel aliquam particulam ultra terminos ipsarum metarum occupasse invenerint, id vel illam quam ipse idem Beryzlaus ultra sive extra . . . . . metas occupaverat, statuant dicto Gregorio filio Petri pacifice possidendam. Tandem ipsius reambulacionis, statucionis et tocius processus seriem, qui ibi fient et aguntur, ad octavum diem octavarum nativitatis beati Johannis Baptiste seriose nobis in vestris Iitteris rescribere velitis. Datum in sancto Demetrio, termino prenotato, anno domini M°CCC°XXX° nono

Nagy Cod. dipl. patrius. V. 112.—114. Iz listine bosanskog kaptola od 3. jula 13S9. a ova se nalazi u lislini od 8. jula 1339.

Prepisao Ivan Nagy. Original na papiru, pečat na žutoj i svileno) vrvci, tt, arkivu Antuna Balogka u K. Somlyu u željezno] županiji.

323.

1339, 11. maja. U Višegradu.

Toma upravitelj kraljevskoga tavernikata potvrdjuje sporazum izmedju Zagreba i kaptola glede utjerivanja daća.

Nos Thomas voyvoda Transilvanus et comes de Zonuk, ac procurator officii magistratus tavarnicorum serenissimi principis Karoli dei gracia incliti regis Hungarie, memorie commendantes significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod honorabilibus viris domino Gregorio preposito ecclesie Chasmensis et magistro Benedicto archidiacono de Kemluk, pro capitulo ecclesie Zagrabiensis cum sufficientibus procuratoriis litteris eiusdem, et magistro Johanne filio Markus, cive montis Grecensis pro villico, iuratis et universis civibus de eadem cum litteris procuratoriis eorumdem civium in octavis festi beati Georgii martiris ad nostram accedentes presenciam mediantibus litteris regalibus procuratoriis, causalibus super quibusdam articulis causarum inter ipsum capitulum et prenominatos cives diucius ventilatis, in presencia regie maiestatis exhibuerunt nobis tenorem duarum litterarum prenominati capituli Zagrabiensis et iam dictorum civium Grecensium formam pacis et concordie unionem inter ipsos factam declarantes, petentes nos cum instancia, ut ipsam ordinacionem ratificare et tenorem ipsarum litterarum de verbo ad verbum rescribere et nostro privilegio, prout nostro iudiciario officio incumbit, confirmare deberemus. Quarum litterarum tenor talis est: *(Slijedi listina od 28. aprila 1339.)* Nos igitur, qui ex beneficio nostri iudiciarii officii discordantes tenemur admittere ad pacis unionem devenire et perpetua stabilitate ipsam pacem roborare, propter rei et ordinacionis perpetuam observanciam, ut inviolabilis perseveret dicta pacis reformacio, ad iustam peticipnem parcium prescriptam reformacionem pacis confirmandam, presentes litteras nostras privilegiales

cum nostro pendenti et autentico sigillo nostro duximus predictis partibus conferendas. Datum in Vyssegrad, feria tercia proxima ante festum penthecostes, anno domini MCCCXXX nono.

Lib. statut. capit. Zagrabien. part. IV. cap. XVII.
Tkalčić Mon. episcop. Zagrab. II. 137.
Tkalčić Mon. civ. Zagrab. I. 153.—154.

324.

1339, 13. maja. (U Djakovu).

Pred bosanskim kaptolom prodaje Stjepan iupan piliiki posjed Terdić za 25 maraka Stjepanu sinu Petra iz Dobrerijeke.

Capitulum ecclesie Boznensis omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium habituris[1] saluterh in domino sempi.ternam. Ad vniuersorum noticiam harum serie litterarum volumus peruenire, quod anno domini M°CCC°XXX° nono, feria quinta proxima post festum asscensionis eiusdem, magister Stephanus comes Pylysyensis et castellanus de Wyssegrad ad nostram personaliter accedens presenciam exhibuit nobis quasdam litteras patentes serenissimi principis domini nostri Karoli dei gracia incliti regis Hungarie anulari sigillo suo consignatas, non abrasas non cancellatas et nec in aiiqua sui parte viciatas hunc tenorem eontinentes: *(Slijedi darovnica kralja Karla od 11. aprila 1339.)* Qui quidem magister Stephanus totam predictam poss[essi]onem et possessionariam porciouem quondam prefatorum Nicolai et Pauli filiorum Mychaelis Therdych vocatam, in predicto comitatatu de Posaga existentem, et quaslibet alyas per pretactura dominum nostrum regem modo quo supra sibi traditas et donatas cum omnibus vtilitatibus et pertinenciis earum quouis nominis uocabulo vocitatis, specialiter vero cum quarta parte poss[essi]onis Dymynch dicte et quadam piscina Vnyhlew vocata iuxta piscinam seu stagnum Chernuch nuncupatum a parte australi adiacenti seu existenti et ad predictam possessionem Therdygh (!) vocatam pertinentibus, que similiter ipsorum filiorum Mychaelis, ut ipse magister Stephanus asseruit, fore extitissent, Stephano filio Petres de Dobrareka pro viginti et quinque marcis denariorum viennensium ab eodem plene, sicut dixit, receptis, se asseruit vendidisse in heredum heredes iure perpetuo et irreuocabiliter possidere, tenere pariter et habere, ymmo vendidit coram nobis ex consensu,. bona voluntate et permissione magistri Dominici filii Stephan"

[1] Nema »noticiam«.

dicti Cymba de Dubouch, Demetrii et Anthonii fiiiorum Demetrii de iuxta Zaua, ac Demetrii filii Petres de Orboua, vicinorum et commetaneorum eorundem poss[essi]onum personaliter astancium coram nobis vigore presencium mediante. Et si aliquis vel quicunque eundem Stephanum filium Petres racione predictarum poss[essi]onum processu temporis ordine iudiciario inpeteret vel inpetere attemptaret, idem magister Stephanus comes Pylysyensis tenebitur expedire et defendere prout, assumpsit, propriis laboribus et expensis. Cuius scilicet possessionis Therdygh appellate, vt predicti magister Dominicus, Demetrius et Anthonius ac Demetrius filius Petres nobis dixerunt, mete hoc ordine distinguntur: Prima meta incipit cuiusdam monticuli in latere a parte occidentali in meta terrea, que est angularis distingens terre filiorum Demetrii et terre castri de Orboua a terra Tuerdygh, inde progreditur iuxta dictam terram Orboua versus orientem, vadit ad quandam, foueam, de qua similiter ad eandem partem orientis eundo uenit ad fontem Chaizlokuta nuncupatum, deinde ad troncum arboris harasth, ab hinc flectendo ad meridiem venit ad rubum gerthyan, inde uadit ad angulum sylue Clacoche dicte, quam siluam separat ad occidentem vbi commetatur terre filiorum Bekus, deinde similiter ad meridiem uadit ad quoddam megye in quo sunt parue arbores cher et keurus dicte, exhinc descendit circa vineas in valle Roholchavelge vocatam(!) et per eandem vallem in bono spacio eundo peruenit ad fontem in eadem valle existentem, de quo per cursum aque de ipso fonte currentis eundo exit ipsam aquam, vaditque inter vineas asscendendo in collem uersus occidentem venit ad metam terream de qua directe eundo peruenit ad quandam paruam vallem, deinde ad quoddam potok Sauelgepotoka dictum, ab hmc ad eandem partem [ad] occidentem exit ipsum potok et asscendit inter vineas ad cacumen montis ad metam terream, que est angularis, distingit filiis Demetrii ab occidente et dicto castro Orboua a meridie ac terre Tuerdygh a septemtrione et distinguntur a terra dicti castri Orboua et tendit iuxta terram filiorum Demetrii antedictorum, quasi inter occidentem et septemtrionem ad metam terream et de illa tendit directe ad septemtrionem ad metam terream, inde ad metam lapideam de qua vadit quasi inter septemtrionem et orientem ad supradictam priorem metam ibique terminantur. In cuius rei testimonium firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras priuilegiales appensione sigilli nostri communitas. Datum die et anno domini prenotatis.

Original u kr. ugar. drhavnom arkivu u Budimpešti'.: M. O. 'D. L. no.. 33.588., — Stara signatura : N. R. A. fasc. 1508. no. 25.
"' Na lisiini visi zelena i crvena svilena ..vrvca bez pečata.

325.

1339, 23. maja. Na Hvaru.

Bogdan Dragoraić s Visa firodaje Stani sufiruzi Draška Vlahorića neke zemlje na Visu.

In dei nomine amen. Anni eiusdem millesimo trecentesimo trigessimo nono, indictione septima, die vigesimo tercio mensis madii, temporibus equidem illustris et magnifici domini domini Francisci Dandollo incliti ducis Veneciarum, ac venerabilis patris et domini domini fratris Luche dei et apostolice sedis gracia Farensis et Bracensis episcopi, et egregii et potentis viri domini Dardi Dolphino Farre et Brace honorabilis potestatis, suorumque iudicum Staxii Desisclaui, Petri Duarii et Danielis Gallecxe comunis Farre iudicum; in presencia infrascriptorum examinatorum Stanoy Saracen et Mixe Zoui. Bogdanus Dragoraych de Lixa habitator Jadre per se suosque heredes iure proprii et in perpetuum dedit, vendidit et tradidi.t Stane vxori Drassoci Vlachorich pro se suisque heredibus et dicto suo viro stipulanti, recipienti et ementi duas partes que sibi procedunt de vna parte terre laboratiue, et non laboratiue posite in Lixa in campo de Dracauapoie (!) in loco dicto ad sanctum Qementum(!), quam habet pro indiuisso cum Sclaua Vlachoua, et cui talles(!) dicuntur esse confines: A leuante heredes Sdelzi pro parte et pro parte heredes Dobrosclaui Andree, a transuersa heredes Palladini Chiffi, a meridie iura comunis; item terciam partem, que sibi procedit de vno casamento, quod habet. pro indiuisso cum amitta dicte vendi- tricis Sclauicha vxore Vlachi Quallimirich et cuius talles(!) dicuntur esse confines: A transuersa via comunis, a meridie Drasilo Stoyanicich dictus Curico, et si qui alii essent confines; et generaliter omnia alia sua bona ubicumque essent et reperiri possent et ad eum spectarent quacumque de causa in insula Lixe; ad habendum, tenendum, possidendum et quicquid sibi et suis heredibus deinceps placuerit perpetuo faciendum, cum omnibus et singulis que habet super se vel infra se seu intra se in integrum, omnique iure et actione, vsu seu requissitione sibi ex ea re aut ipsi modo aliquo pertinente. Pro precio et merchato librarum decem denariorum venetorum paruorum, quod precium confessus habuisse et recepisse fuit; exceptioni non habiti, non recepti dicti precii et omni alii auxilio omnino renuntians. Quam vendicionem proniixit(f) et se obligauit firmiter legiptime defendere, auctoricare et disbrigare ab omni. homine et vniuersitate sub pena quarti pluris valoris dictarum rerum vendictarum pene nomine, stipulatione promissa cum reffectione

dampnorum et expensarum et obligatione omnium suorum bonorum presencium et futurorum; que partes iurauerunt secundum formam statutorum. Dicta die Zubrianus Peruenich placarius comunis fecit cridam secundum formam statutorum, et quia nullus comparuit ad contradicendum, ideo presens instrumentum publicatum et roboratum fuit. Actum Fare in camera cancellarie, pressente dominus{!) Martino Desisclaui et Zubre Desisclaui, testibus vocatis et rogatis.

(Signum not.)

Ego Matheus de Mallarotis de Regio imperiali auctoritate notarius et nunc comunis iuratus cancellarius predictis omnibus interfui et rogatus scribere scripssi;

Origiual u kaptolskom arkivti oiskufiije a Hvam.

326.

1339, 24. maja. U Zagrebu.

Ladislav hiskufi zagrebački odredjuje oštre kazne firotiv nemarnika u svo/o/ diocesi.

Ladizlaus dei et apostolice sedis gracia Zagrabiensis episcopus -omnibus Christi fidelibus presencium noticiam habituris salutem in domino. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, <juod, quia crescente contumacia crescere debet et. pena et multi dei timore postposito, qui alias multa praua et grauia commiserunt mala malis non cessant cumulare propter eorum prauam et rapinam consuetam semper querentes Christi pauperes deuorare et suis factis turpibus maculare, non aduertentes miseri, quod ad mala, ad que alios inducunt .super eorum capita reuoluuntur prophetica scriptura attestante: Lacum «peruit et effodit et incidit in foueam quam fecit, conuertetur dolor ^ius in caput eius et in uerticem iniquitas descendet. Igitur ad talium reprehendendam maliciam, qui de commissis malis non dolent, set -eorum mentes suis vanis machinacionibus et incitacionibus wlnare (!) satagunt et per hec de eorum malicia glorientur dicente propheta, vt <le eorum malicia penam reportent condignam, licet in sacris canonibus •et aliis superiorum c-dinacionibus plenius habeantur, tamen ad eorum memoriam reuocando; statuimus, vt quicumque clericus uel laicus cuiuscumque preeminencie, con.dicionis uel status existat, insultum, tumultum, •concursum, violencias, irsidias, sediciones,' conspiraciones, congregaciones fraudulentas et conuenticula ac iniqua consilia in habitaciones eciam

nostras irruentes, falsas sugestiones in fora proclamando et incitaciones ad premissa et quelibet premissorum consilium, auxilium uel fauorem in nostri status dedecus et obprobrium, dampnum et iniuriam deliberate contra nos uel nostram ecclesiam nostrosque familiares fidelesque quoscumque incitare, commouere, disponere, suadere quoquo modo presumpserit (I), preter ulcionem diuinam, quam reddet iustus iudex vnicuique secundum eorum demerita, quia et opera eorum secuntur eos in quibus premissis et singulis premissorum, penam, excomunicacionis ipso facto incurrant, et de hiis de quibus nos absoluere possemus, per nostros vicarios uel alios absolui non possint, nisi de nostro mandato satisfactione prius exhibita speciali. Quemlibet eciam talium possessionatum in nostra temporali iurisdictione existentem, possessione et possessionibus priuamus et priuatum in hiis scriptis denunciamus, nec non vniuersos tam possessionatos quam alios penam, quam iuxta promissionem ipsorum de episcopatu trium prouinciarum nostrarum nobis sponte licet inplicite factam ipso facto incurrisse denunciamus, similiter in hiis scriptis nostro tamen episcopali foro conuenientem. Adicimus eciam insuper, quod omnes tam clerici quam Iaici quacumque dignitate seu honore prefulgeant, qui rapinas seu spolia facto, consilio uel fauore in possessionibus seu tenutis nostre Zagrabiensis ecclesie comiserint, vel qui congregaciones absque nostro consensu seu consilio per fora proclamare fecerint, nec non quicumque nobis et nostre ecclesie honoribus taliter malignantibus ho^pitalitatem seu communionem quamlibet fraudulentam exhibuerint, vigore presentis constitucionis nostre penis subiaceant suprascriptis, nec de ipsis nisi modo premisso beneficium absolucionis mereantur obtinere. Presentes autern nostras constituciones sigilli nostn munimine roboratas ad maiorem rei euidenciam, et ut contra ipsas nulla possit ab iniquis ignorancia allegari, foribus ecclesiarum affigi volumus et mandamus Datum et actum in castro nostro de Iwang, feria quarta proxima post dominicam iudica, anno domini MCCCXXX^{0} quinto. Preterea licet quantum ad aliquam reuocauimus hanc constitucionem preter clerum tamen quantum ad laicos in toto et in omnibus suis clausulis volumus obseruari. lnsuper adiciendo statuimus, quod nullus incendiarius, voluntarius homicida, periurus et raptor siue uiolentus inuasor bonorum ecclesie Zagrabiensis possit per quoscumque absolui in hiis partibus, nisi a sede Romana aut cui specialiter comiserimus, et si dicta sentencia alligatus aliquis decesserit, ex presentis nostre constitucionis vigore volumus statuendo, vt ecclesiastica careat sepultura, quicumque uero quemlibet talium absoluerit, indignacionem dei omnipotentes et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius incurrat et nos contra tales absoiuentes per censuram ecciesiasticam procedemus aucto-

ritate eciam ordinaria et papali nobis commissa; mandabimus eciam per illum hanc sentenciam excomunicacionis publicari et proferri, cui per litteras apostolicas est iniunctum. Vobis autem fratribus nostris capitulo Zagrabiensi et Chasmensi nec non vniuersis plebanis, rectoribus ecclesiarum et plebium nostre diocesis, ad quos presentes peruenerint in uirtute sancte obediencie firmiter precipiendo mandamus, quatenus hanc nostram constitucionem presentem foribus ecclesiarum uestrarum pro maiori euidencia affigi faciatis. Datum et actum Zagrabie in domo nostra episcopali, XXIIII. die mensis maii. anno domini MCCCXXX^{0} nono.

Iz kodeksa: Liber privil. ep. Zag. list. 72.
Kodeks u ark. nadb. u Zagrebu. I. B. IX. 167.

327.

1339, 31. maja. U Avignonu.

Pa-pa Benedikt XII. odredjuje, da imanja samostana rogovskoga izvan gradske patrijarHje ne spadaju neposredno pod papu.

Benedictus episcopus seruus seruorum dei dilecto filio Martino abbati monasterii sanctorum Cosme et Damiani de Monte ordinis sancti Benedicti Jadrensis dioecesis salutem et apostolicam benedictionem. Olim felicis recordationis lohannes papa XXII. predecessor noster certis rationabilibus causis inductus ecclesias collegiatas et monasteria in prouintia Gradensi tunc uacantia et in antea uacatura prouisioni et ordinationi apostolice reseruauit. Licet igitur archiepiscopatus Jadrensis eiusque prouintia de patriarchatu Gradensi dicantur existere, nos tamen certis causis inducti auctoritate presentium declaramus huiusmodi reseruationem predecessoris eiusdem ad tuum monasterium seu ad alia benefitia extra prouintiam propriam Gradensem existentia non extendi; volumus tamen, quod illa, que tam per nos quam per predecessorem eundem uigore reseruationis eiusdem alias ordinata uel habita extiterunt, plenam habeant firmitatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre declarationis et uoluntatis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri .et Pauli. apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Auinione, II. kalendas iunii, pontificatus nostri anno quinto.

Original u gubernial. arkivu u Zadru, odio samostana rogovskoga no. 58.

Vrvca i pečat su otpali.

Na hrptu suvremena glagoljska bilješka:

»Ovo je, da se nema pačati žarhibiskup u. . . . . . .«

328.

1339, 2. juna. U Hvaru.

Nikola Manucić monak, istu-pa iz benediktinskoga samostana sv. Nikole na Visu.

In dei nomine amen. Anno eiusdem millesimo trecentesimo trigessimo nono, indictione septima, die secundo mensis iunii, temporibus equidem illustris et magnifici domini domini Francisci Dandollo incliti ducis Veneciarum, ac venerabilis patris et domini domini fratris Luche dei et apostolice sedis gratia Farensis et Brazensis episcopi, et egregii et potentis viri domini Dardi Delphyno Farre et Brace honorabilis potestatis, suorumque iudicum Stanoy Andree, Draghomani Jacxe et Vitallis Bogdani comunis Farre iudicum. Religiosus vir frater Nicholaus Manucich monachus, ut dicebat monasterii sancti Nicholai de Lixa ordinis sancti Benedicti, in presencia mei notarii et testium infrascriptorum constitutuš, ih presencia venerabilis patris et domini domini fratris Luche dei gratia Farre et Brace episcopi dixit et exposuit, quod, cum non potuit cum sua consolatione tam spirituali quam eciam corporali in prefacto monasterio commorari, petiuit pluries et instanter a domino fratre Johanne abbate prefacti monasterii, quod absolueret ipsum a iugo, honere et vinculo quibus sibi et dicto monasterio, ut dicebat, erat obligatus, et quod cumcederet (!) sibi licenciam, quod eligeret sibi aliud monasterium predicti ordinis, vbi possit cum sua consolatione spirituali et temporali Christo et beato Benedicto vberius deseruire. Et qui dominus frater Johannes abbas prefactus(f) in hac parte suam petitionem duxit admittendam, sicut ex litteris eiusdem abbatis euidenter ostendebat. Propter quod dictus frater Nicholaus renunciauit dicto monasterio et omni suo iuri, si quod in dicto monasterio habere videbatur vel habere poterat aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto in manibus dicti domini abbatis et monachorum monasterii supradicti et hoc in presenda domini episcopi supradicti. Actum Farre in episcopali curia, presentibus dominis fratre Anselmo de Cataro, Johanne archidiacono Farense(l), Nausdranno Zoui et Sclauogosto Prodani, teštibus vocatis et rogatis ad predicta.

Original u arkivu kaptola u Hvaru.

229.

1339, 5. juna. U Zadru.

Stjepan de Rasol prodaje Ivanu de Sloradis veliku kuću u Zadru u mjestu zvanom Malpello.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo nono, indictione septima, die quinto mensis iunii, Jadre. Tempore domini Francischi Dandullo incliti ducis Venecie, et venerabilis patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, ac domini Donati Contareni honorabilis comitis. Stephanus condam Mauri de Rasol ciuis Jadre per se et suos heredes et successores ex certa sciencia non per errorem ex causa uendictionis ante solutionem precii sibi factam, dedit, cessit, transtullit et" mandauit Johanni filio Barthe condam Petri de Sloradis ciui Jadre ementi et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus omnia- iura et actiones reales et personales, utiles et directas, ciuiles et naturales et omnes alias, que uel quas habet uel habere poterat in toto uno hospicio, quod olim fuit Barthe patris predicti Johannis posito in ciuitate Jadrensi in loco uocato Malpello cum sua curia et omnibus suis iuribus et pertinenciis iuxta hos confines: De austro est hospitium Jacobi Gregorii de Sloradis, de quirina est hospitium Grisogoni de Gramaco, de borea et trauersa sunt uie publice; virtute cuiusdam publici empcionis instrumenti anno incarnacionis domini millesimo trecentesimo trigesimo secundo, indictione quinta decima, die uigesimo quinto mensis madii, manu Mauri de Cosiga Jadrensis notarii facto. Quod quidem empcionis instrumentum eidem Johanni tradidit et dedit et ibidem et presentia mei notarii et testium subscriptorum, et hec omnia de consensu et uoluntate predicti Barthi cuius dictum fuit hospitium et domine Nicolotte eiusdem Barthi uxoris ibidem presentis, uolentis et consentientis ac asentientis dicto Stephano, quod dicta cedat iura Johanni predicto per modum in presenti instrumento contentum. Constituens eum procuratorem in rem suam et ponens ipsum in locum suum ita, quod ad(I) modo suo nomine ualeat actionibus utillibus et directis aduersus predictos Barthe et dictam dominam Nicollottam eius uxorem et eorum heredes et in ipsorum bonis nomine [et] occasione dicti emptionis instrumenti, possessionem ipsius hospicii aprehendere, agere, experiri, excipere, replicare, consequi et se tueri et petere dictum hospitium, penam, dampnum et expensas ac interesse et bona obligata dictorum Barthi et domine Nicolotte et omnia et singula facere que ad modum ipse poterat; et pacissens(l) atque conueniens, quod nulli

alii actenus cessit iura predicta et quod tempore huius contractus uere possessor erat instrumenti emptionis pretaxati. Nec non promittens per se et suos heredes et successores solempni stipulatione dicto Johanni pro se et suis heredibus et successoribus stipulanti et recipienti dictam cessionem et omnia et singula supra et infrascripta firma et rata habere •ef tenere et non contrafacere uel uenire de iure uel de facto; hoc pacto inter eos expresse aposito, videlicet, quod dictus Stephanus dicta iura et actiones non teneatur defendere nec etiam excalumpniare, nisi si 'dicta iura et actiones uel pars ipsorurh fofent obligata ex aliquo contractu uel obligatione facta a dictb Stephano liel crii esset uel diceretur "esse ius aliquid acquisitum iri"etf ex persona dicti Stephani uel eiiis occasionis in istis talibus casibus'beiie tenetuf ad excalumpniandum et deferišandum, ih aliis uefo ribri. Si uero apparuerit ipsum actenus alteri dicta iura cessisse aut'dicti emptionis instrumenti pbssessorerii huius contractus tempore non fuisse, uel si non defenderit, ut dictum est, et birinia et singiila in boc contractu contenta non obseruauerit auf'In aliquo contrauerierit, promisit eidem persoluere atque 'dare quartum infrascripti precii nomine pene stipulate iri singulis capitulis huius ćontractus irisolidum promisse; qua soluta uel rion,' prediota omnia et singula supra et infrascripta firma perdurent; iterri reficere et restitriere sibi bmnia 'dampna et expensas ac iriteresse litis et extra, obligandb pro hiis omnibus et singulis obseruaridis omnia sua bona. Prb precio quoque et no'mine precii eiusdefn cessionis ipsis iuribus et ačtionibus prirhb cessis confessus fuit et coritentus dictus Stephanus' se a dicto Johanne habuisse et recepisse centum libras denariorum venetorurn paruorum in bona usuali et legali moneta, exceptiohi sibi non dati'et non soluti dict precii, doli siue causa et in factum et omni alri legum et iurium auxiiio et omnibus statutis, prouisionibus, reformationibus, ordiriamentis et consuetudinibus ciuitatis Jadfe pro eo in aliquo faćieritibuš "bmnino 'renunCians. Actum • est hoc et firrriatiifri presentibus Damiario cbndam Pauli de Begria et Nicblao condam Volceria de Martinussio, ciuibiis Jađre'tes'•fibus ad'hec'uocat'iš'et rogatiset aliiš." '

(Drtigi rukopis.) '•

"' ' f Egb Grisogbnus condam Michaelis de Faffogna iudex exaniinator eXafninaui. * .. '

(Siifnum not.)

-" Ego Jacobuš "čondarri * Bbnacursi de ' Fbfliuio imperiali auctoritate ndtafius et Jadfensis iuratus predictis orrinibus presens fui et rogatus šcripsi et publicaui et sighum 'meu'm' 'aposui consuetum.

o: *o^Original' u: -arkivu grofova Begna u Posedarju. P. Ш. 69.*

330.

1339, 11. juna. U Avig-nonu.

Benedlkt XII. -papa odredjuje, da se Salju na opće nauke i Franjevci ugarske i slavenske narodnosti.

Benedictus episcopus servus servorum dei dilecto filio abbati monasterii sancte Mariae de Toplica Zagrabiensis dioecesis salutem et apostolicam benedictionem. Dilectis filiis ministris, custodibus et gardianis(!) fratrum ordinis Minorum per regnum Ungariae constitutis. . .

Si fructus ex operibus vestris recolentes in conspectu domini colligere cupitis ad salutem, illius yestigiis, qui perfecta diligens opera non est personarum acceptor, vos circa ea, que vestris incumbunt officiis, convenit, quantum patitur humana fragilitas, inhaerere. Sane perlatum est fide dignis relatibus ad nostri apostolatus auditum, quod licet in conventibus fratrum ordinis Minorum solicitudinis vestiae curae commissis multi fratres praedicti ordinis de Ungarica et Sclavonica nationibus sint docibiles et idonei ad mittendum secundum ordinationem per nos dudum factam et statuta ipsius ordinis ad studia generalia pro scientiis acquirendis, vos tamen, ad fratres ipsius ordinis nationis Theutonicae singularem praetendentes affectum, eos ordinatis frequenter ad ipsa mittendos studia, praedictis fratribus de Ungarica et Sclavonica praelibatis nationibus, ut praemittitur idoneis, postpositis et omissis. Cum autem ecclesiae ac ordinis supradicti honori et sinceritati expedire credatur admodum, quod fratres eiusdem ordinis de praefatis Ungarica et Sclavonica nationibus sacra imbuti existant scientia, qui tam litteraliter quam vulgariter in eorum lingua sciant proponere verbum dei seque murum defensiohis pro domo dei apponere ascendere molientibus ex adverso, discretionem vestrarn monemus, requirimus et [in] domino attentius exhortamur, vobis nihilominus in virtute obedientiae per apostolica scripta districtius iniungendo mandantes, quatenus habentes super hiis prae oculis solum deum absque personarum acceptione, sed aequaliter, prout secundum deum et idoneitatem ipsorum faciendum fuerit, fratres ipsos de memoratis nationibus, qui ad haec iuxta ordinationes et statuta praedicta reperti fuerint, ut praefertur, idonei, mitti de cetero ad dicta studia ordinetis; in praemissis et circa ea taliter vos gerentes, quod divina et apostolicae sedis indignatione vitata ex puritate commissae vobis solicitudinis perennis acquiratis mercedis praemium apud deum; t pro certo scituri, quod, si nobis et sedi eidem innotuerit scienter vel malitiose deinceps secus super hiis vos habere, praeterire non poterimus,

quominus providere de opportunis remediis, prout ad id nos cogit apostolicae servitutis officium, procuremus. Datum Avinione, III. idus iunii, anno quinto.

In eo modo. Dilectis filiis ministris, custodibus et gardianis fratrum ordinis Minorum per Sclavoniam constitutis.

Eubel Bullarium Franciscanum Tom. VI. 70. nr. 113.

331.

1339, 3. jula. (U Djakovu).

Kaptol bosanski pregleda i ustanovljuje medje zemlje kneza Berislava u Trpinji.

Magnifico viro et potenti domino Nicolao bano de Machou capitulum ecclesie Boznensis inclinacionem cum sumpna reverencia et honore. Litteras. vestre honestatis recepimus in hec verba: *(Slijedi listina. bana Nikole kaptolu bpsanskomu od 1. maja g 1339.).* Nos itaque uestris peticionibus satisfacere cupientes cum prefatis Andrea filio Andree de Fylgovar, ex parte Gregorii filii Petri; item Martino filio Stephani filii Folbert(!) ex parte memorati Beryzlai filii Mylota, hominibus vestris nostros homines, videlicet magistrum Andream socium et concanonicum nostrum et Demetrium sacerdotem nostri chori ad premissa exsequenda pro testimonio transmisimus. Qui demum ad nos reversi, nobis concorditer retulerunt, quod ipsi in predictis octavis nativitatis beati Johannis Baptiste proxime preteritis convocatis vicinis et commetaneis ad faciem dicte possessionis Terpenya vocate accedendo, partibus utrisque presentibus, antedictam particulam terre, quam predicte littere privilegiales capituli ecclesie Bachyensis exprimunt et" declarant, iuxta seriem earundem litterarum privilegialium, quas quidem litteras privilegiales ipse Beryzlaus in ipsis octavis nativitatis beati Johannis Baptiste in facie ipsius possessionis coram ipsis exhibuisset, et previdendo circumcumque ac prospicientes, si ipse Beryzlaus ultra terminos ipsarum metarum aliquod vel aliquam partem occupasset aut usus fuisset, fideliter reambulare incoassent, quod incipiendo a prima meta a parte occidentali a quadam arbore piri deinde processissent versus orientem ad arborem bozfa, abhinc iuxta demonstracionem prefati privilegii venissent ad quandam viam . et ultra illam viam esset meta terrea. Inde per eandem viam processissent versus aquilonem per quandam vallem et esset ibi meta terrea, posthec asscendissent per quendam collem ad metam terream, deinde

processissent ubi ipsum privilegium nominat tres arbores harazfa et metam terream, et dum ibi pervenissent, invenissent metam terream et dumos harazfas; deinde processissent versus septemtrionem ubi ipsum privilegium nominat duas arbores harazt et in medio earum metam terream, et dum ibi pervenissent, invenissent dumos harazfa metam vero peraratam. Inde procedendo pervenissent, ubi ipsum privilegium nominat fossatum, fenetum et metam terream, et dum ibi pervenissent, fossatum non apparuisset, metam vero et fenetum reperissent, deinde iuxta declaracionem ipsius privilegii processissent et ipsum fenetum pertransissent et eundo pervenissent ad metam terream, post hec eundo contra orientem pervenissent ad duas metas terreas, quarum una separaret terram Thome de Palagar, alia vero terram filiorum Kemyn. Abhinc processissent ad occidentem circa eundem fenetum et eundo abhinc pertransiret seu exiret ipsum fenetum et eundo circa silvam venissent ubi ipsum privilegium nominat tres arbores, et dum ibi pervenissent, duas arbores magnas invenissent et terciam abcisam. Inde processissent versus meridiem circa ipsam silvam et eundo ad campum pervenissent ad tres metas terreas. Abhinc ad viam, ad dumum gymulchin versus diluculum, dum per silvam processissent Johannes filius Vachkan vice et nomine magistri Mykaelis de sancto Mykaele domini sui ipsos non a reambulacione sed a statucione prohibuisset, pretendens talem racionem, quod prefatus Mykael dominus suus et Beryzlaus prenominatus essent in lite racione metarum ipsius silve et quod possessio Pachynta vocata ad dominum regem pertineret; deinde procedendo pervenissent ad quandam arborem curuam ad metam terream. Inde procedendo pervenissent ad priorem metam. Et quia nihi! invenissent extra terminos sive extra metas dicti privilegii ipsius Beryzlai, ideo ipsi Gregorio filio Petri nihil statuere potuissent, sed que invenissent intra metas dicti privilegii, sicut superjus expressum est, reliquissent et-statuissent prefato Berizlao pacifice possidendum. Datum sabato proximo post octavas nativitatis beati Ioannis Baptiste prenotatas, anno domini M°CCCmoXXXmo nono.

Iz originalnog sudbenog prijepisa Nikole bana Mačvanskoga od 8. jvla 1339. u knjižnici narodnog muzeja u Budimpešti d. 1339.; darovao ga Imre Nagv g. 1885.

Nagy Cod. dipl. V., 112.—115.

332.

1339, 2. jula. U Zadru.

Radoj sin Ivanov stanovnik zadarski dozvoljava svcjem susjedu Radoslavu, da načini na njegovom zemljištu konao za vodu kisnicu-

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo nono, indictione septima, die tercio mensis iulii, Jadre. Tempore domini Francischi DanduIIo incliti ducis Venecie, et venerabilis patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, ac domini Donati Contareni honorabilis comitis. Radoy capellarius condam Iuuani habitator Jadre habens unam suam domum positam Jadre in confinio ecciesie sancti Siluestri de Batutis, et Radoslauus zapator condam Petri ortolani dompni Damiani plebani ecclesie sanctorum Cosme et Damiani de Penna, habens etiam unam suam domum iuxta dicti Radoi domum; dictusque Radoi amore uicinantie dedit licenciam et concessit etiam de speciali gratia dicto Radoslauo, quod unam dutiam seu canale causa conducendi aquam pluvialem possit adherere seu apodiare parieti domus ipsius Radoi, qui est inter domum ipsius et domum dicti Radoslaui ita et taliter, quod nullo modo per apodiationem dicte dutie seu canaiis paries nec domus ipsius Radoi ledatur, iniurietur uel dampnum facetur(I), et si dampnum facetur, teneatur dictus Radoslauus sic eam duciam(I) seu canale actare seu actari facere, quod non iniuriet, noceat uel dampnificet; quod si dictus Radoslauus non actaret seu actari non posset taliter, quod non iniuriet nec dampnificet, teneatur ipsam dutiam seu canale de loco eleuare et tantum distare seu cessare a domo dicti Radoi, quod nullo modo eum iniuriet, noceat uel dampnificet. Que omnia et singula promiserunt uicissim, scilicet unus alteri ad inuicem per se et suos heredes et sucessores (!) solempni stipulatione firma et rata habere, tenere, obseruare et adimplere et non contrafacere uel uenire aliqua causa, ratione uel ingenio, de iure uel de facto, sub pena quinque solidorum denariorum uenetorum grossorum inter eos ad inuicem, quotiens contrafactum fuerit stipulatione firmata; et pena soluta uel non, nichilominus presens contractus in sua permaneat firmitate; et refectione dampnorum et expensarum litis et extra; obligantes uicissim, scilicet unus alteri ad inuicem pro predictis omnibus et singulis obseruandis omnia sua bona. Actum est hoc et firmatum presentibus Andrea de Sloradis et Francischo condam Barthe de Grisogonis, ciuibus Jadre, testibus ad hec uocatis et rogatis et aiiis.

(Drugi rukopis).

f Ego Gregorius Vrzy(!) examinator manum missi.

(Signum not.)

Ego Jacobus condam Bonacursi de Forliuio inperiaii auctoritate notarius et Jadrensis iuratus predictis omnibus presens fui et rogatus scripsi et publicaui et signum meum aposui consuetum.

Original u ark. samostana sv. Marije u Zadru. a. 1339.

333.

1339, 8. jula, U Mitroviei.

Nikola ban mačvanski i iupan srijemski, bačvanski, vukovski i baranjski dosudjuje knezu Berislavu sinu Milotinu na temelju statucije kaptolu bosanskoga zemlje u Trpmju.

Nos Nicolaus banus de Machou, comes Syrimiensis, Bachyensis, de Wolkou et de Baranya et per excellentissimum principem dominum Karolum dei gracia illustrem regem Hungarie iudex in eisdem, in per^ sona sua regia deputatus memorie commendantes significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod cum Gregorius filius Pelri filii Kemyn, legem regni observando, comitem Beryzlaum Sclavum filium Mylota, homine nostro mediante et testimonio honorabilis capituli ecclesie sancti Irinei martiris contra se ad nostrarn citari fecisset presenciam et ipsa causa coram nobis vertens, diversis prorogacionum cautelis intervenientibus, de termino ad terminum extitisset protelata et demum ad octauas festi beati Georgii martiris in anno domini M°CCC°XXX° nono per nos peremptorie prorogata, ipsisque octavis festi beati Georgii succedentibus iam dictis Gregorio filio Petri ut actore ab una, parte vero ex altera comite Beryzlao filio Mylota in nostri presencia personaliter constitutis. Cumque nos auditis et perceptis proposicionibus ipsius Gregorii filii Petri contra prenominatum comitem Beryzlaum obiectis, videlicet infrascriptis, honorabili capitulo ecclesie Boznensis amicabiliter scripsissemus modo inferius declarato. Idemque capitulum ad octavum diem octavarum festi nativitatis beati Johannis Baptiste immediate sequentis nobis rescripsit in hec verba: *(Slijedt listina bosanskoga kaptola banu Nikoli od 3. jula 1339.)* Nos itaque unacum nobilibus regni nobiscum in prefixo octavo die octavorum festi nativitatis beati Johannis Baptiste in iudicio consedentibus, visa et percepta veritate et iusticia ipsius comitis Beryzlai ac tenore predictarum litterarum capituli Boznensis memorati [lejcto et intellecto, prenotatam particulam terre in dicta possessione Terpenya et in dicto comitatu de

Wolkou habitam et existentem cum universis utilitatibus et pertinenciis ad eandem spectantibus sub metis et limitibus tam in prioribus litteris privilegialibus memorati capituli Bachyensis, nunc iterato per eundem comitem Beryzlaum coram nobis exhibitis, quamque in dictis litteris capituli Boznensis contentis et insertis, eidem comiti Beryzlao et per eum suis heredibus, heredumque suorum successoribus, de plenitudine et auctoritate nostre iudiciarie potestatis adiudicauimus et adiudicamus, nec non confirmamus perpetuo et irrevocabiliter tenere, possidere et habere, tenore et vigore presencium mediante. Ipsi vero Gregorio filio Kemyn, qui nunc similiter coram nobis personaliter astabat et in nullo racionabiliter contradicere potuit et suis posteritatibus de iam dicta particula terre silencium sempiternum duximus imponendum. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras privilegiales eidem comiti Beryzlao et [suis posteris duximus conjcedendas. D[atum in sjancto Demetrio, octavo die octavarum festi nativitatis beati Johannis Baptiste predictarum, anno domini M°CCC°XXX° nono.

Original u knpžnici narodn. muzeja u Buđimpešti, a. 1339.; poklonio ga Mirko Nagy g. 1885.
Na listini vidi se trag, gdje je visio pečat.
Nagv Cod. dipl. patrius. V. p. 111.—116.

334.

1339, 12. jula. U Senju.

Tumpa sin Draškov od plemena Vuković iz Gacke dariva dvije kuće u Senju za uzdržavanje crkve sv. Marije, koju je sam sagradio.

In nomine domini amen. Anno domini millesimo trecentesimo trigesimo nono, indictione septima, die duodecima mensis iulii, temporibus equidem domini Kfaroli] dei gracia serenissimi regis Hungarie, venerabilis patris domini fratris Johannis eadem gracia episcopi Segniensis, magnificorum virorum et dominorum Duymi et Bartholomei Vegle comitum et ciuitatis Segnie perpetuorum potestatum, Rumse vicecomitis, Dimini et Stephani iudicum civitatis eiusdem Segnie, in loco fratrum Minorum de Segnia presentibus Johanne filio domini Marini Boys ciue Veneto, Dessano nauclerio filio condam Mali, ciue Segniensi, Marcolino filio condam domini ser Fossalonga, ciue Veneto, testibus ad hec specialiter uocatis et rogatis. Ibique ser Tumpa filius condam Draschi de genere Uulcouig de Geccha per se et suos heredes pro salute anime sue et predecessorum

suorum ac pro salute animarum omnium heredum suorum descendencium ab eo, dedit, tradidit atque donauit nomine iure simplicis et irreuocabilis donacionis, que dicitur inter uiuos ad conseruacionem, usum et augmentum ecclesie, quam ipse fecit edificari [et] construi ad honorem et reuerenciam beate Marie semper virginis matris Christi prope ecclesiam loci fratrum Minorum de Segnia, duas suas domos siue staciones contiguas in ciuitate Segniensi positas prope domos episcopatus Segnie a duabus partibus et prope domum, que olim fuit Yfse Mladssetig, que nunc est Stane uxoris Dessizi filii condam Radouani Diminothouig; ab aliis uero partibus sunt vie publice, ,vel si qua sunt alia latera ueriora; insuper cum pro luminaria dicte ecclesie et pro substentacione unius capellani, quem fratres Minores debent eligere, ut in eadem ecclesia continue debeat diuina officia celebrare, tam in uita sua quam post suam mortem dare et dari facere promisit annuatim certam vini, frugum, olei et carnium quantitatem, sicut de hoc quodam publico instrumento scripto manu presbiteri Nicolini Corbo de Verona asseruit latius contineri. Ideo, ne dicta ipsius promissio futuris temporibus irritetur, pro recompensacione et satisfactione promissionis predicte nomine pure simplicis et irreuocabilis donacionis, que dicitur inter uiuos, dedit, tradidit atque donauit predicte ecclesie, quandam suam domum, que olim fuit filiorum domini Coradi de portu de Veneciis, posita in ciuitate Segniensi prope domum Dimine uxoris Marci Subich, et prope uias publicas ab aliis partibus, tali condicione interposita et adiecta, quod ipse Tumpa procuratorio nomine ipsius ecclesie sibi usque ad vitam suam dictarum domorum possessionem et dominium reseruauit, volens dictas domos locare nomine ipsius ecclesie, et de pensione ipsarum tam pro luminaria et substentacione capellani predicti, ut sibi videbitur prouidere; post mortem vero ipsius Tumpe voluit, quod omni excepcione et occasione sublata dicte domus libere et sine contradictione aliqua deveniant in procuratorem fratrum Minorum de Segnia, qui pro tempore fuerit, qui procurator cum voluntate, consilio et consensu guardiani dicti loci fratrum Minorum de Segnia, qui tunc temporis fuerit, dictas domos habere, tenere, possidere, fractualitatem et pensionem recipere debeat in utilitatem dicte ecclesie et substentacionem capellani ipsius ecclesie, ut premittitur, conuertendam, saluo et reseruato, quod de pensione ipsarum domorum ipse domus et quelibet earum, quandocunque et quociescunque necesse fuerit, reparentur. Voluit insuper idem Tumpa et specialiter ordinauit, quod ex ipsis domibus uel ex aliqua ipsarum nulla possit in futurum per fratres dicti ordinis aut per eorum procuratorem, vel per aliquos alios, qui haberent in huiusmodi potestatem, fieri vendicio, donacio, permutacio, obligatio, promissio siue aliqua alia con-

dicio instrui, quibus ipse domus uel earum aliqua, aut earum redditus in aliut(!) quam in utilitatem dicte culesie et capellani substentacionem uel necessitatem aliqualiter conuertantur; quod si secus factum vel attentatum fuerit per fratres aut procuratores uel per aliquos alios, qui haberent in huiusmodi potestatem, ipso facto ille uel illa domus, que sublata uel sublate fuerint ab obsequio supradicto, deueniat uel deueniant in heredes aut successores uel posteros dicti Tumpe, qui teneant continue possessionem dictarum domorum aut domus sic alienatarum uel alienate pro anima dicti Tumpe ad suum beneplacitum dispensare; promittens idem Tumpa per se et suos heredes michi Beuenuto notario infrascripto tanquam persone publice recipienti, uice et nomine dicte ecclesie sancte Marie et omnium quorum interest uel poterit interesse, predictam donacionem, promissionem, tradicionem et omnia et singula superscripta perpetuo firma et rata habere et tenere, obseruare et adimplere et non contrafacere uel uenire per se uel aliqua racione uel causa de iure uel de facto, et ipsam donacionem ingratitudine uel causa aliqua nullo tempore mutare sub pena trecentarum librarum denariorum venetorum paruorum in singulis capitulis huius contractus insolidum stipulatione promissa et refectione omnium dampnorum, expensarum et interesse Ktis et extra et obligacione omnum suorum bonorum presencium et futurorum, pena quoque predicta soluta uel non, rata et firma semper maneant omnia et singula suprascripta.

(Drugi rukopis).

Ego iudex BartoIIus filius iudicis Moysis examinator manum misi.

Et ego Beuenutus condam Venimbene imperiali auctoritate et communis Segnie iuratus notarius predictis omnibus, ut supra legitur, interfui, scripsi et publicaui.

(Signum not.)

JVa hrptu bilješka XV. vijeka: »Carta de domibus condam vicecomitis Tumpe«.

Original u arkivu samostana na Trsatu.

335.

1339, 27. jula. U Budimu.

Kaptol budimski. izvješčuje kralju Karlu Robertu na njegovu zapovijed o posjedima Nikole Treutula u županiji vukovskoj.

Excellentissimo principi domino Karolo, dei gracia illustri regi Hungarie, domino suo metuendo capitulum ecclesie Budensis oraciones ih domino debitas ac deuotas. Literas vestre excellencie honore quo decuit noveritis nos recepisse in hec verba: Karolus, dei gracia rex Hungarie, fidelibus suis capitulo ecclesie Budensis salutem et graciam. Dicit nobis magister Nicolaus dictus Treutul, comes Posoniensis, quod metas possessionum suarum Nyuna, Zelyche et Sunisnicha vocatarum in comitatu[1] de Walko existencium metarum -reambulacione, distinccione et šeparacione ex parte possessionum venerabilis ih Christo patris, domini Laurencii episcopi ecclesie Boznensis et capituli eiusdem plurimum indigeret, super quo fidelitati" vesfre firmiter precipiend6i mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro festimonio fidedignum, quo presente Thomas de Granycha vel Thomas filius Kupse, altero absente, homo noster ad facies earumdem possessionum aćceđehdo vicinis et ćommetaneis earundem legitime illuc cotiuocatis et presentibus distingat et separet easdem ex parte possessionum dicti domini Laurencii episcopi et capituli ecclesie antedicte, reambulatasque et distinctas relinquat eiderh magistro Nicolao dicto Treutul, eo iure, quo ad ipsum dignoscuntur pertinere perpetuo possidendas, si non fuerit cintradictum; contradictores vero, si qui fueriat contra dictum magistrum Nicoiauhi in nostram citet presenciam ad terminurh competehtem. Et post hec seriem ipsius reambulaciohis et distinccionis cum čursibus metarum, vel si necesse fuerit nominibus contradictorum et citatorumcum termino assignato nobis fideliter rescribatis. Datum in Wyssegfad, feria secunda proxima post Octavas festi penthecostes, anno domini M°CCC°XXX° nono. Nos igitur vestris preceptis et mandatis fideliter obtemperantes, ut tenemur, cum Thoma de Granycha homine vestro predicto discretum viram dominum Petrum sacerdotem chori ecclesie nostre pro testimonio fidedignum ad premissa fideliter exsequenda duximus destinandum. Qui demum exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi feria tercia proxima ante festum nativitatis beati Johannis Baptiste proxime nunc preteritum, ad facies prememoratarum possessionum Nywna(!), Zelyche et Sunisnicha[1] dicti magistri Nicolai accessissent, vicinis et

[1] Pisano: Gunisnicha.

commetaneis earundem legitime illuc convocatis, specialiter predictum dominum Laurencium episcopum et capitulum dicte Bosnensis [ecclesie],[1] pro quo quidem capitulo magister Bene concanonicus eiusdem ecclesie comparuisset cum litteris veris dicti capituli et presentibus (!), reambulatasque et a parte possessionum dictorum domini Laurencii episcopi et capituli distinctas et separatas reliquissent eidem magistro Nicolao dicto Treutul, eo iure, quo ad ipsum pertinere dignoscitur perpetuo possidendas penitus, nullo contradictore existente. Prima meta incipit a quadam arbore populi narfa,[2] que a parte aquilonarii(l) possessiones filiorum Bor, a parte vero orientali possessiones dictorum domini episcopi et capituli et a parte vero occidentali possessiones prelibati magistri Nicolai prefatas separat et distingit, deinde procedendo versus partem meridionalem • ad unum spacium per terras arabiles pervenit ad arborem fyzfa, sub qua sunt putei lutosi pro meta habiti, qui a parte orientali possessiones dominorum episcopi et capituli, a parte vero occidentali possessiones eiusdem magistri Nicolai separat, et abhinc versus eandem plagam devenit ad unam parvam vallem et per eandem vallem usque ad divisionem eiusdem vallis parvum fiectendo ad silvam, et per eandem silvam procedendo versus eandem plagam meridionalem et transeundo ipsam silvam pervenit ad terras arabiles et in eisdem terris arabilibus declinat se ad partem occidentalem, devenit ad unam magnam viam et per eandem viam ad unum locum lutosum vulgariter kalista vocatum, abinde vero procedendo pervenit ad unum aruk, ubi ipsa via transit ipsum aruk et pervenit ad unam parvam vallem, ubi dimittendo ipsam viam per eandem vallem pervenif ad aquam Breznicha vocatam, et transeundo ipsam aquam pervenit ad unum nemus et in eodem nemore prope ipsam aquam ad arborem zylfa cruce signatam, et abhinc protenditur ad unam semitam, et per eandem ascendendo in montem parvum versus partem meridionalem devenit ad arbores fagum cruce signatas et condividen[s m]ontem sepe per arbores fagum cruce signatas ad longum spacium iendo (I) et descendendo ipsam (!) montem parvum tendendo ad partem meridionalem devenit [ad][3] arbores fagum cruce signatas, et deinde ad aliam arborem tiulfa(!) cruce signatam, abhinc ad unam arborem populi nyarfa [in] portu aque Surusnicha vocate, in qua est f[er]um absconditum, et ibidem cadit ad eandem aquam Surusnicha nominatam, transeundo ipsam aquam pervenit ad unum puteum, deinde vero ascendendo aBum montem, venit ad ruynas terre, et abhinc ad unam viam [et per] eandem viam pervenit ad arbores

[1] Očito manjka.
[2] Pisano: sarfa.
[3] Očito manika.

tyulfa cruce signatas, et per eandem viam sepe ad partem occidentalem per beerch per multas arbores cruce signatas, deinde ad arborem bykfa similiter cruce signatam, et per ipsum beerch pervenit ad unam foveam Ka .... vocatam et a parte dextera ad arbores cruce signatas et deinde ad arbores fagum per se stantes cruce signatas, et abhinc pervenit ad arborem bykfa cruce signatam, deinde vero ad unum lacum Barazta vocatum pervenit ad metas possessionum Kendrewpaka [voca]tarum, et sic per cursus metarum premissas possessiones iamdicti magistri Nicolai Treutul, Neuna, Zelche(!) et Sunisnicha[1], exparte possessionum sepedicti domini Laurencii episcopi et capituli ecclesie Boznensis distingendo separasset. Datum feria tercia proxima post festum beati Jfacobi] apostoli, anno vt supra.

Iz originalne potvrde kralja Ljudevita od 1. januara 1366. u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. uo. 3236. — Stara .signatura: N. R. A. fasc. 251. no. 23.
Nagy Cod. dipl. Andeg. III. 585.—587.

336.

1339, 8. augusta. U Zadru.

Marin de Piloso archidjakon i Krešo Grobonja zamjenj'uju neke svoje zemije na otohu wgljanu.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem miilesimo trecentesimo trigesimo nono, indictione septima, die octauo mensis augusti Jadre. Tempore domini Francischi Da[n]dullo incliti ducis Venecie, et venerabilis patris domini Nicolai de Matafaro decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, ac domini Donati Contareni honorabilis comitis. Dominus Marinus de Piloso, archidiaconus Jadrensis, dedit, tradidit et permutauit Cressio filio Criste de Grobogna, ciui Jadre, circha(f) nouem gognaios terraticorum ita, quod si plus uel minus esse reperirentur, sit dicti Cressii, positos in Giglano, quibus hos dixit esse confines: De borea es uinea Jacobi Petri de Georgio, de trauersa uinea Crisce de Grobogna et de quirina uinee, que fuerunt Candi de Ragno et de borea uinea dicti Cressii, ut ipse et eius heredes et successores illos habeat, teneat et possideat et ex eis quicquid uoluerit faciat, cum orrmibus et singulis suis iuribus et pertinenciis et que sibi de iure uel consuetuđine conpetunt et conpetere debent et quorum ad accipientis debet comodum

[1] Pisano: Gunisnisha.

pertinere. Et e conftrarioj dictus Cressius eodem. mod.o in cambium dicto domino Marino dedit, tradidit et permutauit circha quatuor gognaios terraticorum ita, quod si plus uel minus esse reperirentur, sit dictl domini Marini, positos i Giglano, quibus hos dixit ..esse cpnfines: De austro et trauersa sunt uie publice, de borea uinea Grisoli de Plisa et de quirina partim tgrra Nicolai de Sgagpo, partim terra presbiteri Vulceni et partim terra Stephanelli barberii, ut ipse et eius heredes et successores illos habeat, teneat et possideat et ex eis quicquid uoluerit faciat, cum omnibus e.t singulis suis iuribus et pertinenciis et que sibi de iure uel consuetudine conpetunt et conpetere debent, et quorum ad accipientem(l) debet comodum pertinere. Verum est eo, quod pars supradicta quam dictus dominus Marinus dicto Cressio dedit et permutauit dictus Cressius pro melioramento et aditione dicte partis dedit, soluit et numerauit dicto domino Marino viginti Iibras denariorum uenetorum paruorum, quas dictus dominus Marinus confessus fuit et contentus se a dicto Cressio in bona, usuali et legali moneta habuisse et recepisse. Qui supradicti contrahentes, scilicet dominus Marinus ex una parte, et Cressius ex altera, uidelicet unaqueque pars alterius partis nomine rem a se permutatam, constitutam possidere, donec unaqueque pars rei permutate possessionem acceperit corporalem, quam accipiendi sua auctoritate et retinendi deinceps altera alteri ad inuicem licenciam omnimodam dedit,. promittentes dicti contrahentes uicissim, scilicet vnus alteri ad inuicem solempniter stipulantes per se et suos heredes et successores, litem, questionem aut controuersiam de rebus a se permutatis ullo tempore non inferre nec inferenti consentire, sed unaqueque pars alteri ad inuicem res a se permutatas tam in proprietate quam in possessione ei et suis. heredibus et successoribus ab omni homine et persona legittime defendere et excalumpniare in ratione, et predictam permutationem et omnia et singula supra et infrascripta perpetuo firma et rata habere, tenere,. obseruare et adimplere et ad inuicem non contrafacere uel uenire per se uel alium seu alios aliqua causa, ratione uel ingenio, de iure uel de facto, sub pena quarti rei petite inter eos ad inuicem quotiens contrafactum fuerit stipulatione premissa; et ea soluta uel non, rata maneant. omnia et singula in presenti contractu contenta; item reficere et restituere una pars alteri ad inuicem omnia et singula dampna et expensas a'c interesse litis et extra, pro quibus omnibus et singulis obseruandis. obligauit una pars alteri ad inuicem omnia sua bona. Ceterum uoluerunt dicte partes, quod de predictis omnibus et singulis duo unius et eiusdem tenoris conficerentur publica instrumenta, unum instrumentum uidelicet unicuique partium ipsarum tradendo. Actum est hoc et firmatum pre-

•;entibus (^uue condam Laurentii de Jaia et Johanne condam Dobri de Caixonis, ciuibus Jadre, testibus ad hec uocatis et rogatis, et aliis.

(Dru^i rukopis).

f Ego Gregorius Detrizy' examinator manum misi.

(Signum not.)

Ego Jacobus condam Bonacursi de Forliuio, inperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus, predictis omnibus presens fui et rogatus scripsi et publicaui et signum meum aposui consuetum.

Original u gubernial. arkivu u Zadru, odio samosiana sv. Nikole no. 173.

337.

1339, 8. augusta. U Dubrovniku.

Dubrovatkoj općini piše kralj srpski Stjepan, da je s Domanfom Menčetičem u Nerodimlfu ućinio obračun i da fe sve u redu pronasao.

Anno domini mille trecento trigesimo nono, indictione septima, die octauo mensis augusti. Hoc est exemplum unius litere scripte in slavenesco misse pro parte dommi Stephani dei gracia regis Raxie comiti et comuni Ragusii per Marinum Debela de Antibaro reducta in latino de mandato domini comitis et sui minoris consilii, cuius tenor talis est, que quidem litera scripta in slavonesco est hic aposita.

Al hoptimo consanguineo de reame Philippo Belegno conte de Ragusa et iudici, consilieri e a tuta la tera de Ragusa, che sapie, come lo. reame se fato rason con Domagna de Mence e co so fradeli del facto de arcenti de reame a uno logo a nome Nerodimle ali annum domini mille IIICXXXVIIH e trova li lo reame de tuto imaculati e per so le fece gratia, che da co no abia che far nesun per essi, ne che non se impaciasse per la cagion sovradicta, che li trova in tuto iusti, in fine al die danchoi et per questa iustitia trovata in loro lo reame si a facta gratia et pouellia, che sie franchi et li a mando uno gentile homo de reame Marino Beiich a ce . . . . . nara integro, adonque 50 che parlera a vostra presenca credete li. Nico de Bucha fe fare questa lictera.

In qua quidem Iictera est scriptum licteris rubeis in fine ipsius: Stepan cral. Qui Marinus in presentia domini (comitis) et sui minoris consilii retulit

[1] U listini od 3. jula »Vrzy«.

se ita imposuisse dominus rex referre eidem domino comiti, consulibus et comuni Ragusii, ut in predicta lictera continetur.

Diversa notariae knjiga g. 1339.—1341. u dubrovačkom arkivu. Pucic Spom. srp. II br. 65, 46.

338.

1339, 10. augusta. U Zadru.

Antonije sin Nikolin iz Senja obvezuje se, da će ftlatih 9 dukata Petru gradjamnu zadarskom za kuftljene janjeće koie.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo nono, indicione septima, die decimo augusti, Jadre. Temporibus equidem domini Francisci Dandulo inoliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolay de Matafarro decretorum doctoris, Jaderensis (!) archiepiscopi, ac domini Donati Contareno egregii comitis. Fateor per hoc presens instrumentum ego Anthonius condam Nicolay de Trento habitator Segniam(!), quomodo emi et habui a te Petro condam Pauli de Carlasario ciue Jadre pelles agnelinas ducentas et triginta tres pro ducatis nouem auri. Quos ego dictus Anthonius per me meosque heredes et successores me obligo et promitto tibi dicto Petro tuisque heredibus et successoribus dare et soluere hic in Jadra saluas in terra absque omni periculo usque quindecim dies proxime ventos(!) sub pena quarti et omnium expensarum, quas in curia uel extra feceris ac[1] de causa super[2] me et omnia bona mea presencia et futura, et pena soluta uel non, presens tamen instrumentum firmum sit ubique locorum et in Ancona, Flumine, Segnia et Obrouec omni excepcione remota. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatit testibus, scilicet (Joyllo Blasi de Curtisia et Stephano barberi condam Francisci de Carbono, Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Grisogonus Petri de Gramago iudex examinator manum missi.

Ego Michael Leonardi imperiaii auctoritate notarius et Jaderensis iuratus interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Signum not.)

Original u arkivu sv. Marije u Zadrn.

[1] mjesto : hac.
[2] od »super« do »futura* pisano dva puta.

339.

1339, 11. augusta. U Senju.

Podžupan Rumša i brat mu sudac Bartol daruju knjeginji Elizabeti kuću u Dolcu.

In dei nomine amen. Anno domini millesimo trecentesimo trigesimo nono, indictione septima, die undecimo mensis augusti. Temporibus equidem domini Kfaroli] dei gracia serenissimi regis Hungarie, et venerabilis patris, domini fratris Johannis eadem gracia episcopi Segniensis, magnificorumque virorum dominorum Duymi et Bartholomei Vegle comitum et ciuitatis Segnie perpetuorum potestatum, Rumse vicecom'tis, Jacobi, Miclaus et Bartholi iudicum ciuitatis eiusdem. Actum Segnie in uia publica prope crucem uiarum, presentibus Cannulo olim iudice Segnie filio condam Rigardi, Petro filio condam Stephanac, Radouano condam Pinesatii, ciuibus Segnie testibus ad hec specialiter uocatis et rogatis. Ibique Rumsa vicecomes et Bartholus iudex Segnie supradicti filii vicecomitis Dauidi, pro graciis habendis et beneficiis, que ipsi receperunt ab inclita domina, domina Elisabeth Vegle, Modrus et Posege comitissa consorte domini comitis Duymi supradicti, per se et per suos heredes dedeiunt, tradiderunt et donauerunt nomine pure, simplicis et irreuocabilis donacionis, que dicitur inter uiuos, prefate domine comitisse Elyzabet, quandam eorum terram uacuam cum domo murata, posita super ipsorum terram, que terra posita est in districtu ciuitatis Segnie, in loco qui dictus Dolgi prope uineam que olim fuit Georgii Gercafcig et prope terram vacuam que olim fuit domini Paulini (Janis, que vinea et terra nunc sunt domini Dauidi, et prope vineam que olim fuit Pribislaui Delimerouig et prope uineam dicte domine comitisse Elizabeth, que olim fuit domine uxoris Marci de Berberio a parte inferiori vel si qui alii sunt confines, ad habendum, tenendum, possidendum, uendendum, donandum, alienandum,' pro anima et corpore indicandum et quicquid eidem rlomine Elyzabeth deinceps placuerit perpetuo faciendum, cum accessibus et egressibus suis in viam publicam et cum omnibus et singulis proprietatibus, utilitatibus et pertinentiis omnique alio iure suo ad dictas terram et domum spectantibus seu pertinentibus quoquomodo; promittentes dicti Rumsa et Bartholus per se et suos heredes michi Beuenuto notario infrascripto, tanquam persone publice, nomine dicte domine Elyzabet et pro ea et eius heredibus recipienti et stipulanti, ei vel eius heredibus de dictis terra et domo, litem, molestiam vel questionem ei vei eius heredibus ullo tempore non inferre nec inferrenti consentire, set dictam

domum et terram ei et suis heredibus ab omni et qualibet persona et universitate legitime defendere, discalumpniare et modis omnibus disbrigare ac ipsam donationem et omnia et singula in hoc contractu contenta perpetuo firma et rata habere, tenere et non contrafacere vel venire per se vel alium loco sui aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto, et ipsam donationem ingratitudine vel causa aliqua nullo tempore reuocare sub pena ducentarum librarum denariorum venetorum, prout in singulis capitulis huius contractus in solidum stipulatione promisisa et refectione omnium dampnorum expensarum et interesse litis et extra et obligatione omnium suorum bonorum; cuius pene medietas curie, coram qua fieret quescio de premissis, et alia medietas dicte domine Elyzabet deueniat; pena quoque predicta soluta vel non, rata et firma maneant omnia et singula suprascripta.

(Drugi rukopis).

Ego David vicecomes examinator manum misi et hoc instrumentum confirmo.

Et ego Beuenutus condam Venimbene imperiali auctoritate et communis Segnie iuratus notarius predictis omnibus ut supra legitime rogatus interfui, scripsi et publicaui.

(Signum not.)

Archiv Senien. no. 2. F. — Original u arkivu samostana u Trsatu.

340.

1339, 16. augusta. D Zadru.

Jakov Ramčič prodaje s dozvolom samostana sv. Krševana Hranku sinu Radoslavljevu vinograd u Bokanu.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo nono, indictione septima, die quinto decimo mensis augusti, Jadre. Tempore domini Francisci Dandulo incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gratia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Donati Contareni egregii comitis. Ego Jacobus Stoicech[1] Jadrensis, conssenciente huic uendicioni reuerendo uiro domino fratre Johanne abbate monasterii sancti Grisogoni de Jadra, uendo tibi Chranac condam Radoslaui Jadrensi totam unam meam vineam gognaiorum circa duorum positam ad puteum Boccano super terram predicti monasterii; que reddit eidem monasterio quartum pro terratico tocius reditus et fructus exinde conducti ad sanctum Jaeobum ultra portum Jadre annuatim; vt deinceps de dicta vinea cum omnibus suis pertinenciis et iuribus tu dictus emptor facere possis tuum uelle sicut de tuo proprio, iure dicti monasterii predicto et omni alio secundum consuetudines et statuta Jadre et secundum instrumenta et iure dicti monasterii semper saluo. Precio cuius uendicionis ego predictus uenditor recepi a te dicto emptore libras triginta duas denariorum paruorum; promittens ego dictus uenditor per me meosque heredes et successores dictam vineam cum omnibus suis pertinenciis et iuribus excalumpniare in ratione ab omni persona super me et bonis meis omnibus. Cui vinee de austro est vinea heredum Francisci quidem marinarii, de borea vinea Hobradi . . . super terram dicti monasterii, de trauersa terra monasterii sancti Demetrii et de quirina vinea Maragi condam Dminoslaui in terra eiusdem monasterii sancti Demetrii. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Stoissa condam Stanislaui et Georgio Billimeroni, Jadrensibus et aliis.

[1] U priiepisu XV. vij. Ramcich u originalu teško čitljivo.

(Drugi rukopis).

Ego Volcina Guidonis de Matafaro iudex examinator manum misi.

(Signum not.)

Et ego Blasius Michaelis Leonardi iinperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo meo et nomine roboraui.

Originai u gubern. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana: Kap. V. no. 64.

341.

1339, 24. augusta. U Ninu.

Braća Voj'in, Vladoje itd. od plemena Kačić daju Stanku sinu Henčevom zemlju, da nasadi vinograd.

In nomine dei eterni amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo nono, indicione septima, die vigessimo quarto mensis augusti. Temporibus illustris domini Francisci Dandulo incliti ducis Venecie, et venerabilis patris domini Johannis Nonesis episcopi, ac egregii viri domini Pauli Lauredani honorabilis comitis, None. Voinus, Vladoius, Budislauus et Mladosfitus fratres, filii olim Percouig de gene^ ratione Cacich per se et suos heredes et successores dederunt et con-

tuierunt Stancho filio Henci pro se et suis heredibus et successoribus recipienti duos goniayos terre eorum proprie ad vineam plantandam, positos in loco qui decitur Butinna, cui de trauerssa est terra Budoi Dmincig, ex austro est vinea ecclesie sancte Marie, ex meridie est terra dicte ecclesie sancte Marie et ex borea est vinea Sclauogosti Saracinich. Tali pacto et condicione, quod, ut a modo dictus Stanchus dictam terram debeat percomplere, pastinare usque ad unum annum proximum, alioquin tota plantula dictis fratribus debeat remanere; et quando completa erit pastinarpis], tunc ipsam bene debeat laborare, videlicet bis ligonicare et semel podare annuatim et dictis fratribus dare, tradere et assignare in vinea quartam partem de toto vino eius et iructibus ex ea prouenientibus. Quam terram dicti fratres promiserunt dicto Stancho discalumpniare et defensare in ratione in perpetuum super se et omnia bona ipsorum presentia et futura. Qua propter liceat dicto Stancho predictam terram plantatam tenere, gaudere, possidere et usufructuare quam diu capita siue vites durabunt; et si aliquo tempore uendere uoluerit, non nisi ipsis fratribus uendere debeat, si emere uoluerint pro tanto precio quantum ab aliis habere potuerit, quod si non, tunc uendat ualorem suum siue iura sua cuicumque uoluerit, saluis semper iuribus ipsorum fratrum. Item per pactum uoluerunt et consencierunt ambe partes, quod prima uice in qua non ligonicabit bis in anno dictam terram, quod tunc dictus Stanchus debeat dare et assignare dictis fratribus medietatem de toto vino eius et fructibus ex ea prouenientibus,. si uero secunda uice similiter non ligonicabit bis dictam terram in anno, tunc totam terram plantatam cum omnibus fructibus debeat libere remanere dictis fratribus iure proprio et in perpetuum contradictione aliqua non obstante. Actum est hoc et firmatum in can.ceilaria comunis, presentibus ser Tholimero Johannis et ser Milgosta(l) Stephani nunc indicibus et Biualdi Stephani, testibus uocatis et rogatis et aliis pluribus, omnibus ciuibus None.

(Drugi rukopis).

Ego Tolimirus Johannis nunc iudex et examinator manum misi.

Et ego Egidus Symonis de Ripatranssi ex apostolica et imperiali auctoritate iudex ordinarius et None publicus et nunc iuratus cancellarius ciuitatis None predictis omnibus interfui et rogatus scripsi et publicaui et meum signum posui consuetum.

(Signum not.)

Original u guber. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Dominika no. 1060.

342.

1339, 5. septembra. U Trogiru.

Odluka gradskoga vijeća trogirskoga glede punomoćnika pred pafiom u parnici s biskupom Liberijem.

In Christi nomine amen. Anno domini 1339,, indfictione][1], regnante domino Karulo serenissimo rege Hungarie, et magnifico et excelso domino domino Francisco Dandulo dei gratia Venetorum inclito duce, et tempore regiminis nobilis et sapientis viri domini Philippi de Molino honorabilis comitis Tragurii, suorumque iudicum nobilium dominorum Nicole Mathei Dobre, Doymi Stephani, Doymi Marini Andree et Andree Gregorii Lucii. Ommisso nomine episcopi causam dantis secundum reformationem communis Tragurii, die dominico, quinto septembris. In pleno et generali consilio communis vniuersitatis et hominum ac singularium personarum de Tragurio ad sonum campane vocibusque preconum more solito congregato mandato dicti domini comitis et sue curie de octo, videlicet iudices et consiliarios communis Tragurii in quo consilio fuerunt infrascripti, qui fuerunt et sunt vltra numerum deputatum et deliberatum secundum formam statuti communis Tragurii, videlicet domini Nicola Mathei Dobre, Doymus Stephani, Doymus Martini Andree et Andreas Gregorii iudices, et Maurus Mense consiliarius, vacantibus duobus consiliariis et alio quarto absente, et Casoptus Nicole, Gregorius Salinguerre, Antonius Doymi, Nicola Simonis, Dessa Ioannis Lucii, Vincentius Ampleuxi, Michael Stephani, Desse Palmote, Gregorius Matei, Elias Menxe Gausius Stoisce, Nicola Cipriani, Gausius Desse, Dobrolus Matei, Petrus Susi, Marcus Georgii, Georgius Biuize, Petrus Matei, Thoma Stephani, Grubessa Canoci, Luce Mathei Luci, Doymus Michael, Dessa Marini, Doymus Pasque, Micoe Mathei Lucii, Matheus Doymi, Meze Iulle, Jaxa Iuanche, Petracha Stephani, Lompre Cortesie, Fredericus Mathei Lucii, loannes Doymi, Nicola Starez, Ioannes Marini Gausegne, Gausegna Castrafoci, Damianus Desse Vischi, Micoe Mathei Cludi et Luxa loannis Lucii et Ioannes Desse, qui representant totum corpus ciuitatis; dictus dominus comes vna cum sua curia de octo, et dictis consiliariis in dicto consilio existentibus, et ipsi consiliarii vna cum dicto domino comite et dicta curia predictum vnanimiter et concorditer nemine discrepante facientes pro se nomine et vice dicte communis, vniuersitatis et hominum ac singularum personarum de Tragurio, non intendentes. propter hoc reuocare nobiles viros dominos Ioannem domini Petri canonicum Tragurii et Gausignam domini Stoyse Suazich ciues Tragurii, sindicos et

[1] Broj indikcije otpao.

procuratores constitutos per ipsos commune et homines in Romana curia contra infrascriptum episcopum Tragurii nec alterum ipsorum, nec mandatum ipsorum, nec aliquos alios suos et dicte vniuersitatis et hominum, ac singularum personarum de Tragurio sindicos et procuratores, sed potius refirmando eos et quemlibet ipsorum in totum, et suum mandatum et omnia, que per ipsos procuratores et sindicos et per alterum ipsorum facta et dicta sunt hucusque in curia Romana, et alibi contra dominum episcopum infrascriptum, fecerunt, constituerunt et ordinauerunt nobilem virum Stephanum filium nobilis viri domini Michaelis Stephani de Tragurio absentem tamquam presentem, suum et dicti communis, vniuersitatis et hominum ac singularum personarum de Tragurio insimul cum predictis dominis Ioanne et Gausio certum nuncium, missum, procuratorem et sindicum et actorem specialiter in causa, vel causis, quam, vel quas habent, vel habituri sunt cum quacumque persona ecclesiastica, vel seculari, coram quocumque iudice ecclesiastico, vel seculari, et specialiter in causa, vel causis, quam, vel quas habent, vel habituri sunt cum venerabili patre Lampridio episcopo Tragurii super quadam appellatione tam nuper eorum nomine per nobilem virum dominum Fredericum quondam domini Mathei Lucii interiecta coram ipso domino episcopo ad dominum nostrum papam, procuratorio et sindico nomine predicti communis, vniuersitatis et hominum ac singularum personarum de Tragurio ad prosequendum omnium appellationem huiusmodi et omnia et singuk contenta in ea coram dicto domino nostro papa, vel eius auditore, vel auditoribus, seu iudicibus datis, vel delegandis seu deputatis, vel deputandis ab ipso, ad libellum offerendum, dandum, seu recipie.ndum, super premissis et aliis quibuscumque ad agendum et defendendum pro predictis excipiendum et replicandum, litem contestandum, dilata etc. promittentes etc. Actum in palatio communis Tragurii, presentibus testibus rragistro Jacobo medico de Padua salariato communis Tragurii, Superancio Raynalducii de Cingulo notario salariato communis Tragurii, Alberto apotecario quondam Francisci de Mediolano salariato communis Tragurii, Benuenuto filio magistri Nicolai doctoris. gramatice de Vincentia salariato communis Tragurii, Sigifredi Cerdone quondam Henrici de Vincentia et statiante Tragurii, et Pustreco precone communis Tragurii, omnibus habitatoribus ciuitatis Tragurii ad hoc specialiter vocatis et rogatis, et Petro Mathei Lucii examinatori.

Ego Guillermus etc.

Lucius Memorie di Traii 235.—236.
Farlati III. sacr. IV. 378.—379.

343.

1339, 6. septembra. U Zagrebu.

Heremite sv. Pavla priznaju, da je zemlja Tupal, koju su om neko vrijeme posjedovali svojina kaptola zagrebaćkoga.

Venerabiiibus viris, dominis suis, capitulo Zagrabiensis ecclesie, frater Petrus prior provincialis fratrum sancti Pauli primi heremite, ordinis beati Augustini, in regno Hungarie, oracionum suffragium devotarum. Ouamvis ab aliquibus annis ex benignitate regia prior et fratres nostri ordinis de Zagrabia possederint quandam insulam cum terra Tupal vocata, circa portum domini regis super Zauam, prope Zagrabiam constitutam; visis tamen ecclesie vestre privilegiis, reperimus, quod ipsa insula cum terra predicta sibi adiacenti non poterat apropriari nostri ordinis domui predicte ex largicione regali vel alterius cuiuscumque, quoniam ipsius proprietatem ad vestram ecclesiam et ad vos invenimus pertinere. Quare ipsam insulam cum terra predicta de consensu fratrum nostrorum pure et simpliciter vestre disposicioni relinquimus, renunciantes omni iuri, quod insula et terra predicta potuisset conpetere nobis vel nostro ordini ex privilegiis regalibus vel aliis quibuscumque, nostris conscienciis cosulentes. In cuius rei testimonium presentibus sigillum nostri prioratus predicti duximus apponendum. Datum in domo nostri ordinis de Zagrabia, ante festum nativitatis beate virginis secunda feria, anno domini MCCCXXX nono.

Liber stat. cap. Zagrab. p. IV. cap. XX.
Tkalčić Mon. episcop. Zagrab. II. 139.
Tkalčić Mon. civ. Zagrab. I. 154.

344.

1339, 13. septembra. U Zadru.

Lucia udova Rigonova cini svoju oporuku..

In Christi nomine amen. Anno mcarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo tricesimo nono, indictione septima, die tercio decimo mensis setenbris(l), Jadre. Tempore domini Francischi Dandullo incliti ducis'Venecie, et venerabilis patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, ac domini Donati Contareni honorabilis

comitis. Lucia vxor olim Rigonis maserarii ac filia condam Viti marangoni habitatrix Jadre per dei graciam mente et sensu sana, licet corpore languens nolens ab intestato decedere, habens ut dixit et asseruit in bonis valencia a centum libris infra, suarum rerum et bonorum dispositionem per presens testamentum nuncupatum facere procurauit in hunc modum, quod quidem tale est: Ad omnia et singula infrascripta exequenda et executioni mandata suos fideiiussores esse uoluit, constituit et ordinauit, uidelicet Maram uxorem Frane eiusdem testatricis comatrem et Cernullum Johannis Dobrossci. In primis reliquid(l) de bonis per dictos suos comissarios dandis et soluendis presbitero Johanni ecclesie sancte Anastasie condam Mercandini paterno suo quadraginta soldos denariorum paruorum pro anima sua; item reliquid de bonis suis domine sorori Scamcige filie Johannis de Botadeo moniali monasterii sancte Marie monialium quatuor libras denariorum paruorum pro anima sua; item reliquid supradicte Mare sue comissarie eius comatri iure legati vnam suam gonellam nouam coloris nigri et unam suam quarnachiam ueterem etiam coloris nigri; item voluit et ordinauit, quod dicti sui comissarii post ipsius obitum teneantur et debeant totam suam massariam et bona mobillia uendere et de ipsa pecunia supradicta legata soluere, totum uero residuum uoluit, quod dicti sui comissarii teneantur et debeant per ecclesias Jadre ubi eis melius uidebitur distribuere pro eius anima. ln omnibus autem aliis suis, que est una domus tamen posita Jadre super terenum monasterii sancti Grisogoni, quia nichil in bonis habeat plus, supradictam Maram comissariam suam eius comatrem sibi uniuersalem heredem instituit tali namque condictione et pacto, uidelicet, quod ipsa Mara toto tempore sue uite possit eam tenere, gaudere et usufructuare, in obitu uero suo possit et ei liceat in suo testamento prout sibi melius placuerit eam ordinare et relinquere, quod uendatur et pecunia pro anima sua et dicte testatricis expendatur et destribuatur, dans et concedens dictis suis comissariis illam plenam et liberam potestatem et auctoritatem, quam aliqui ueri et legittimi comissarii alicuius uel aliquorum habent et habere possunt in curia et extra curiam omnimode agendi, petendi, defendendi et respondendi, libellum dandi et recipiendi, de calumpnia et ueritate dicendi, in eius animam iurandi et cuiuslibet alterius generis iuramentum prestandi, aduocatum tolendi, sentenciam petendi et audiendi, alegationes et protestationes quaslibet faciendi. appellandi et appelationes ac protestationes, si opus fuerit, prosequendi et generaliter omnia et singula faciendi, gerendi et exercendi, que circha(!) predicta et predictorum quolibet fuerint neccessaria et oportuna secundum consuetudines et statuta Jadre, et que ipsamet viuens facere posset. Et hanc suam ultimam uoluntatem asseruit esse uelle, quam

ualere uoluit iure testamenti; quod si iure testamenti non ualeret, ualeat saltem iure codicilorum et cuiuscumque alterius ultime uoluntatis quo melius ualere potest et tenere. Actum est hoc et firmatum presentibus presbitero Phylippo ecclesie sancti Petri noui de platea Jadrensi, et presbitero Marcho eiusdem ecclesie, testibus ad hec uocatis et a dicta testatrice rogatis et aliis.

(Signum not.)

Ego Jacobus condam Bonacursi de Forliuio imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus predictis omnibus presens fui et rogatus a dicta testatrice scripsi et publicaui et signum meum aposui consuetum.

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana: Kaps. XV. no. 307.

345.

1339, 14. septembra. U Zagrebu.

Kaptol zagrebački ftoklanja Heremitima sv. Pavla zemlju lupal.

Capitulum Zagrabiensis ecclesie, omnibus Christi fidelibus presencium noticiam habituris, salutem in domino sempiternam. Licet excellentissimi principes, clare memorie reges Hungarie, ceterique fideles Christi eciam divina inspiracione tacti, nostram ecclesiam multis libertatibus, redditibus et possessionibus dotaverint, ut ex hiis conpetentem sustentacionem habentes pro eorum salute preces ad dominum fundere essemus continue obligati, non inconveniens tamen reputamus, si de nobis collatis huiusmodi faciamus pro posse participes viros religiososj deo devotos, eadem racione. Quapropter nostre ecclesie et nostram possessionem sive insulam cum terra dicta Tupal, ultra et circa fluvium Zaue ad portum regis dictum, prope Zagrabiam adiacentem et existentem cum omnibus suis utilitatibus et pertinenciis, terris, pratis, silvis, piscariis et aliis quibuscumque ob reverenciam dei et eius matris virginis gloriose, donamus et confirmamus in hiis scriptis ecclesie eiusdem virginis benedicte fratrum Heremitarum, ordinis sancti Augustini de Zagrabia ad usum pripris et fratrum in eadem ecclesia deo famulancium, sub suis metis et terminis antiquis perpetuo tenendam, possidendam et habendam, reservantes tamen nostre ecclesie et nobis conpetens directum dominium in eadem insula et terra ac eciam infrascripta: P,rimo, videlicet fidelltatem debitam ac iudicia sanguinis, furti, latrocinii et incendii enormia cum medietate emolimenti exinde proveniencium, semper

alia medietate eisdem priori et fratribus remanente. Item, similiter medietatem marturinarum omnium inhabitatorum eiusdem insule et terre, a quibus et qualibet marturine consueverunt exigi de more consueto, alia medietate eisdem priori et fratribus remanente. Item, habitatores sepedicte insule et terre annuatim in festo beati Martini censum quinquaginta denariorum bone monete Zagrabiensis nobis solvere tenebuntur. In quorum omnium testimonium et firmitatem presentibus sigillum nostrum duximus appendendum. Datum in festo exaltacionis sancte crucis, anno domini MCCC tricesimo nono.

Lib. stat. capit. Zagrab. part. IV. cap. XXI.
Tkalčić Monum. episc. Zagrab. II 140.
Tkalčić Mon. civit. Zagr. I. 154.—155.

346.

1339, 25. septembra. U Zadru.

Andrija i Marko sinovi pokojnog Rave, dijele imanja na otoku I$u i u Zadru.

In nomine domini amen. Anno ab incarnacione eiusdem millesimo trecentesimo tricesimo nono, indictione octaua, die vicessimo quinto mensis septembris, Jadre. Tempore illustris et magnifici viri domini Francisci Dandulo ducis Venecie, reuerendi in Christo patris domini Nicolay de Matafarys decretorum doctoris et Jadrensis archiepiscopi, et domini Donati Contareno egregii comitis. Andreas et Marcus fratres et filii condam Raue de Jadria(!) cum consensu et presentia domine Dine eorum matris et vxoris olim predicti Raue volentes ad diuisionem infrascriptorum bonorum paternorum stabilium inter eos comunium peruenire, fecerunt de ipsis bonis comuni concordia duas partes. Ponentes et designantes in una parte tres astangiones a parte boree cum solariis tectis seu copertis, coquinis posterioribus et curtiuis, ballatoriis, balconatis et earum pertinenciis, introytibus et exitibus suis quomodolibet pertinentibus et ad se spectantibus quouis modo positis in Jadra; quarum coherencie et confinia sunt hec: A parte boree domus monasterii sancti Grisogoni, a trauersa Luca Radoslaui in parte et a syroccho; alie tres astanciones infrascripte que obueniunt predicto Marco in partem: A quirina via publica; item vites positas supra terrenum Stane vxoris olim Johannis Contarini in insula Ecci infra sua confinia cum infrascriptis pactis et condicionibus inter se firmatis; que quidem pars de iosorum comuni concordia et utriusaue сопчепчп -'nsi Anrirep npmpnit

in partem et ea ipse Andreas de ipsius Marci uohmtate pro sua portione elegit et accepit et ea se contentum habere uocauit et dixit. In alia uero parte designauerunt et posuerunt alias tres astanciones a parte syrocchi positas cum solariis tectis uel copertis, coquinis, posterioribus et curtiuis, ballatoriis, balconatis et earum pertinenciis, usibus, introytibus et exitibus suis quocumque modo ad se pertinentibus et spectantibus; quarum confinia sunt hec: A parte boree predicte astanciones obuenientes dicto Andree suo fratri, a quirina via publica, a trauersa Johannes Qualis, a sirocho astanciones hospitalis sancti Martini; item omnes terras positas in insula Ecgi cum quadam vinea et cum debito et cum bestiis que sunt supra ipsas terras de hereditate paterna; super quibus uero terris nunc habitant Carinus et Radomafnjne; cum introitibus et exitibus ac pertinenciis et iuribus suis; et hec pars de utriusque comuni concordia et consensu ipsi Marcho peruenit in partem et eam de ipsius Andree uoluntate pro sua portione elegit et accepit et ea se contentum habere uocauit et dixit. Hoc tamen pacto expressius firmato et uallato inter eos, quod aqua pluuialis, que labitur per astanciones obuenientes in partem eidem Andree decurrat et recipi debeat per canale quod est a parte astanccionum(l) obuenientium in parte dicto Marcho; item quod murus lapidis qui est inter astanciones dicti Andree et astanciones dicti Marci a terra usque ad partem superiorem inter eos debeat esse comunis; nec non et parietes lignaminis que sunt in dicto curtiuo extra dictas astanciones incipiendo ab ipso muro versus trauersam et domum predicti Luce et que etiam sunt in dicto curtiuo a terra uersus ceium usque ad coquinas existentes inter dictas duas partes predictarum sex astancionum, comunes inter eos perpetuo remanere debeant. Item actum est inter eos expressum, quod, si quo tempore contigeret alicui eorum litem uel questionem moveri de aliqua rerum predictarum que sibi obuenerit in parte, comunibus expensis procurretur, et stetur in lite, et res de qua lis mota fuerit expensis cumunibus defendatur, et si euinci contingerit. dampnum pariter inter eos sit comune. Quam diuisionem et omnia et singala supradicta perpetuo promiserunt ad inuicem dicti Andreas et Marcus per se et eorum heredes et successores, silicet vnus alteri et alter alteri uicissim solempnibus stipulationibus hinc inde interuenientibus firma et rata habere, et tenere, actendere, obseruare et in nullo contra facere uel venire per se uel alium seu alios aliqua ratione uel causa, de iure nec de facto, sub pena quincentarum(l) librarum paruorum venetorum, quam penam pars non obseruans predicta parti obseruanti dare et solvere teneatur totiens, quotiens in singulis capitulis 'huius contractus fuerit contrafactum ; et pena soluta uel non, predicta omnia perpetuo rata et firma perdurent. Voluerunt, quod de predictis fieri

debeant duo instrumenta consimilia per me infrascriptum notarium et dare sin[gulum] vnicuique eorum. Actum est hoc et firmatum presentibus Petro filio Nerade et Gregorio olim Georgii de Jadra, testibus ad hec vocatis et rogatis.

(D?-ugi rukopis.)

Ego Volcina Guidonis de Matafaro iudex examinator manum misi. *(Signum not.J*

Ego Jacobus magistri Francisci de Asisio imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus predictis omnibus et singulis presens interfui et ea rogatus scribere scripsi et in publicam formam redegy(!) et meum signum apposui consuetum.

Original u arkivu grofova Begna u Posedarpi: P. no. 70.

347.

1339, 7. oktobra.

Stjepan ban bosanski daje trgovačke povlastice Trogiranima.

Stephanus dei gratia banus Bosnie nobili et sapienti viro Philippo de Molino comiti Traguriensi, iudicibus, consilio et communi eiuitatis eiusdem reverendis amicis suis salutem et sincere dilectionis affectum. Propterea, quod nobilitati vestre complectimus sinceris affectibus et propter mentis nostre proprie bonitatis, quam nos ex visitatione nobilis viri amici nostri domini Daniel veri est concivis vobis redunt benevolos, et exinde vobis debitam complacentiam et amicitiam in fructus profectuosos possit provenire. Ecce nobilitati vestre tenore presentis fidem et securitatem damus et conferimus, ut mercatores seu cives vestri per nostrum districtum, iurisdictionem, forciam liberum et securum introitum et egressum habeant, quando placet ita quidem, ut predicti mercatores, seu cives vostri eorum quilibet et mercatores ipsorum possint et valeant in predicta fide nostra, ubique locorum per regnum nostrum cum personis et mercimoniis et rebus omnibus eorum, et cuiuscumque ipsorum ire, stare et redire salvi et securi cum omnibus auri, argenti, cupri et cuiuslibet metalli, cere atque martiramis pecorum et aliorum, sicut eorum de more mercimonio videbitur sine contradictione aliqua. Offerentes insuper ad omnem dubitationis materiam auferendam, quod per vos, aut aliquem hominem et subiectum nostrum vestris civibus vel mercatoribus. et peisonis eorum, et mercimoniis vel accipiendo in credentia violenter, ,'el alio colore quesito nulla violentia inferatur. Datum per manum magistri Viti nostri fidelis cancellarii, 7. die octobris. 1339.

Lucius Mem. di Trau 224.
Fejer Cod. dipl. Bung. VIII. p. 170—171.

348.

1339, 12. oktobra. Pod Vel. Kalnikom.

Nikola kastelan kalnički fotvrdjuje sinovima Finčevim posjede, što ih dobiie od svoga djeda Dioniza sina J-anse.

Nos magister Nicholaus filius Nicholay, castellanus de maiori Kemluk, ac Iwank filius Johannis, comes terrestris eiusdem castri, memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod nostram presenciam personaliter accedentes Gregorius cum suis fratribus Jacobo, Georgio, Paulo, filii (!) Finech, iobagiones castri prenotati, petentes a nobis nostras literas super quandam possessionem ipsorum in dicto nostro comitatu Kemluk constitutam, quam possessionem eisdem contulerat auus ipsorum condam Dionisius filius Janse, vna cum filio suo Johanne, iure perpetuo obtinendam, prout in nostris literis vidimus plenarie contineri. Nobis igitur iustis et condignis precibus annuentes, hinito(l) et habito consiiio cum vniuersis iobagionibus dicti castri. dictam possessionem cum ceterisque suis vineis specialiter in Nogmal vocato existentibus, terris arabilibus, fructibus, fenetis, silvis communibus, suis utilitatibus et circumstanciis ad eandem, donau'tnus et contulimus atque statuimus sepedictis Gregorio, Jacobo, Georgio et Paulo filiorum(!) Finech et per eos eorum heredibus, heredumque suorum successoribus iure perpetuo irreuocabiliter tenendam, possidendam pariter et habendam; astiterunt eciam cognati et consanguinei dicti Dionisii, videlicet Georgius filius Benk, Wlkech filius Farchasii, Johannes fllius Martini, qui hanc donacionem suo conseDSU pari et assensu ratificaverunt in nullo contradicentes, mediantibus hys probis viris, videlicet Gregorio filio Benedicti, Ivan filio Johannis, Adriano filio Farchasii, Georgio filio Gurdila, Malchech filio Dragone, Woyno filio Pribk, Iwankone filio Jonas nostro pristaldo, Iwech filio Pauli, tunc temporis centurione, atque aliis quam pluribus iobagionibus eiusdem castri. Cuius possessionis mete tali modo distinguntur: Prima autem incipiens a parte orientis a metis Petri et Pauli filiorum Jacobi, vbi est meta terrea sita iuxta viam, ibidem idem metas dicti filii Jacobi interdixerunt, et nos una cum comite Crisiensi posuimus

iuramentum eidem Gregorio mecum septimo personis, et videlicet cum Georgio filio Benk, Wlkech filio Farchasii, Malchech filio Dragone, Adriano filio Farchasii, Martino filio Iwancheuich, Isan filio Woyni, qui ibidem ex parte filiorum Jacobi in omnibus metis solempniter ipsorum iuramentum prestiterunt, et metas ipsius tali modo iustificauit mediantibus nostris pristaldis, videlicet ex parte comite(!) Crisyensi Gregorius filius Benedicti, et ex parte nostri Iwank terrestre, Iwank filio Jonas nostro pristaldo ; de eadem vero priori meta procedit ad occidentem et cadit ad arborem pomi cruce signatam, de eadem vero cadit in riuulum Breztouicha et per eundem riuulum descendens modice ad meridiem, exit de riuulo ascendens versus occidentem per vnam vallem et veniens ad cacumen montis vbi cadit ad vnum Iruticem auellani meta terrea circumfusa(!), de eodem vero descendens ad occidentem inter siluam et terram filiorum Jacobi et cadit ad arborem iva vocata meta terrea circumfusa, de eadem cadit in vallem vbi est meta terrea, de eadem descendens ad meridiem et cadit ad metam terream, de eadem vero cadit ad vnum meatum znos dictam(!) vbi sunt frutices raquitie vocate, per eandem znos descendit, modice exit de riuulo, ascendit ad occidentem et cadit ad fruticem spine sub vna deserta vinea, de eadem vero flectitur ad aquilonem et cadit ad arborem scilfa meta terrea circumfusa, de eadem vero ascendit ad occidentem et cadit ad arborem pr . . . . . cruce signatam,. de eadem cadit ad terram arabilem eiusdem Gregorii, iuxta eandem tendens ad meridiem et cadit ad arborem cerasy meta terrea circumfusa, de eadem tendens per montem Torchyn vocato(!) et transit viam ibi cadit ad metam terream, de eadem vero descendens et cadit ad vnum fossatum, per eundem descendit et cadit in fluvium Bogacheu vocata (!). per eundem fluvium ascendens longum spacium, donec metas Wlkech filii Farchasii exit de fluuio et cadit ad arborem salicis cruce signatam, de eadem vero tendens ad orientem iuxtai metas Wlkech, et cadit ad arborem cherfa meta terrea circumfusa, de eodem(!) uero tendens et cadit ad arborem kelen cruce signatam, de eadem vero procedens per viam versus meridiem et vertitur ad orientem, per eandem viam et cadit ad arborem piri cruce signatam, de eadem vero cadit ad arborem kelen cruce signatam, de eodem (!) vero cadit in riuulum Breztnicha, per eandem (!) descendens bonum spacium exit de riuulo et cadit *zd* arborem. piri cruce signatam et meta terrea circumfusa(!), de eadem vero grediens ad orientem et cadit ad viam vbi est meta terrea, de eadem tendens per veterem viam versus meridiem, a parte vero orientis est terra Johannis filii Martini, inde tendens et cadit ad priorem metam. Item subtus vinearum(f) Obres dicta ibi sunt tres particule terre, vna puta est iuxta. Kelanouech; item superius curiam Johannis filii Martini sunt octo dieteterre, quibus de tribus partibus est commetaneus idem Johannes, et ab vna parte vicinatur mete comitis Johannis; item • siluam Cray vocate (!), quas in porcione abuit (!) Dionisius condam; item vna silua superius puta Klenouech est communis cum Johanne filio Martini et Georgio filio Benk, exceptis vero tribus particulis terre Georgii filii Benk, qui dignoscuntur esse in dictis metis. Vt igitur hec donacio seu confirmacio robur perpetue firmitatis obtineat et stabilis perseueret, nostras literas nostrorum munimine sigillorum eisdem Gregorio et suis fratribus nominatis concessimus roboratas. Datum sub Kemluk, feria tercia proxima ante festum beati Galli confessoris, anno domini M°CCC°XXXmo nono.

Original na pergam.; visi samo nešto zelene svilene vrvce. Pečati sn propali. Kod Kusomira Tremskoga n Kalmku.

349.

1339, 15. oktobra. U Ivaniću.

Ladislav biskup zagrebački lišava imanja buntovnike, koji su s vojskom na nj krenuh.

In nomine domini amen. Nos Ladizlaus dei et apostolice sedis gracia episcopus Zagrabiensis omnibus Christi fidelibus presencium noticiam habituris salutem in omnium saluatore. Cum secundum canonicas sanctiones crescente contumacia crescere debeat et pena, et crimina vndecumque apparuerint, punienda existant, quia quidem nostri et nostre ecclesie infideles, videlicet Johannes et Dominicus filii Marcelli, Georgius filius Heym cum filiis suis, Gregorius filius Benedicti, Nicolaus filius Demetrii, Laurencius Hungarus, Bexa et Kopoz filii Michaelis, Gergus filius Alexandri, Blasius Komlous dictus et Petrus filius Michaclis ac Gallus Rufus filius Martini cum filiis suis et Lukachius filius Pauli consueta eorum malicia prout quidam de eorum de enormissimis excessibus contra nos et nostram ecclesiam comissis in nostris constitucionibus editis clarius declarant. Nunc hiis proximis diebus cum eorum complicibus et fautoribus exercitum validiorem quem potuerunt contra nostram personam et noštros congregauerunt, et iuxta uillam nostram liberam Zredahel vocatam in comrtatu nostro Chasmensi existentem hostiliter obsederunt^ querentes nostrum et ecclesie nostrc irrecuperabile dampnum seu periculum, aliquos ex populis ecclesie nostre ad infidelitatem, eorum infidelitatibus similem inuitando, vt subtilius possessiones nostre ecclesie possent subintrare, nobis et nostris comminando. Quare ipsos et eorum pre-

dictorurn quemlibet nomine domini inuocato coram multis, dominica proxima ante festum natiuitatis beate virginis in hospicio nostre habitacionis Chasme tunc existentibus et assistentibus coram nobis, eorum possessionibus, si quas[1] in nostro episcopatu ubicumque habuerunt[2], et bon's omnibus uerbaliter propter facti exigenciam perpetuo et irreuocabiliter in filios filiorum et heredes priuauimus, similiter in hiis scriptis priuamus et priuatos denunciamus eciam in hiis scriptis. Datum Chasme, dominico die prenotato, anno supradicto. Statuimus eciam decernentes, vt nullus de cetero pro iam dictis nostris et nostre ecclesie infidelibus, quantum ad possessiones rehabendas, quas habuerunt in nostro prefato episcopatu, apud nos intercedere presumat sub pena excomunicacionis, quam contra talem et tales pro eis uel eorum quemlibet petentem uel petentes ex nunc prout ex tunc proferimus in hiis scriptis. Datum in Iwang, feria sexta proxima ante festum beati Galli confessoris, anno domini supradicto.

Iz tistine isloga bishtpa od 9. februara 1340.
Iz kodeksa: Liber privileg. episc. Zagrab. list. 73.

[1] Slijedi precrtano: »habebant«.
[2] Pisano: »hebuerunt«.

350.

1339, 26. oktobra. U Stolnom Biogradu.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski foklanja Tomi i Petru sinovima Petra „velikoga" sve posjede nevjemoga Ivana literala u županiji srijemskoj.

Karolus dei gratia rex Hungarie fidelibus suis capitulo ecclesie de Kw salutem et gratiam. Cum nos preclaris serviciorum multiplicibus meritis magistrorum Thome et Petew filiorum Petri Magni exigentibus universas possessiones et villas et possessionarias porciones, cum Utilitatibus et circumstanciis, fundo et vineis, que quondam Johannis litterati et notarii curie nostre dicti de Syrimia, quocumque iuris debiti et legitimi proprietarii titulo extiterant et ad eum pertinebant, quovis nomine vocitatas, specialiter Sirooch, Zazolth et Pinhow et partem in Kerezwr; item Pachkandi, Pysvinch Syol, et aliam Syol, Lyswa, et Lysuinch vocatas et quoddam fenetum in comitatu Syrimiensi existentes, quas pro grandibus nefariis et praesumtuosis oxcessibus ipsius Ioannis tamquam infidelis contra edictum nostre maiestatis et nostram regiam personam

de possessione nostra regali Sulyum vocata, quahi a nostra pro tefnpore obtinere pro officiolatu dinoscebatur maiestate, audacter et temerarie insurgentes nostrumque specialem hominem, videlicet Egidium de Katha hominem nostrum et prefatum magistrum Petew interficere volentis et attemptantis; ab eo tanquam manifesto infideli auferentes et in manus nostras regias ob rationem premissam legitime devolutas, ipsis magistris Thome et Petew tanquam fidelibus nostris de munificentia regia contulerimus, fidelitati vestre firmiter precipimus per presentes, quatenus vestrum mittatis hominem ydoneum pro testimonio, quo presente Petrus filius Thome de Felyghaz vel Matheus filius Lypoldi, altero absente, homo noster ad faciem predictarum possessionum villarum et porciormm posessionariarum, specialiter fundi et vinearum in predicta possessione Sulyum olim ipsum contingentium accedendo, vicinis et commetaneis earum universis convocatis et presentibus, reambulari easdem per suas veras et veteres metas novas iuxta veteres vbi necesse fuerit erigendo, et sic statuat easdem eisdem Thome et Petew perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, contra eosdem ad nostram citet presentiam ad terminum competentem et post hec seriem tocius facti cum cursibus metarum nobis fideliter rescribatis. Datum Albe, feria tertia ante festum beatorum Symonis et Jude apostolorum, anno domini millesimo CCCmoXXX[0] nono.

Iz listine kaptola kameničkoe; od 6. novembra 1339. potvrdjeno po kraliu Karlu 20. decembra 1339. i opet po kralju Liudevitu 19. septembra 1354.
Origlnal potonje u narodn. muzeju u Budimpešti: arkiv familije Forgač s. a. 1354.
Po istom izvoru pogrješno :
Fejer Cod. dipl. Hung. VIII. 4. p. 383. —383.

351.

1339, 31. oktobra. U Zagrebu.

Ban Mikii nalaie Ijudima iz Kamarče a napose iz grada Koprivnice, da plate desetinu biskupiji zagrebačkoj'.

Nos Mykch banus tocius Sclauonie vobis vniuersis nobilibus et aliis cuiuslibet status et condicionis hominibus de Kamarcha et specialiter ciuibus de Koproncha damus firmitcr in mandatis, quatenus decimas domino episcopo Zagrabiensi de vobis prouenientes decimatori eiusdem dicare et postmodum exigere iuxta ordinacionem et composicionem cum nobilibus regni factam permittatis et sicut indignacionem noslram habere

*

non desideratis, non facturi. Datum Zagrabic, die dominico proximo ante festum omnium sanctorum, anno domini MCCCXXXIX^{0}.

Iz kodeksa: Liber privil. ep. Zag. hst. 20.
Kodeks u ark. nadbiskupije n Zagrebu I. B. IX. 167.

252.

1339, 6. novembra. (U Srijemu).

Kaptol srijemski izvješćujc kralja o ohhodnji imanja nevjernoga notara Ivana danih Tomi i Petru sinoiiima Petra, „velikoga".

Excellcntissimo domino suo Karolo, dei gratia illustri regi Hungarie capitulum ecclesie de Kw orationes ad dominum per eosdem debitas ac devotas cum fideli famulatu. Litteras vestre regie serenitatis honore, quo debemus, recepimus sub hac forma: *(SUjedi listina kralja Karla od 26. oklobra god. 1339. na kaptol srijemski).* Nos igitur vestre regie celsitudinis mandatis diligenter obtemperantes, ut tcnemur, una cum predicto Matheo homine vestro unum ex nobis, videlicct magistrum Vitum socium et concanonicum pro testimonio duximus transmittendum ad premissa exequenda; qui demum ad nos revcrsi nobis concorditer retulerunt, quod sabbato post festum omnium sanctorum proxime preterito ad faciem universarum posessionum predictarum villarum et portionum in predicto comitatu Syrimiensi existencium, specialiter fundi et vinearum in predicta posscssione vcstra Sulyum olym dictum Johannem litteratum, notarium curie vestre dictum de Syrimia contingencium accessissent, easdemque vicinis et commetaneis earum universis convocatis ct presentibus per veras et antiquas metas, novas iuxta veteres ubi necesse fuisset erigendo reambulatas predictis magistris Thome et Petew filiis Petri Magni statuisset, idem homo vcster presente eodem testimonio nostro perpetuo possidendas. contradictore nullo penitus existente. Quarum quidem posscssionum et portionum possessionariarum cursus metarum sicut ab eisdem vestre rcgie maiestatis et nostro hominibus percepimus nobis referentibus tali ordine distinguntur, quod prima meta terre Syroch incipit a piaga occidentali in tribus metis angularibus, cx quibus una terre domini episcopi Syrimiensis, prelati nostri Zenmiklos(i) vocate, a plaga meridionali terre Zenkyral(l) vocate, a plaga aquilonis, tercia terrarum Syroch et Zazoch, a plaga meridionali et metis cursualibus simplicibus et geminatis in septem locis interpositis versus orientem tendit ad tres metas angulares, ad unam terrarum Syroch et Zazoch, ad aliam terre

Stephani filii Ladislai, ad tertiam terre Zenkiral et ibi terre Syrouch(!) et Zazouch(!) relinquitur, vicinitatem se commetaneitatem terra Zenthkyral, et cum eadern terra ipsius Stephani filii Ladislai tenendo versus plagam meridionalem transeunt unam magnam fossam circa quam meta terrea cursualis, ibique separantur a terra ipsius Stephani filii Ladislai prenotata, et meta cursuali interposita itur ad tres metas angulares, ad unam terre eiusdem domini episcopi Syrimiensis ab oriente, ad aliam terre Ed[e]leen a meridie ad tertiam terrarum Syroch et Zazoch ab occidente; ibjque circa quamdam magnam viam in quodam colliculo meta terrea, inde transit versus occidentem ad duas metas terreas, ad unam terre Cruciferorum a meridie, ad aliam terrarum Syroch et Zazoch ab occidente, et una meta cursuali interposita venitur ad tres metas angulares, ad unam terre Bolgaan a meridie, aliam terre Kana ab occidente, ad tertiam Porhow ad eandem terram Sirouch pertinentis ab aquilone; et metis geminatis cursualibus in duobus locis positis versus aquilonem ad tres metas, ad unam terre Kana ad aliam terre Syol, ad tertiam terre Purhow(!), que ibidem terminatur, et eandem terre Syol cum ipsa terra Kana per plagam meridionalem tendit ad duas metas terreas, et inde flectitur ad occidentem in metis simplicibus et geminatis in sex locis positis itur ad tres metas angulares in quadam magna silva existens ad unam terre Kana, ad aliam terre Pachkandi et tertiam terre Syol, que ibidem terminantur. Et eadem terra Pachkandi cum ipsa terra Kana versus meridiem ad magnam viam extenditur iuxta quam sunt simplices geminate mete in sex locis situate, inde fiectitur ad occidentem ad aliam magnam viam, circa quam sunt geminate mete in tribus locis ordinate, et per longum spacium procedendo versus meridiem geminatis metis in quatuor locis interpositis venitur quatuor metas angulares, ad unam terre Pysuinch, ad aliam terre Kana, ad tertiam terre Cytaar, ad quartam terre Nyek et dicta terra Pysuinch cum eadem terra[1] Nyek versus occidentem cursalibus metis conterminatis in quatuor locis positis vadit ad unam magnam viam, circa quam sunt due mete, una terre Pysuinch

. . . . .Pysuinch cum terra Sumus vocata, versus eandem plagam transit ad quandam arborem ilicis, sub qua est meta una, ibique meta Sumus terminatur, et dicta terra Pysuinch adiungitur cuidam terre Araan vofcate], et iuxta quandam fossam per longum [spacium] transeundo, venit ad duas metaS terreas, item in medio vnius silve per quandam viam versus orientem tendit ad tres metas angulares, ad unam terre Petroh, aliam terre Pysuinch, ad terciam terre Araan, que ibidem terminatur, et eadem terra Petroh cum ipsa terra Pysuinch simplicibus

[1] Iznad linije.

metis [inl tribus locis positis transit ad duas raetas terreas sub arbore piri existentes, ibique terra Petroch(!) terminatur et dicta terra Pysuinch, cum quadam terra abbatis Greci, versus aquilonem meta cursuali interposita transit ad tres metas angulares ad unam terre Pachandi, ad aliam Petri filii Nicolay Syol vocate, ad tertiam terre eiusdem Greci abbatis, que ibidem terminatur; inde tendit versus aquilonem, ubi circa quandam viam per medium silve magne existentem, et metis simplicibus et geminatis currentibus in septem locis positis, venitur ad quandam vianr ubi stant due mete et metis simplicibus et geminatis currentibus in quatuor locis tendit ad unam arborem ilicis, ubi stant due mete, et tertia est eadem arbor, ibique terra Pachandi antedicta terminatur; inde transit ad tres metas, ad unam terre Syol, ad aliam terae Arky, ad tertiam terre Petew filii Nicolai, Syol nominate, que ibidem terminatur; et dicta alia Syol cum eadem terra Arky versus eandem plagam, et metis simplicibus geminatis in tribus locis positis transit ad quandam magnam fossam pro meta positam et sequendo eandem in uertice suo versus orientem per longum spacium, procedendo inter ad duas metas n eadem fossa existentes, et ibidem terra Syol sepedicta terminatur; item transit exinde ad tres metas, ad unam terre predicti domini epijscopi Syrimiensis Zenmiklos prenominate, ad aliam predicte terre . . . och ad tertiam terre Arky prenotate, que ibi terminatur, ad ultimum versus orientem fiectitur ad priores terreas metas angulares iterato, unde prius reambulare inchoarunt, ibique cursus et distinctiones metarum predictarum possessionum et porcionum ipsorum magistrorum Thome et Petew filiorum Petri Magni terminantur. Datum sabbato proximo post octavas festi omnium sanctorum prenotati, anno supradicto.

Iz potvrde kralja Karla od 20. decembra 1339. poivrdjene po kralju Ljudevitu od 19. septembra 1354.

Original ove potonje u narodn. muzeju u Budimpešti: arkiv familije Forgač, a. 1354.

Fejer Cod. dipl. Htmg. VIII. 4. p. 382.—*387.*

353.

1339, (9. novembra). U Zagrebu.

Pred Ivanom opatom topličkim i odredjenim sucem po papi traii Ivan gorički arcidjakon, da se kaptolu zagrebačkomu dopitaju dohoci provincije Metlike.

In nomine domini amen. Anno eiusdem MCCCXXX nono, pontificatus sanctissimi patris domini Benedicti divina providentia sacrosancte Romane et universalis ecclesie sumpmi pontificis anno quinto. Coram vobis domino fratre Johanne abbate conventus ecclesie et monasterii sancte Marie de Toplica Zagrabiensis dyoecesis iudice a sede apostolica delegato, ego Johannes archidiaconus de Guerche, procurator capituli Zagrabiensis ecclesie, dico nomine eiusdem capituli et propono, quod cum decime, sive redditus decimales provinciole Metblice, sicut et alie decime in archidiaconatu de Guerche, ex institutione et ordinatione antiqua, ratione quarte de rebus, sive bonis episcopalibus ecclesie Zagrabiensis, ad capitulum eiusdem ecclesie pertineant, de cuius ecclesie dioecesi existunt, frater Herricus ordinis Cruciferorum domus Theutonice, preceptor, sive commendator de Chernomel in Methlica et fratres sui de ipsa domo ipsas decimas cum suis participibus laicis et aliquibus suis predecessoribus tempore manifestarum guerrarum in regno Hungarie contra deum et iustitiam in grave detrimentum et preiudicium ipsius capituli usurpatas percipiunt, et hucusque perceperunt. Quare nomine procuratorio ipsius Zagrabiensis capituli, peto compelli eundem fratrem Herricum preceptorem et fratres suos desistere a perceptione eorumdem reddituum, seu proventuum decimalium in provinciola de Methlica, et ibi locis adherentibus, et ab impeticione sive molestatione huiusmodi compesci et eidem Zagrabiensi capitulo dictos redditus, sive proventus decimales in eadem provinciola et locis ibi adherentibus esse de pertinentiis decimationis capituli supra dicti tamquam de existentibus infra limites dyoecesis Zagrabiensis, usque ecclesiam beatissimi Stephani regis Hungarie de Zemch inclusive. Que ecclesia cum sua parochia et capellis, circa et extra limites Aquilegiensis dyoecesis existit, parte in illa, et abhinc limes protenditur ad cacumen moncium versus aquilonem directe quodammodo ecclesias de Syhenstain, de Syhemberg, et de Grachan, ad Zagrabiensis ecclesie dyoecesim includendo; salvo iure mihi semper addendi, minuendi, vel mutandi premissa, vel ex eis aliqua, prout videbitur expedire. Actum in claustro sancte Marie de Zagrabia, anno et die prenotatis.

Farlati III. sacr. V. fi. 4-25.
Fejer Cod. dipl. Hung. VIII. 4. p. 414.- 415.
Katona Hist. crit. IX. 147.—149.
Tkalčić Monum. cccl. Zagrab. II. 49.—60.

354.

1339, 21. novembra. U Zadru.

Buna udova Petra Zlorada daje Ivanu Vuleiiću zemlju u Bibanu, da nasadi vinograd.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo nono, indicione octaua, die uigesimo primo mensis novembris, Jadre. Tempore domini Bartholomei Gradonico incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gratia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Donati Contareni egregii comitis. Domina Bunna relicta Petri de Sloradis ciuis Jadre concessit de terra sua posita ad Bibanum Johanni Vuletig villano monasterii sancte Marie ad Hobrouac recipienti pro se et pro Gregorio et pro Nicolao fratribus suis duos gognaios ad pastinandum vineam et complendum cum uitibus et aliis neccessariis secundum consuetudines et statuta Jadre, usque ad quatuor annos proxime futuros sub pena sex yperperorum; et de toto quod exinde prouenerit debent predicti fratres dare predicte domine annuatim quartam partem conductam ad uillam ipsius domine ibi, de iure autem suo dicti fratres facient suum uelle sicut de suo proprio, iure predicte domine predicto et omni alio secundum consuetudines et statuta Jadre semper saluo. Promittens predicta domina per se suosque heredes et successores predictis fratribus eorurhque heredibus et successoribus predictam terram cum omnibus suis pertinenciis et iuribus excalumpniare in ratione ab. omni persona super se et bonis suis omnibus. Cui terre de omnibus partibus est terra predicte domine; dicto Johanne pro se et pro predictis fratribus suis laudante et affirmante omnia et singula predicta et attendere quidem promittente que debet ex instrumento presenti super se et bonis suis omnibus omni exceptione remota nulloque pretermisso obstante. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Nicolao de Vitcor et Grisogono de Calcina, ciuibus Jadre et aliis.

(Dritgi rukopis.)

C. Ego Grisogonus Petri de Gramaco iudex examinator manum missi.

(Signum not.J.

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo meo et nomine roboraui.

Original u arkivu samostana sv. ilarije u Zadru a. 1339.

355.

1339, 25. novembra. U Zadru.

Lovro de Bogde očiiuje, da je ftrimio od Jakova dc Fafogna zadnji obrok miraza svoje iene Nikolote.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo nono, indictione octaua, die uigesimo quinto mensis nouembris, Jadre. Tempore domini Bartholomei Gradonici incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gracia Jadrensis archiepiscopi, et domini Donati Contareni egregii comitis. Confiteor ego Laurencius [condam] Jacobi de Bogde ciuis Jadre me integre recepisse a te Jacobo condam Desse de FafToneis ciue Jadre, socero meo libras centum denariorum paruorum pro complemento solucionis librarum septingentarum denariorum paruorum, in quibus mihi tenebaris publico instrumento scripto per notarium infrascriptum sub anno domini millesimo trecentesimo trigessimo quarto, indicione tercia, die quinto decimo mensis nouembris, pro complemento solucionis librarum mille denariorum paruorum dotis domine Nicolotte fiiie tue, uxoris mee; quod instrumentum dicti debiti tui tibi dedi incisum. Et facio tibi dicto Jacobo condam Desse de Faffoneis tuisque heredibus et successoribus ego predictus Laurencius per me meosque heredes et successores plenam šecuritatem de ulterius aliquid non petendo de predictis libris septingentis denariorum paruorum, pro residuo et complemento solucionis predicte dotis sub pena quarti eius quod peteretur exinde et omnium expensarum litis et extra super me et bonis meis omnibus; et pena soluta uel non, presens tamen instrumentum securitatis pro modo predicto firmum sit ubique locorum omni excepcioni(f) remotis(!) nulloque pretermisso obstante. Actum est hoc et firmatum coram

hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Biualdo de Bottono et Petro Contareno ciuibus Jadre et aliis.

Ego Grisogonus Francisci (^adullinis iudex examinator manum misi.

(Signum not.J

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo meo et nomine roboraui.

Original na perg. u ark. grof. Begna u Posedarju. P. no. 71.

356.

1339, 30. novembra. U Zadru.

Bivaldo de Nassis gradjanin zadarski prodaje neke svoje zemlje u Cernom svomu bratu Damjanu.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo nono, indicione octaua, die ultimo mensis novembris, Jadre. Tempore domini Bartholomei Gradonici incliti ducis Venecie, et venerabilis patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris» archiepiscopi Jadrensis, ac domini Donati Contareni honorabilis .comitis Jadre. Biualdus condam Damiani de Nassis ciuis Jadre dedit, uendidit et tradidit iure directi dominii et plene proprietatis Damiano eius fratri et filio condam predicti Damiani de[1] Nassis ciui Jadre pro se et suis heredibus et successoribns ementi et recipienti totam suam partem possessionis et bonorum infrascriptorum positam ad Cerno, uidelicet molendini(l) cum suis pertinenciis et iure et pastini prope dictum molendinum et terraticorum positorum ibidem, cum omnibus suis pertinenciis et iure ad habendum, tenendum, posidendum et quicquid sibi et suis heredibus et successoribus deinceps perpetuo placuerit faciendum sicut de suo proprio; et hoc pro precio et nomine precii in summa omnium supradictarum rerum centum librarum denariorum uenetorum paruorum. Quod precium dictus uenditor confessus fuit et contentus se a dicto emptore habuisse et recepisse in bona usuali et legali moneta; quas res uenditas dictus uenditor se dicti emptoris nomine constituit possidere, donec de dictis rebus possessis acceperit corporalem, quod accipiendi sua auctoritate et retinendi deinceps ei licenciam omnimodam contulit atque dedit. Nec non promittens per se et. suos heredes et succecssores dicto emptori pro

[1] Dva puta pisano,

se et suis heredibns et šuccessoribus stipulanti et recipienti litem, questionem aut controuersiam de dictis rebus seu partem(!) ipsarum aut altera earum ei uel suis heredibus aut successoribus ullo tempore. non inferre nec inferenti consentire, set ipsas res et earum quamlibet ei et suis heredibus et successorihus ab omni homine et persona legittime defendere et excalumpniare in racione super se et bonis suis omnibus presentibus et fucturis(l). Quibus terratico de borea est uia publica, de quirina est pasculum seu gaium dicti emptoris, de austro est dictum pastinum et de trauersa est terra dicti emptoris; pastino uero predicto de borea sunt dicti terratici, de trauersa pratum dicti emptoris, de quirina est quedam uia que uadit ad dictum molendinum et de austro est molendinum partim et partim dictum pratum; molendino uero predicto de austro est terra Damiani Pauli de Begna, de borea est dictum pastinum, de trauersa terra dicti emptoris ex utraque parte et de quirina est potoch. Actum est hoc et firmatum presentibus Paulo de Galcigna et Ventura Falcucii ciuibus Jadre, testibus ad hec uocatis et rogatis et aliis

(Drugi rukopis).

Ego Volgina Guidonis de Matafaro iudex examinator manum misi-

(Signum not.).

Ego Jacobus condam Bonacursi de Forliuio imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus, predictis omnibus presens fui et rogatus scripsi et publicaui et signum meum aposui consuetum.

Original u ark. samostana sv. Marije u Zadm.

357.

1339, 3. decembra. U Dubrovniku.

Ofićina dubrovačka prima pismo kralja srpskoga, da su mu dohodak naviirili.

Anno domini. miilesimo trecentesimo trigesimo nono, indictione VII., die tercio mensis decembris.

Reuerendus vir frater Dominicus piior sancti saluatoris de Antibaro nuntius missus pro parte serenissimi domini domini Stephani dei gracia regis Raxie ad infrascripta specialiter transmissus, ut in licteris(!) hic appositis continetur. Habuit se pro persona dicti domini regis bene solutum, contentum et pagatum a Joanue de Mence et Sime de Cereua camerlengis comunis, dantibus et soluentibus nomine et vice comunis

Ragusii et de persona propria dicti comunis de hyperperis mille. . . . .[1] pro integra et completa solutione yperperorum II. millium, que idem dominus rex recipere debebat a terris Ragusi pro tributo in anno proximo preterito in completo die festi sancti Dimitri proxime preterito- Presentibus Grube Besich de Cataro, Albergeto speciario de Venecia, Mellierino Georgii de Venecia, Marino de Bincola et lunio de Volcasso ad hoc vocatis et rogatis.

Diversa notariae knjiga g. 1339.—1341. u dubrovačkom arkivu. Pticid Spum. srp. II br. 66, 46.—47.

358.

1339, 15. decembra. U Zadru.

Mafadije Leone « Mlelaka i Lovro Robertov u Zadru čine ugovor, po kojem posljednji' ima spasiti robu s polonule barke kod oloka m-darskih.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo nono, indictione octaua, die quinto decimo mensis decembris, Jadre. Tempore domini Bartolomei Gradonici incliti duds Veneciarum et reuerendi patris domini Nicolai de Matafarorum(!) doctoris decretorum, dei et apostolice sedis gratia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Donati Contarino egregii comitis Jadre. Mafedius Leone ciuis Veneciarum et Laurencius condam Roberti Greci abitator(f) Jadre tali(!) pacti(!) sunt ad inuicem, videlicet, quod dictus Laurencius ire debcat cum suis munimentis et sociis eius in msula Juri districtus Jadre ad locum ubi nauis dicti Malei pasa(!) fuit naufragium, et ibidem dictus Laurencius cum suis sociis toto suo situ(!) et pose(!) procurare circa predictam nauem et rebus et coredis ac mercibus ipsius naui(!) ad extraendum de mare et conducere dimi. . . . .ad presenciam domini comitis Jadre et de omni eo quod extraetur per ipsum Laurencium et eius sociis(!) de mare et de ipsa naue, de coredis, rebus et mercibus, dictus Laurencius cum sociis predictis habere debeat terciam partem et dictus Mafedius reliquas duas partes, dum tamen rcs predicte que extraentur de mari . . . . .dictam nauem uendi debeant in platea Jadre de licencia domini. . . . . .non Laurencium uel eius socios aliquid de rebus. . . . . .dicte nauis fuerit defraudatus rati . . . . .facere, resarcire et emendare cum efectu su . . . . .an datus fuerit, quod si non satisfacerit(!) tunc

[1] Ostalo prazno.

predictus. . . . . .a dicto Laurencio predictas res dcfraudatas pcterc pcr. . . . . ct singula in hoc instnimento contenta prcdictus Mafedius ct dictus Laurencius se obligauerunt alter alteri ex conuerso atendere et obseruare et non contrafaccre uel uenire aliqualiter de iure uel de facto, obligantes ad hec se et omnia bona sua presencia ct futura in obseruatione predictorum, omni exceptione remota nulloque pretermisso obstante. Volentes predicti contraentes(f), quod de predictis fiant duo consimilia puplica instrumenta cuilibet parti vnum pro cautela. Actum est hoc finnatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, videlicct Comacio condam Costa et Nicolao condam Vulge abitandes (!) Jadre aliis (!).

(Drugi mkopis).

Ego Michael Cerni de Betono iudex examinator examinaui.

Ego Johannes de sancto Lisio de Fransia notarius Jadre iuratus rogatus fui, scripsi et signo meo consueto signaui.

(Sign. not.J

Originat na pergam. u gubern. arkivu u Zadrti; odio samostana sv. Dominika no. 712. Listina trošna i oštećena.

359.

1339, 17. **decembra.** U **Požegi.**

Kaptol poieski javlja kralju Karlu, da se je Pavao sin Isov odrekao svoga predija Grabrovice u kotaru čazmanskom u korist biskupa zagrebačkog.

Excellentissimo domino suo Karolo dei gracia inclito regi Vngarie capitulum ecclesie beati Petri de Posaga oraciones in domino debitas et deuotas. Receptis litteris patentibus vestre magnitudinis venerabili in Christo patri domino Ladizlao dei et apostolice sedis gracia episcopo Zagrabiensi ct ecclesie seu capitulo eiusdem ad citaciones, inquisiciones et ad quelibet alia negocia sua, que in talibus processibus secundum regni consuetudinem fieri consueuerunt, seruato iuris ordine peragenda per anni circulum conccssis, iuxta formam et continenciam earundem cum Vyzlou filio Grcgorii dc Vyzlou homine vestre excellencie nostrum-hominem discretum virum magistrum Petrum cantorem ecclesie nostre et faciendum et inquJ^jendum infrascripta pro testimonio transmisimus; qui postmodum ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt, quod, prout idem Vyzlou homo vestre serenitatis presente dicto testimonio

hostro a vicinis et commetane's nobilibus et aliis libere condicionis hominibus, clericis et laicis diligenter inquirendo scire potuisset, sciuisset, quod Paulus filius Isou quondam predialis domini episcopi Zagrabiensis coram eodem homine uestro confessus viua voce extisisset, quod possessio, in qua parentes sui residebant, scilicet Grabroycha[1] uocata in comitatu Chasmensi existens, in qua eciam ipse solus residebat, non fuisset eorum hereditaria, set fuit semper terre Chasmensis et ad celarium episcopi Zagrabiensis pertinens, nec in eadem qui[d]cumque iuris ipse uel dicti sui parentes vllo umquam tempore habuissent, et sic ipsam possessionem ipsi domino episcopo pacifice resignasset; promittens et obligans se, quod si in processu temporis querelam aut qualemcumque questionis materiam coram quouis iudice uel extra iudicium suscitauerit, extunc absque litis strepitu penam sui homicidii eidem domino episcopo et sui heredes soluere teneantur. Datum feria sexta proxima post festum beate Lucie virginis, anno domini millesimo CCCXXX° nono.

Iz kodeksa: Liber privileg. episc. Zagrab. list. 31.
Kodeks u arkivu nadbiskupije u Zagrebu: I. B. IX. 167.

360.

1339, 17. decembra, U Požecri.

Kaptol poieSki javlja kralju Karlu, da. su se Mihajlo, Grgur itd. odrekli prava na imanje kraj sv. Križa u korist biskupa zagrebačkoga Ladislava.

Excellentissimo domino suo domino Karolo dei gracia inclito regi Hungarie capitulum ecclesie beati Petri de Posaga oraciones in domino debitas et deuotas. Receptis litteris patentibus vestre magnitudinis venerabili in Christo patri domino Ladizlao dei et apostolice sedis gracia episcopo Zagrabiensi et ecclesie seu capitulo eiusdem ad citaciones, inquisiciones et ad quelibet alia negocia eorum, que in talibus procesibus secundum regni consuetudinem fieri consueuerunt, seruato iuris ordine peragenda per anni circulum concessis, iuxta formam et continenciam earundem cum Vizlau (!) filio Gregorii de Vizlou homine uestro nostrum hominem discretum virum magistrum Petrum cantorem ecclesie nostre 'ad sciendum et inquirendum infrascripta pro iestimonio transmisimus, qui postmodum ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt, quod prout idem Vizlou homo vestre excellencie presente dicto testimonio nostro a

[1] U listini od 21, novembra 1347.: Grabroucha.

vicinis et comtnetaneis, nobilibus et ahis libere condicionis hotninibus, clericis et laicis, a quibus decuit et licuit diligenter inquirendo scire potuisset, sciuisset, quod feria quinta proxima post festum beati Luce ewangeliste Michael et Gregorius filii Mixa, Wlkou et Chernech filii Martini de sancta Cruce in comitatu de Iwang(l), coram homine uestro oraculo uiue uocis confessi extitissent, quod possessio, qua circa ecclesiam sancte Crucis in predicto comitatu de Iwangh existens, quam predicti filii Mixa et filii Martini possidebant, nec ipsorum nec quorumcumque suorum proximorum aliquo iure condecenti extitisset, sed ipsa possessio castrensis et ad cellarium domini episcopi Zagrabiensis pertinens superfuisset; et sic ipsam possessionem ad manus iamdicti domini episcopi pure et simpliciter ac spontane resignarunt. Obligantes se nichilominus, quod si in processu temporis Michael et Gregorius filii Mixa item Wlkou et Chernech filii Martini uel ipsorum heredes racione eiusdem possessionis in iudicio uel extra iudicium aliquam materiam questionis suscitauerint, penam eorum homicidii ipsi domino episcopo uel suis successoribus persoluere absque litis strepitu tenebuntur. Datum feria sexta proxima post festum beate Lucie virginis, anno domini MCCCXXX° nono.

Iz kodeksa: Liber privil. ep. Zag. list. 73.
Kodeks u arkivu nadbiskupij e u Zagrebu I. B. IX. 167.

361.

1339, 20. decembra. U Yisegradu.

Karlo Roberto kralj. ugarski i hrvatski potvrdjuje Tomi i Petru sinovima Petra „velikoga" posjede nevjernoga notara kraljevskoga Ivana.

Nos Karolus dei gracia rex Hungarie significamus tenore presentium, quibus expedit universis, quod cum nos preclaris servitiorum meritis magistrorum Thome et Petew filiorum Petri Magni exigentibus universas possessiones, villas, [porciones possessionarias cum] vtilitatibus, circumstanciis, fundo et vyneis, que olym Johannis litterati curie nostre notarii dicti de Syrmia quocumque legitimi iuris et proprietariis titulo extiterant et ad eum pertinenbant quovis nomine vocatas, specialiter Syroch[1], Zazolch et P[inho]w ac partem in Kerezwr, item Patkandy

[1] Siroth?

Piuinch[1] Syol, et aliam Syol, Syswa et Lyswinch vocatas, et quoddam fenetum in comitatu Syrimicnsi existentes; eo, quod idem Joannes in tantam, et regno nostro inauditam, ac nunquam temporibus factam prorupit audaciam et infidelitatis presumpcionem temerariam, ut dum nos quandam possessioncm nostram Syuiywm vocatam, quam pro tempore a nobis nomine honoris, pro officialatu sibi concessam conservabat, pro comodo status et opere munitionis castri nostri Chereug, quod in suis facultatibus et membris nimis destitutum et desolatum habebatur, ab eodem Joanne litterato auferre et dicto nostro, ac per hoc prefato magistro Petew castellano eiusdem castri aplicari et statui facere voluissemus, dictus Joannes litteratus, collectis suis proximis amicis et complicibus ac congregatis precogitata ncquitia zelo inflatus perfidie, eundem magistrum Petew et hominem nostrum, videlicet Egidium de Katha cum litteris nostris anuleo sigillo • consignatis ad statuendam dictam possessionem per-nos specialiter transmissis in hospicio ipsorum in dicta villa habito propria sua potentia armatis manibus invadendo comburere eosdem et ad ipsos pertinentes omnino et indifferenter ac occidere voluisset, idem hospicium suum concremando super eos, et ipsum nostrum hominem letaliter vulnerando ac Johannem filium Petri de Opuz famulum et proximum ipsius magistri Petew occidendo et alios famulos eiusdem vulneribus mortalibus sauciando, ab ipso tanquam notorio infidele auferendo et regie pietatis clementia ipsi magistro Thoma et Peteu donantes, iuxta regni nostri bonam et approbatam consuetudinem fidelibus nostris capitulo ecclesie de Kw scribentes, per nostrum regium hominem sub eorum testimonio proprio possidendas legitime statui comisissemus, et sic seriem ipsius stationis, per ipsum capituium nobis rescribi debere mandassemus; tandem idem capitulum de Kw, fideles nostri, nobis super premissis rescripserunt in hec verba: *(Slijedi listina kaptola srijemskoga na kralja Karla od 6. novembra 1339.)* Igitur nos ex preattacta relator[ia] rescripcione capituli ecclesie de Kw super legitima reambulacione et statucione ipsarum possessionum, terrarum, villarum et porcionum possessionariam, fundi ac vinearum nec non omnium utilitatum, que olym prelibati Johannis litterati fuerant, prefatis magistris Thome comitis (!) Lyptovien[sis], et eastellani de Chokakew, ac Petew fratris sui de genere Chor facta sic lucide informati, nolentes nec debito nostri regiminis officio exigente valentes, pretactas atroces et temerarias presumpciones ipsius Johannis litterati contra voluntatem nostre maiestatis personali insurgencia, nos rebeiliter offendentis simpiiciter et inpune pertransire. quia, qui naturali domino resistere moliuntur, divinis

[1] U Hstini od 6. novembra : Pisuinch.

etiam disposicionibus videntur contraire et parui meriti putaretur fidelitas, si infidelitas remaneret inpunita, acceptis quoque obsequiis et multiplicibus complacenciis eorundem magistrorum Thome et Petew recordatis, quibus iidem sumpma cum diligencia in certis nostris et regni nostri negociis et expedicionibus se et sua eciam fortune casibus submittendo nobis et sacre corone regie studuerunt complacere, ac se reddere gratiosos et acceptos, memoratas possessiones et villas et possessionarias porciones, fundum curie et vineas prelibati Johannis litterati, et suos posteros (!) condempnantes et privantes, eisdem auctoritate regia(!) maiestatis cum utilitatibus et pertinenciis earum universis, scilicet metis et terminis supradictis, memoratis magistris Thome et Petew et per eos ipsorum heredibus et. heredum eorum successoribus iuxta primariam nostram donacionem conferentes ex plenitudine regie potestatis perpetuo possidendas et habendas confirmamus sine preiudicio iuris alieni. Datum in Vissegrad, in vigilia festi beati Thome apostoli, anno domini millesimo CCC°XXX° nono.

Iz originalne potvrde kralja Ljudevita od 19. septembra 1354. u nar. muzeju u Budimpešti: Arkiv familije Forgač s. a. 1354.
Po istom izvoru skroz pogrešno:
Fejer Cod. dipi. Hung. VIII., 4, p. 380.—38S.

362.

1339, 15. augusta—1340. 9. februara. U Ivaniću.

Ladislav biskup zagrebački izofićuje vodj'e buntovmka i njihove fiomagače.

In nomine domini amen. Anno eiusdem MCCCXXX⁰ nono. Ladizlaus dei et apostolice sedis gracia episcopus Zagrabiensis vniuersis Christi fidelibus presencium noticiam habituris salutem in omnium saluatore. Cum secundum constituciones nostrorum superiorum et nostras raptores et spoliatores atque inuasores bonorum ecclesie nostre Zagrabiensis, conspiratores, congregaciones et iniqua consilia contra nos et nostros facientes ipso facto sint excomunicati et huiusmodi facti euidenciam infideles nostri qui nostram mortem et nostrorum coniurando conspirauerunt et adhuc obstinata malicia de huiusmodi conspiracionibus non cessant, peiora peioribus acumulando; nam quidam infideles nostri propter eorum excessus innumerabiles de medio populorum ecclesie' nostre sunt effugati et tamquam fugitiui ćommorantur, querentes quos de nostris deuorent, conspiraciones et iniquas congregaciones fecerunt contra nos

et nostros, vt nos et nostros valerent inuadere, sicut et amplius iam fecisse procurarunt et alia plurima facta, que loco et tempore oportunis sunt publicata, sicut per alias nostras litteras nostras et capitulorum diuersorum est expressum[1], de quorum numero inter alios fuerunt infrascripti, videlicet Johannes Marcelli, Dominicus frater eiusdem, Laurencius Hungarus, Georgius Heym[2], qui propter periurium et eciam ordine iudiciario conuiciatus de facti potencia in figura iudicii fugit et domum cum suis complicibus rediens spolia commisit et ignem immittendo in possessionem ecclesie nostre plurima dampna comisserit, ac nostris et ecclesie nostre infidelibus adheserit, sicut pater intuentibus; et Blasius Martini cum adiutorio infidelium nostrorum infrascriptorum, qui nuper spolia in predictis possessionibus ecclesie nostre comisit; et alii socii -eorum, videlicet Gregorius filius Benedicti, Nicolaus filius Demetrii, Georgius de Scelna, Bexa et Kopoz filii Michaelis, lwan filius Gurys et Gegus (!) filius Alexandri, qui nuper contra nos in congregacione fuerunt, vt premissum est. Ex quibus factis et eorum processibus sentenciam excomunicacionis incurrerunt; ipsos enim Johannem Marcelli, Dominicum, Blasium filium Martini, Georgium filium Heym, Gregorium filium Benedicti, Nicolaum filium Demetrii, Georgium de Scelna, Bexa et Kopoz filios Michaelis, Ivvan filium Gurys ac Laurencium Hungarum et Gergus filium Alexandri, supradictos cum suis complicibus ih predicta congregacione in nos et nostros conspiracionibus consenciente s, eisdem fauorem pariter et auxilium prebentes et eorum cuilibet auxilio, consilio et fauore, quolibet ingenio palam uel occulte adherentes excomunicauimus et excomunicatos' denunciamus in hiis scriptis. Datum in Iwang, in festo assumpcionis virginis gloriose, anno domini MCCCXXX^{0} nono. Quod autem premissa notata sint uera, presens littera narrat manifeste infrascripta. *(Slijedi listina biskupa zagrebačkoga Ladislava odg. 1339.)* Item Michaelem filium Sauli, qui nuper potencialiter cum armatis ueniens de quadam curia ad nos pertinente, spolia comittendo, domum et alia edificia extra prouinciam nostri episcopatus deduci fecit, congregaci onibus seu conspiracionibus predictorum nostrorum infidelium sepius interfuit et nobis et nostris pluries minas incussit et bona ac eciam quandam possessionem ecclesie nostre potencialiter occupauit, pro nostre ecclesie speciali inimico, similiter per hec et alia quam plura in aliis litteris capitulorum testimonialibus et aliis, prout tunc contra ipsum Michaelem filium Sauli est repertum plenius continetur, • excommunicatum eundem cum suis complicibus et fautoribus -quibuscumque denunciamus in hiis

[1] Vidi listine od g. 1335.—1339. biskupa Ladislava i kaptola čazmanskog, požeškog i stolno-biogradskog.
[2] Drugdje: Heyen.

scriptis. Actum in Iwang, feria quarta proxima ante festum beate Scolastice virginis, anno domini MCCC^{0} quadragesimo. *(Uprijepisu kaptola zagrebačkog od 1. marta 1340. ima ova listina slijedeći dodatak :)* Omnes ergo premissos: Johannem Marcelli, Dominicum, Laurencium Hungarum, Georgium filium Heym, Blasium Martini, Gregorium filium Benedicti, Nicolaum filium Demetrii, Georgium de Scelna, Bexam et Kopoz filios Michaelis, Iwan filium Guris, Gegus filium Alexandri, Michaelem filium Sauli, Blasium Komlous dictum, Petrum filium Michaelis, Gallum Rufum cum filiis suis et Lucachium filium Pauli, infideles nostros et nostre ecclesie cum eorum complicibus, inductoribus presertim cum insultaciones et insultum contra prelatos facientes et inducentes, qui papali excomunicacione sunt ipso facto irretiti et eciam alio modo per alias constituciones superius notatas, propterea tam ipsos infideles nostros et nostre ecclesie tam ex predicto exercitu nominatos et eorum fautores quam omnes eos superius notatos cum eorum complicibus et fautoribus atque auxilium prebentibus, auctoritate ordinaria excomunicamus et excomunicatos denunciari mandamus similiter in hiis scriptiš. Datum in Iwang, feria quarta proxima ante festum beate Scolastice virginis, anno domini MCCC°XL° Vobis autem capitulo Zagrabiensi precipimus in uirtute sancte obediencie, quod hec premissa publicetis et formam de hiis factam nobis transmittere[1] publicacionis transmittatis quanto cicius poteritis; exceptis tamen bano et filiis suis, dummodo se de cetero non intromittent de factis infidelium predictorum quomodocumque participando in crimine.

Iz kodeksa: Liber privileg. episc. Zagrab. list. 73.
Kodeks u arkivu nadbiskupije u Zagrebu: I. B. IX. 167.

363.

1340, 4. januara. U Zadru.

Matija de Rasol Zadranin prodaje Vitu sinu Stjepanovu svo/u drvenu kuću u Obrovcu za 30 dukata.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo nono, indictione octaua. die quarto mensis ianuarii, Jadre. Tempore domini Bartholomei Gradonico incliti ducis Venecie[3], et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, đei et

[1] Očevidno suvišno.
[2] Pisano dvaputa.

apostolice sedis gratia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Donati Contareni egregii comitis. Ego quidem Matheus condam Johannis de Rasol Jadrensis uendo tibi Vito condam Stephani Ruffi[1] de Jadra unam meam domum de lignamine cum omnibus suis pertinenciis et iuribus positam in Hobrouac, constructam super locum domini comitis Gregorii de Curiaco, ad habendum et quicquid tibi deinceps placuerit faciendum sicut de tuo proprio; locum uero in quo est constructa dicta domus predictum tibi non uendo. Precio cuius uendicionis ego predictus uenditor recepi a te predicto emptore ducatos triginta boni auri et iusti ponderis; promittens ego predictus uenditor per me et heredes et successores meos tibi dicto emptori tuisque heredibus et successoribus dictam domum de lignamine cum omnibus suis pertinenciis et iuribus absque loco predicto in quo est constructa excalumpniare in ratione ab omni persona super me et bonis meis omnibus. Cui loco in quo est dicta domus constructa de borea est domus Georgii filii Mirci, de aliis partibus est via publica. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Pasqua filio magistri Jacobi de Bononia, Zirogici salariati, Jadrensibus et Simone Stanislauig marangono Jadre et aliis.

(Drugi rukopis.)

f Ego Nicolaus Madii Galelli iudex examinator examinaui.

(Signum not.)

Et ego Jacobus Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo meo et nomine roboraui.

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana sv. Krševana V. no. 93.

364.

1340, 10. januara. U Avignonu.

Benedikl XII. papa u pravdi izmedju biskupa Liberija i općine trogirske daje pravo općini.

Benedictus etc. dilectis filiis abbati sancti Nicolai Sibenicensis dioCesis et primicerio, ac Petro Sumsich canonico ecclesiae Sibenicensis salutem et apostolicam benedictionem. Sane nobis dilecti filii nobilis vir Philippus comes, Gregorius Salinguerre, Gausius Desse, Joseph Stephani

[1] Ruschi?

et Jacobus Danielis iudices, nec non consiliarii et commune civitatis Tragurii sua petitione monstrarunt, quod licet gabella portae civitatis Tragurii uratarina vulgariter nuncupata, nec non quaedam platea contigua ecclesie Traguriensis ac hortus positus in insula Boe, nec non campus sancti Petri de Clobucez, ac palatium comitatus, et pedagium Barchan vulgariter nuncupata, et insulae ac scopuli maris in civitate et districtu Tragurii consistentia, iuris et proprietate communis dictae civitatis fuerint et existant; et tam ipsi comes quam praedecessores eorum gabellam, plateam, hortum, campum, palatium et insulas praedictas tamquam iuris et proprietatis eorum existentia tenuerint et possederint pacifice et quiete a tempore, cuius contrarii memoria non extat, tamen venerabilis frater noster Lampredius episcopus Traguriensis asserens, quod pro ecclesiarum Traguriensis civitatis et diocesis iuribus defendendis, et non usurpandis, universis et singulis per speciale privilegium sedis apostolicae inhibeatur expre=se, ne aliqui bona et iura ipsarum ecclesiarum occupare, invadere, seu illicite detinere, seu illa iniuste perturbare praesumerent, honoris sui dignitate priventur; et minus veraciter praetendens, quod ipsi comes, iudices, consilium et commune gabellam, plateam, hortum campum, palatium, pedagium, insulam praedicta, quod tam ad suam maiorem, quam ad alias ecclesias et monasteria et alia pia loca civitatis et diocesis praedicte spectent, ut falso dicebat, occuparant, et occupata indebite per violentiam detinebant, dictos comitem, iudices, consilium, commune monuit per edictum publicum, et mandavit eisdem, ut plateam, gabellam et alia bona et iura huiusmodi, quae dictae ecclesiae, monasterii et locorum esse falso dicebat, et detenta, seu occupata per eos, ipsis ecclesiae, monasterio atque locis infra certum terminum, quem ipsis ad hoc peremptorium assignabat, restituere ac in pace dimittere libere procurarent; alioquin comes, consilium, iudices et singuiares consiliarii dictae civitatis predictae generaliter declarat praetextu dicti privilegii, licet de facto sua auctoritate ordinaria, excommunicationis sententiae subiacere, nec non commune et universitas dictae civitatis fore supposita ecclesiastico interdicto. Ex parte vero comitis, consilii, iudicum et communis praedicti fuit infra dictum terminum coram eorum episcopo excipiendo propositum, quod cum gabella, platea, hortus, campus et insula praedicta iuris et proprietatis eorumdem communis fuissent et essent, et tam ipsi, quam progenitores eorum illa pacifice et quiete tenuissent et possedissent a tempore supradicto prout superius est expressum, et erant legitime probare parati, dictus episcopus admonitum et mandatum huiusmodi de iure nequiverat processisse, ipsique comes, iudices et commune huiusmodi monitioni et mandato parere minime tenebantur, et ad id compelli de, iure non poterant, nec debebant, quare parte ipsorum fuit

ab eo humiliter postulatum, ut monitum et mandatum huiusmodi revocaret. Et quia praefatus episcopus eos super hoc contra iustitiam audire denegavit, pro parte comitis, iudicum, consilii et communis praedicti sentientium ex iis se indebite gravari fuit infra tempus legitimum ad sedem apostolicam appellatum. At idem episcopus huiusmodi appellatione contempta, in comitem, iudices, consilium et singulares excommunicationis, et in commune ac universitatem praedictam interdicti sententias promulgavit, propter que pro parte comitis, iudicum, consilii et communis praedicti fuit iterato ad sedem appellatum eamdem. Quocirca discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus,quatenus vocatis, qui fuerint evocandi, et auditis hinc inde propositis, quod canonicum fuerit, appellatione remota, decernatis facientes, quod decreveritis auctoritate nostra firmiter observari, testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam, appellatione cessante, cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes iis exequendis potueritis interesse, duo vestrum nihilominus exequantur. Datum Avenione, quarto idus ianuarii, pontificatus nostri anno sexto.

Farlati Illyr. sacr. V. 379.
Lucius Mem. di Trau. 236.—2.37.

365.

1340, 10. januara. U Zadru.

Danijel de Varicassis i Bartol de Grisogono daju Caninu de Piloso potvrdu, da je namirio sve trazbine pokoj'nog Ađavra Barte de Grisogono.

]n Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo nono, indictione octaua, die decimo mensis ianuarii, Jadre. Tempore domini Bartholomei Gradonico incliti ducis Venecie, et venerabilis patris domini Nicolai de Matafaro decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, ac domini Donati Contareni honorabilis comitis. Daniel condam Miche Pasque de Varicassis et Barth[olome]us condam Mauri Barth[olome]i de Grisogono, ciues Jadrenses tamquam comissarii et co[m]issario nomine heredum dicti olim Mauri Barthi, fecerunt commissario nomine predicto £anino condam Cerni de Piloso, ciui Jadrensi, pro se et suis heredibus et successoribus stipulanti et recipienti plenam et irreuocabilem securitatem et generalem finem, quietationem, liberationem, absolutionem, transactionem et pactum de anplius(!) non petendo

de omni eo et toto et de omni iure et actione ac de omnibus et singulis ad que dictus (Janinus dicto olim Mauro uel dictis comissariis aut heredibus dicti olim Mauri actenus tenebatur seu teneri poterat nomine et occasione alicuius debiti siue rei. . . . . . .quantitatis pecunie siue alicuius instrumenti aut obligationis seu alia quacumque ratione uel causa. Et hbc ideo fecerunt dicti comissarii nomine quo supra dicto Zanino, quia facta ratione pro omnibus et singulis cum eo que actenus dictus Zaninus facere habuisset cum dicto olim Mauro aut cum dictis comissariis seu cum heredibus dicti olim Mauri a dicto Zanino eis integre solutum et satisfactum est, ut sic coniessi fuerunt et contenti comissario nomine predicto se ab eo integre solutum et satisfactum esse de omni debito et re et de omnibus et singulis, ad que dictus Zaninus dictis comissariis seu heredibus dicti olim Mauri actenus tenebatur seu teneri poterat ex aliquo instrumento, precepto, scripta(!) uel scriptura siue ex aliqua alia ratione uel causa. Et volentes atque mandantes comissarii supranominati omne instrumentum, preceptum, scriptam(f) uel scripturam, in quibus appareret ipsum Zaninum fuisse actenus dicto olim Mauro seu dictis comissariis aut heredibus dicti olim Mauri occasione aliqua obligatus(!), ex nunc uanum et cas[sum] esse et habitum inefficatum et "cancellatum et nullius esse ualoris uel momenti u. . . . . . .absoluentes et liberantes dictum Zaninum et eius heredes. successores et bona per . . . . .anam stipulationem et accepti ca[r]tas legittime interpositas ; et promitentes nomine quo supra per se et suos successores dicto Zanino pro se et suis heredibus et successoribus stipulanti et recipienti litemi questionem aut controuersiam ei uel suis heredibus aut successoribus predictorum occafsione] ullo tempore non inferre nec inferenti consentire, sed predicta omnia et singula firma et rata habere, tenere et non contrafacere uel uenire aliqua ratione uel causa, de iure uel de facto sub pena quarti rei petite, stipulantes in singulis capitulis huius contractus in solidum promissa, qua soluta uel non, presens contractus et omnia et singula in eo contenta in sua perduret(!) firmitate, item reficere. et restituere sibi omnia et singula dampna et expensas ac interesse litis et extra, pro quibus omnibus et singulis obseruandis obligauerunt dicti co[m]issarii dicto (Janino omnia dicte comissarie bona presentia et fuctura(f). Actum est hoc et firmatum presentibus Nicolao de Vitchor et magistro Bertolino. . . . .tore condam Pasqualis, ciuibus Jadre, testibus ad hec uocatis et rogatis et aliis.

(Drugi rukopis.)

[Ego Michael] Cerni de Betono iudex examinator examinaui.

(Si^num not.).

Ego Jacobus condam Bonacursi de Forliuio imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus, predictis omnibus presens fui et rogatus scripsi et publicaui et signum meum aposui consuetum.

Original u gubernijal. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole no. 171.

366.

1340, 20. januara. U Čazmi.

Pred čazmanskim kaptolom Nikola sin Mihalčev te Nikola, Petar, Pavao г Demeter sinovi Petra sina Mihalčeva, odobravaju darovanje unnjeno samostanu garičkom po Pavlu sinu Mihalčevu, bratu svome.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod nobiles et probi viri magister Nicolaus filius Mihalch, item Nicolaus, Petrus, Paulus et Demetrius filii Petri filii eiusdem Mihalch personaliter coram nobis constituti, donacionem possessionis Podgoria vocate in comitatu de Gersenche ex utraque parte fluuii eiusdem Gersenche a parte possessionis fratrum heremitarum adiacentis, olym per Paulum filium predicti Myhalch fratrem ipsorum a filiis Mychaelis filii Gregorii pro remedio anime sue et parentum suorum pro ecclesia beate virginis de monte Garygh predictorum heremitarum comparatam factam et habitam, cum omnibus utilitatibus et pertinenciis ipsius possessionis ad honorem virginis gloriose similiter ob remedium anime ipsorum et spem beatitudinis eterne ratam et firmam annuerunt ac perpetuo reliquerunt seruitoribus prefate ecclesie beate virginis pacifice possidendam irreuocabiliter et habendam. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes ad peticionem predictorum contulimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum in festo beatorum Fabiani et Sebastiani martirum, anno domini millesimo CCC°XL°.

Iz originalnog prijepisa čazmanskog kaptola od 6. augusta 1351. u kr. ugar. držav. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no 35.180. — Stara S'gnatura: Acta monast. de Garig. fasc. 1. no. 30.

367.

1340, 8. februara. U Zadru.

. . . . .cije de Zivalelis prodaje Mihi de Soppe zemlju na velikom otoku u Kruševom polju.

In dei nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo nono, indictione octaua, die octauo mensis februarii, Jadre. Tempore domini. . . . .[in]cliti ducis Venecie, et reuerendi patris.domini. . . . .[docjtoris, veaerabilis Jadrensis archiepiscopi, ac domini Donati Contafreni] egfregii] comitis. . . . . .cius condam Francisci de Ziualelis ciuis Jadre dedit, vendidit et tradidit iure proprio in perpetuum Miche condam Blasii de Soppe ciui Jadre pro se et suis heredibus et successoribus recipienti et ementi vnam suam terram laboratoriam cum vna alia pecia terre laboratorie se continente cum dicta terra; que tota dicta terra cum p[ecia] . . . . dicta se continente(l) est gognaiorum octo, et si plus esset, illud plus cedat emptori in hanc vendicionem; positam in insula Magna in loco vocato Crusouopogle cum omnibus iuribus, habenciis et pertinenciis suis ad dictam rem venditam spectantibus et pertinentibus; cuius tocius terre hos dixerunt esse confines: Nam de borea, de trauersa et austro est terra, Zoilli de Soppe fratris dicti emptoris, de quirina partim est terra dicti Zoilli partim est mons; ad habendum, tenendum et possidendum et quicquid ei et ipsius heredibus et successoribus deinceps placuerit perpetuo faciendum sicut de suo proprio, cum omnibus et singulis, que infra predictos continentur confines vel alios, si qui forent veraciores et plures, accessibus et egressibus suis vsque in viam publicam et cum omnibus et singulis que tota dicta terra tradita habet super se, intra seu infra se in integrum omnique iure et-actione, vsu seu requisitione sibi ex dicta re vendita aut ipsi rei uendite modo aliquo pertinente. Pro precio librarum centum denariorum paruorum, quod precium totum et integrum dictus venditor contentus et confessus fuit se a dicto emptore plene habuisse et recepisse in bona et vsuali moneta. Promittens per se suosque heredes et successores sine aliqua exceptione iuris, uel facti se obligando predicto emptori pro se et suis heredibus stipulanti . . . . dictam terram venditam cum predictis suis iuribus, habenciis et pertinenciis eidem emptori et ipsius heredibus et successoribus ab omni persona, collegio et uniuersitate in ratione defendere et excalumpniare super se et omnibus bonis suis presentibus et futuris. Actum est hoc coram Nicolao condam Cerni de

Carbonis et Zoillo condam Sergii de Sissamfo] ciuibus Jadre, testibus ad hoc uocatis et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Nicolaus Madii Galelli iudex examinator examinaui.

(Signum not.J.

Ego Siluanus Francisci de Forriulio imperiali ac ciuitatis Jadre auctoritate notarius predictis interfui, ut audiui rogatus scripsi et roboraui. . . .

Origmal na perg. u ark. gropova Begna u Posedarju. P. no. Ui>

368.

1340, 16. februara. U Kotoru.

Zlatar Savinić daje Radenu zemljišta, da posadi vinograd.

In dei nomine amen. Anno domini millesimo trecentesimo [quadragesimo][1], indiccione . . . . die sexta decima mensis februarii. Ego Sauinich aurifex . . . . gonales sexdecim terre mee quam accepi a capitulo . . . .- Dragonis Balduini ad sanctum Thomam supra casta . . . . quos supra do ad plantandum vineam ad medietatem . . . . condictione> quod ego Raden tenear soluere dicto Sau[inich . . . . in festo sancti Triphonis sum autem S . . . . in pena pignoris racione dupli . . . . et alia mencione. De hoc autem duo sunt publica et similia instrumenta. Actum Catari, in presentia iuratorum iudicum Marchi Dragonis et Andree Marchi Symonis.

Ego . . . . . . alis condam C . . . . . . tolutii de Auxero imperiali auctoritate et nunc communis Catari iuratus notarius hiis omnibus interfui, rogatus scribere scripsi et publicaui.

Original oštećen mjestimice nečitljiv u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu.

[1] Na hrptu starim pismom: 1340.

369.

1340, 21. februara. U Dubrovniku.

Općina dubrovačka prima pismo kralja srpskoga, da su njihovi trgovci namirili sve svoje dužnosti.

Anno domini MCCCXL., indictione VIII., die XXI. februarii.

Hoc est exemplum copie privilegii sclavoneschi reducti in latinum, quod quidem privilegium slauonescum cum cera sigillo domini regis Raxie solito habuit apud se Pale de Resti. Copia nunc reducta in latinum per Jacobum Mate de Crosii notarium slavonescum iuxta comunis morem hic apposita. Cuius quidem copie tenor per omnia talis est:

Scriue lo regname e da a savere, como a facto gracia a Paullo et a Frane de Resti et a loro fradelli de lor rason, che avete et d ogni facto colli doanieri de Nouaberda con Piero de Sabe et con so frare Franze e con Toma de Bugoni et collo so frare Piero et con Vita de Bugon et etiam della mare del dicto Vita de tucto 50 lo regname li libera et franca, che non se intromecta nigun de co per niguno facto et chi se trouasse, che volesse fare alcuno principio et mouimento contro di loro, abia et caca in la ira et furco de regname et che paghi alo regname yperperos V. C . . . Et questa gracia fo facta in Pristina, quando venne messagio (Jugno de Dersa et Climento de Goce. Scrisse la questa gracia Pribec logofecto.

Diversa notariae knjiga g. 1339.—1341. ti dubrovačkom arkivu. Pucić Spom. srp. II. br. 67., 47.

370.

1340, 26. februara. U Zadru.

Budislav Petrov trgovac prodape kuću u Zadru Martinusiju pok. Petra Zotta.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo trigessimo no[no, indiccione] octaua, die uigesimo sexto mensis februarii, Jadre. Tempore domini Bartholomei Gradonic[o in]cliti ducis Venecie, et venerabilis patris domini Nicolai de Matafaro decretorum do[ctoris] archiepiscopi Jadrensis, ac domini Donati Contareni honorabilis comitis. Certum et iufstum] est Budislauum mercato-

rem condam Petri de Jadra uendidisse Martinussio condam Petfri] Zotti, ciui Jadre, totam .unam suam domum amuratam circum circha de plancis copertam cum coquina, balatorio et canipa, curia et omnibus suis iuribus et pertinenciis, positam Jadre in confinio sancti Siluestri de Cartinicho iuxta hos confines: De trauersa est uia publica, de quirina domus Stasoli piscatoris, de austro domus Michse quidem consanguinei et de borea domus Michaelis Philipy de Pute; precio quadraginta librarum denariorum uenetorum paruorum. Verum quamuis in instrumento huius uendictionis infrascriptum pactum non appareat scriptum actum in ipsa temporis uendictione instantis, talis inter eos antequam contrahentes ad alios diuerterent actus pac[tum] et conuentio interuenit ipsi contractui inherens, scilicet, quod dictus Martinussius per [se et] suos heredes et successores solempniter stipulanti ac de speciali gratia promisit BudisIau[uo prejnominato pro se et suis heredibus et successoribus stipulanti et recipienti, quod quandocumque ipse Budislafuus] uel. sui heredes aut successores dictas quadraginta libras denariorum paruorum soluerint et restituerint ei uel suis heredibus aut successoribus antedictus Martinussius uendet eidem uel suis heredibus aut successoribus contractum et instrumentum uendictionis et faciet de supradicta domo pro precio et nomine precii supradicti quantitatem, aut dabit et restituet eidem instrumentum emptionis incisum et tradet eidem dictam doir.um, nec non cauebit de euictione contra omnem personam cui dicta domus foret obliga (!) ex aliquo contractu uel obligatione facta a dicto Martinussio, uel cui esset uel diceretur esse ius aliquod acquisitum in ea uel parte ipsius ex persona dicti Martinussii uel eius ocasione. Que omnia et singula promisit dictus Martinussius per se et suos heredes et successores dicto Budislauo pro se et suis heredibus et successoribus stipulanti firma et rata habere, tenere perpetuo et non contrafacere uel uenire per se uel alium aliqua causa, ratione uel ingenio, de [iure] uel de facto, sub pena quarti dicti precii in singulis capitulis huius contractus, quot[iens] contrafactum fuerit stipulatione premissa et refectione dampni et expensarum litis et extra, obligando pro hiis omnibus et singulis obseruandis omnia sua bona presentia et fuctura(!), et pena soluta uel non, rata maneant omnia et singula suprascripta. Actum est hoc et firmatum presentibus Cressio condam Dobri de Begna, ciue Jadrensi, et magistro Hodorico Cassellerio condam Migloratti, habitatore Jadre, testibus ad hec uocatis et rogatis, et aliis.

(Drugi rukopis).

Michael Cerni de Betono iudex examinator examinaui.

(Signum not.)

Ego Jacobus condam Bonacursi de Forliuio, imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus predictis omnibus presens fui et rogatus scripsi et publicaui et signum meum aposui consuetum.

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru; odio samostana sv. Nikole br. 172.

371.

1340, 28. februara. U Avignonu.

Benedikt XII. papa preporuča banu bosanskomu, da vojuje na heretike.

Benedictus episcopus servus servorum dei. Dilecto filio nobili viro Stephano bano Bosnensi salutem et apostolicam benedictionem. Ex relatione dilecti filii fratris Geraldi ministri generalis ordinis fratrum Minorum nuper recepimus, quod ipse ad inductionem carissimi in Christo filii Caroli regis Ungarie illustris ad presenciam tuam accedens, te promptum et paratum invenit, ut in principatu Bosnensi cultus restauretur divinus, qui propter multos hereticos ibidem degentes totaliter exinde, ut dicitur, est sublatus, quodque gratum et laudabile desiderium geris, ut orhnes ecclesie, que nunc inibi iacent dirute et destructe, auxiliante deo, in pristinum statum resurgant et restaurentur, et in eis divina officia secundum ritum et morem ecclesiasticum ac fidelium celebrentur; super quibus tue devotionis propositum plurimum in domino commendamus. Ideoque nobilitatem. tuam rogamus, monemus et hortamur attente, quatinus prudenter attendens, quam periculosum tibi et heredibus tuis possit existere, si in dicto principatu Bosnensi sic palam et secure heretici conversantur, huiusmodi propositum, quod de ipsis extirpandis de principatu predicto laudabiliter concepisti, viriliter et invariabiliter prosequaris, informaturus nos, si forte nuncios ad sedem apostolicam mittere te continget, de omnibus que cognoveris per nos et sedem predictam in exterminium dictorum hereticorum de principatu predicto et in favorem fidei facienda, quia. nos et sedes predicta tibi super hiis, prout expedieus fuerit, annuente domino, assistemus, et tam prefatum regem Ungarie, quam alios Christi fideles, necnon universitates et singulares personas vicinorum locorum ad assistendum tibi super extirpatione dictorum hereticorum per apostolicas litteras et nuncios inducemus. Datum, Avinione, II. kalendas martii, anno sexto.

Theiner Mon. Hung. I. no. 952. p. 633. — Iz reg. orig. an. VI. secr. ep. 633.
Wadding Annal. Minor. III. 464..
Fermendžin Acta Bosnae p. 24.

372.

1340, 28. februara. U Avignonu.

Benedikt XII papa Geraldu generalu Franjevaca, neka pisma preda kralju Karlu Robertu i banu bosanskomu.

Benedictus episcopus servus servorum dei. Dilecto filio Geraldo ministro generaH ordinis fratrum Minorum, salutem et apostolicam benedictionem. Recepimus litteras tuas continentes, quod tu ad inductionem carissimi in Christo filii nostri Caroli regis Ungarie illustris, ad presenciam nobilis viri Stephani bani BoSnensis te personaliter contulisti, quodque idem banus tibi obviam occurrens in via te honoranter recepit, et a te verba catholice veritatis et salutis libenter audivit, tibique aperuit propositi sui votum, per quod evidentius cognovisti, quod bonam voluntatem gerit ad extirpandum de principatu Bosnensi cunctos hereticos degentes ibidem, dummodo nos et sedes apostolica, et idem rex Ungarie sibi super hiis favorabiliter assistamus, quorum favorem sibi oportunum extimat propter scismaticos, quos habet sue terre vicinos, quorum scismaticorum auxilium dicti heretici invocarent, si se de terra predicta cognoscerent extirpandos. Ecce igitur eundem banum per nostras litteras speciales rogamus, monemus et hortamur attente, ut prudenter attendens, quam pericuiosum sibi et heredibus suis possit existere, si in dicto principatu Bosnensi sic palam et secure heretici commorentur, laudabile propositum suum, quod sicut per litteras tuas percepimus, de dictis hereticis extirpandis de principatu predicto concepit, viriliter et invariabiliter prosequatur. Informaturus nos per nuncios suos, si forte dictoš nuncios ad sedem apostolicam mittere eum continget, quecunque cognoverit per nos et sedem predictam in exterminium dictorum hereticorum de principatu predicto, et in favorem fidei facienda, quia nos et sedes predicta eidem bano super hiis, prout expediens fuerit, annuente domino, assistemus, et tam prefatum regem Ungarie, quam alios Christi fideles, nec non universitates et singulares personas vicinorum locorum ad assistendum eidem bano super extirpatione dictorum hereticorum per apostolicas litteras et nuncios inducemus. Huiusmodi autem litteras nostras tam prefato regi Ungarie, quam eidem bano super hiis directas, dilecto filio Petro de Otrata procuratori generali in Romana curia ordinis tui fecimus assignari, tibi per eius nuncium transmittendas, quas quidem litteras, cum ipsas receperis, dicti regi et bano facias destinare. Datum Avinione, II. kalendas marcii, anno sexto.

Theiner Mon. Hung. 1. no. 953. str. 633.—634. Iz reg. orig. an. VI. secr. ep. 32.
Wadding Annales III. 463.—464.
Fermendžiu Acta Bosnae p. 24.
Eubel Bullarmm Franciscanum T. VI. no. 120. p. 74.

373.

1340, 28. februara. U Avignonu.

ISenedikt XII. papa kralju Karlu Robertu neka podupire bana bosanskoga pri zatiranju heretika.

Benedictus episcopus servus servorum dei. Carissimo in Christo filio Carolo regi Ungarie illustri salutem et apostolicam benedictionem. Nuper dilectus filius frater Geraldus generalis minister ordinis fratrum Minorum nobis per litteras suas seriose descripsit collationem verborum, quam habuit cum dilecto filio nobili viro Stephano bano Bosnensi super extirpatione hereticorum, qui terram ipsius impia contagione corrumpunt, ex quibus idem minister evidenter collegit bonum et catholicum propositum dicti bani, ad extirpandam dictorum hereticorum perfidiam de terra prefata, si sibi sedis apostolice atque tuum oportuna presidia suffragentur. Nos autem de premissis plurimum gratulantes, eidem bano post salutationum alloquium scribimus in hec verba: Ex relatione etc. ut in alia usque in finem. Cum itaque, fili, ad mcgnam gloriam tuam et securitatem regni tui cedere dinoscatur, si de prefata terra Bosnensi predicti heretici tuo ad hoc suffragante presidio extirpentur, serenitatem regiam rogamus, requirimus et hortamur attente, tibi in remissionem peccaminum iniungentes, quatinus divine retributionis intuitu, et requisitionis apostolice interventu eidem bano omnibus modis, viis et studiis ac consiliis et auxiliis opportunis, quibus melius cognoveris expedire, prudenter et potenter assistas, ut idem banus de terra prefata possit evellere prefatam iam antiquatam in ea contagionem heretice pravitatis, €t in ipsam reducere divinum cultum, et ecclesias exinde destructas in statum pristinum ad laudem divini nominis restaurare, ita quod exinde premium consequaris retributionis eterne, et regno tuo ex reductione

dicte terre ad salutem cathoJice veritatis prepares et impendes pacis et securitatis augmentum. Datum Avinione, II. kalendas martii, anno sexto.

Theiner Mon. Hung. I. no. 951. p. 632.— 633. Iz reg. orig. an. VI. seci. ep. 31.

Wadding Annales III. 463.

Fermendžin Aeia Bosnae p. 24.

Eubel Bullarium Franciscanum VI. no. 120., 75.

374.

1340, 1. marta. U Zagrebu.

Kaptol zagrebački prepisuje listinu biskupa Ladislava od 9. februara 1340., kojim ovaj izopćuje vodje buntovničke.

Venerabili in Christo patri et domino domino et prelato eorum I.adizlao dei et apostolice sedis gracia episcopo Zagrabiensi capitulum loci eiusdem oraciones pro eo ad dominum debitas et deuotas. Mandatum vestre paternitatis cum debita reuerencia et obediencia adimplere cupientes, processus et sentencias uestras, quas nobis sub uestro sigillo transmisistis in die cinerum proxime preterito in maiori missa presentibus de collegio uestro dominis Jacobo preposito, Nicolao cantore, Demetrio archidiacono Zagrabiensi, NicoJao de Kamarcha, Benedicto de Kemluch et Anthonio de Vrbouch archidiaconis, magistris Petro, Martino, Dyonisio decano et Georgio canonicis, item prebendariis de choro sacerdotibus et clericis ac Jaicis quam piuribus solempniter perlegi fecimus de uerbo- ad uerbum hunc tenorem continentes: *(Slijedi listina biskupa zagreb. Ladislava od 9. februara g. 1340. /15. oktobra g. 1339.J).*

Iz kodeksa: Liber privileg. episc. Zagrab. list. 74.
Kodeks u arkivu nadbiskupije u Zagrebu: I. B. IX. 167,

375.

1340, 5. marta. U Zadru.

Prešta dvornik fakova Fanfogne u Polisanima itd. kupuju od Zoila de Begna iito.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo trigesimo nono, ind[ictione] octaua, die quinto mensis marcii,

Jadre. Tempore domini Bartholomey Gradfonico] incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gracia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Donati Con[tareni] egregii comitis. Nos Prefsa Radoy duornicus Jacobi de Faffona in Polisa[ne], [et] Gregorius Pribislaui'duornicus Jacobi condam Benedicti de Matafaris ibifdem] ore. . . . dicti Prefsce(l), Prichod Johar.nis villani d icti Jacobi de Matafaris et Radoslaus Milsce [ui]ll[anus] dicti Jacobi de Matafaris confitemur nos emisse et recepisse a te Coillo filio Phili[pi de] Begna ciue Jadre mediam partem . . . dimid. . . . . am ordei pro quindecim libris et soldis [trede]cim et dimidium denariorum paruorum, videlicet ad racionem soldorum qua[dra]ginta quatuor denariorum paruorum modio (!) dicti ordei. Quas libras quindecim et soldos tredecim et dimidium denariorum paruorum nos dicti emptores per nos nostrosque heredes et successores nos obligamus et promittimus dare et soluere tibi predicto Qoillo tuisque heredibus et successoribus hic in Jadra absque omni periculo.usquead festum sancti Petri mensi(!) iuni proxime futurum, sub pena quarti et omnium expensarum litis et extra super nos et bonis nostris omnibus et super quemlibet nostrum in solidum ad quem te tenere uolueris de omnibus et singulis predictis sicut et quociens uolueris reiterando ubique locorum et specialiter in Ancona et in Hobrouatj, et pena soluta uel non, presens tamen instrumentum pro modo predicto firmum sit, omni excepcione remota, nulloque pretermisso obstante. Actum est hoc £t firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Andrea de Ragno et Petro condam Michaeli Rose, ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Michael Cerni de Botono iudex examinator examinaui.

(Signum not.)

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali autoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo meo et nomine roboraui.

Original u arkivu grofova Begna u Posedarju: P. no. 68.

376.

1340, 13. marta. D Višegradu.

Karlo kralj ugarski i hrvatski poziva Ladislava biskupa zagrebačkog, da pokaze privilegija svoja.

Karolus dei gracia rex Hungarie fideli suo venerabili in Christo patri domino Ladizlao eadem et apostolica gracia episcopo Zagrabiens salutem et graciam. Noueritis, quod vniuersitas hominum seu populorum de districtibus de Iwangh, Dumbrou, Chazma et de Vaska missis ad nos nunciis suis conquesti extiterunt nostre maiestati in hunc modum, quod uos libertatibus ipsorum per sanctos reges predecessores nostros fundatores ipsius ecclesie Zagrabiensis et dotatores eis datis ipsos non conseruaretis, set contra libertatem eorum eosdem agrauaretis. Cum igitur nos tam ecclesias quam seruitores ecclesiarum per sanctos reges predecessores nostros ipsis ecclesiis ordinatos in eorum libertatibus velimus permanere, fidelitatem paternitatis uestre requirimus diligenter, quatenus dictos homines seu populos de dictis districtibus in eorum libertatibus conseruare uelitis; et ut melius libertates eorum iidem homines seu populi scire possint, volumus, ut in quindenis diei medii quadragesime proxime nunc uenturis coram nostra maiestate et prelatis ac baronibus nostris instrumenta, priuilegia dictorum sanctorum regum predecessorum nostrorum super libertatibus ipsorum hominum seu populorum confecta exhibeatis; visis enim ipsis instrumentis iidem homines seu populi melius sancte ecclesie et uobis valebunt famulari et debita seruicia exhibere. Et si quos ex eis de eorum possessionibus eiecistis, illos medio tempore in possessiones eorum intromittere velitis et in possessionibus ac iuribus ipsorum manere permittatis, ablata eciam ab eisdem coram Dominico filio Egidii famulo et homine nostro exhibitore presencium ad hoc tansmisso restituatis ex integro; aliud non facturi. Datum in Alto Castro, feria secunda proxima post dominicam reminiscere, anno domini MCCCXL.

Iz kodeksa: Liber privileg. episc. Za^rab. list. 76,
Kodeks u arkivu nadbiskupije u Zagrebu; I. B. IX. 167.

377.

1340, 17. marta. U Zadru.

Miha de Zadulinis gradjanin zadarski prodaje Damjanu de Sloradis zemljiita u Gelsanima Subića.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentessimo trigessimo nono, indictione octaua, die decimo septimo mensis marcii, Jadre. Tempore domini Bartholomei Qradonico incliti ducis Venecie, et venerabilis patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, ac domini Donati Contareni honorabilis comitis. Ser Micha condam Jacobi de Zadulinis ciuis Jadre iure proprio et in perpetuum dedit, uendidit et tradidit Damiano filio Cresii condam Damiani de Sloradis ciui Jadre pro se et suis heredibus et successoribus ementi et recipienti totas et integras suas sex sortes terre et uinee positas in Gelsane Subicorum, quas esse dixit et conuenit centum uiginti gognaiorum, videlicet gognai uiginti pro qualibet sorte; ita quod si plus esse reperiretur, cedat in dicta uenditione sine precii aditionei cum omnibus suis pratis, aquis, pascuis, siluis, nemoribus, pertinenciis et iuribus. Que supradicte sex sortes terre et uinee sunt in pluribus peciis mixtis cum terris Subichorum infra hos confmes: Nam de borea est uilla de Gelsane que est Vireuichorum et Zadullinorum, de quirina est Gorica et partim Crescane et partim Bubnane; de austro sunt Lisane et partim Bubnane et de trauersa Huschipach et partim Cochichina et panim Nadine; ad habendum, tenendum, possidendum et quicquid sib et suis heredibus et successoribus deinceps perpetuo placuerit faciendum, cum omnibus et singulis que dicte sex sortes terre et uinee habent super se uel infra seu intra se in integrum, omnique iure et actione usu seu requisitione sibi ex eis uel pro eis rebus aut ipsis rebus de iure uel consuetudine modo aliquo pertinentibus. Et hoc pro precio et nomme precii in summa septingentarum librarum denariorum uenetorum paruorum, quod precium dictus uenditor confessus fuit et contentus se a dicto emptore habuisse et recepisse ac sibi integre datum, solutum et numeratum esse in bona usuali et legali moneta; excepcioni non sibi dati et non soluti dicti precii et omni alii legum et iuris auxilio et omnibusstatutis, prouissionibus(l), reformationibus, consuetudinibus et ordinamentis ciuitatis Jadre pro eo in aliquo facientibus omnino renuncians. Quas supradictas sex sortes terre et uinee cum omnibus suis supradictis iuribus et pertinenciis dictus uenditor se dicti emptoris nomine constituit possidere, donec de dictis sortibus terre et uinee possessionem acceperit

corporalem, quam accipiendi sua auctoritate et retinendi deinceps ei licenciam omnimodam contulit atque dedit; nec non promittens prefatus uenditor per se et suos heredes et successores dicto emptori pro se et suis heredibus et successoribus stipulanti et recipienti, litem, questionem aut controuersiam de dictis sortibus terre et uinee seu parte ipsarum uel aliqua earum ei uel suis heredibus aut successoribus vllo tempore non inferre nec inferenti consentire, set(!) ipsas sortes terre et uinee cum omnibus suis iuribus et pertinenciis ei et suis heredibus et successoribus ab omni homine et persona legittime defendere et excalumpniare in ratione et nullam contrariam exceptionem, defensionem seu negationem iuris uel facti specialem uel generalem in aliquo opponere uel opponi facere, set predictam uendictionem et precii solutionem et omnia et singula supra et infrascripta perpetuo firma et rata habere, tenere, obseruare et adimplere et non contrafacere uel uenire per se uel alium seu alios aliqua causa, ratione uel ingenio, de iure uel de facto, sub pena quarti dicti precii in singulis capitulis huius contractus quotiens contrafactum fuerit in solidum stipulatione promissa, qua soluta uel non, presens contractus et omnia in eo contenta in sua nichilominus perdurent firmitate; item reficere et restituere sibi omnia et singula dampna et expensas ac interesse litis et extra. Pro quibus omnibus et singulis obseruandis dictus uenditor obligauit eidem emptori omnia sua bona presencia et fuctura(!). Quas quidem supra dictas sex sortes terre et uinee uenditas ser Michael superius nominatus titulo emptionis acquisiuit a Damiano condam Madii de Varicassis, prout de ipsa emptione patet publico instrumento anno incarnationis domini millesimo trecentesimo trigessimo primo, indictione quinta decima, die quinto mensis februarii, manu Blasii Michaelis Leonardi Jadrensis notarii facto et examinato per Zoillum Cipriani de Bartholomeo tunc tempore examinatorem, a me notario infrascripto uiso et lecto; in quo eciam emptionis instrumento continetur supradictum Damianum uendidisse ipsi ser Michaeli totam terram suam positam in supradicto Gelsane Subicorum, quam habuit dictus Damianus a Cosa Saladino socero suo, et ut in ipso instrumento continetur, eam conuenit esse sexaginta quinque gognaios, quos idem ser Michael in se, ad se et pro se reseruauit ac dominium et proprietatem dictorum sexaginta quinque gognaiorum pro se retinuit. Actum est hoq et firmatum presente Grisogono condam Fortis et Laurentio condam Zanbonini ciuibus Jadre, testibus ad hec uocatis et rogatis et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Nicolaus Madii Galelli iudex examinator examinaui.

(Signum not.).

Ego Jacobus condam Bonacursi de Forliuio imperiali autoriteatc notarius et Jadrensis iuratus predictis omnibus presens fui et rogatus scripsi et publicaui et signum meum aposui consuetum.

Original na perg. u gubern. arkivu u Zadru odio samoslana sv. Dominika no. 2457.

Orig. not. prijepis ove listine od 8. decembra 1358. Ibidem no. 2456

378.

1340, 28. marta. U Višegrađu.

Karlo kralj ugarski i hrvaiski odgadja biskupu zagrebačkom Ladislavu rok za iznos povelja crkve zagrebačke na vrijeme, kad će doči u Hrvatsku.

Nos Karolus dei gracia rex Vngarie significamus presencium per tenorem memorie commendantes, quod licet auditis querimoniis hominum seu populorum de districtibus de Iwangh, Dumbrou, Waska et de Chazma dicencium, vt dominus Ladizlaus episcopus Zagrabiensis ipsos in illis libertatibus, quas domini sancti reges predecessores nostri, fundatores et dotatores ipsius ecclesie et applicatores ipsorum districtuum ad ipsam ecclesiam eis dederunt, non conseruaret, eidem domino episcopo hoc commiseramus, ut instrumenta priuilegia dictorum dominorum[1] sanctorum regum super libertatibus dictorum hominum seu populorum de dictis districtibus confecta in quindenis diei medii quadragesime nunc venturis coram nobis et prelatis ac baronibus regni nostri exhibere debuisset pro eo, vt homines seu populi dictorum districtuum meliori modo seruicia sua exhibere potuissent ecclesie predicte visis insrumentis prenotatis; tamen nunc ad peticionem eiusdem domini episcopi per hominem suum nobis porrectam prorogauimus exhibicionem ipsorum instrumentorum ad octauas illius diei, quo uersus Croaciam domino concedente euntes in Zagrabiam perueniemus. Datum in Alto Castro, feria tercia proxima post dominicam letare, anno domini MCCCXL°.

Iz kodeksa: Liber p7'ivil. episc. Zag. list. 76.
Kodeks u ark. nadbisk. u Za^rebu I. B. IX. 167.

[1] Umetnuto iznad linije istom rukom.

379.

1340, 4. aprila. U Cazmi.

Ladislav biskup zagrebački navadja uzroke s kojih je on izofićio i hho imanja buntovnike.

In nomine doraini amen. Anno eiusdem MCCCXL.[0] Ladizlaus de et apostolice sedis gracia Zagrabiensis episcopus vniuersis Christi fidelibus presencium noticiam habituris salutem in domino. Quod, cum nos Laurencium Hungarum in comitem Chasmensem et Johanaem Marcelli in comitem de Dombro prefecissemus et ipsi per se et eorum officiales homines nostri episcopatus per grauia et intollerabilia iudicia afflixissent, nos non ualentes ipsorum in hoc maliciam sustinere. eos comitatibus predictis priuauimus, ne maliciis eorum paciendo consenciamus, cum agentes et consencientes pari pena puniantur. Ipsi uero post hec non tamquam filii obediencie se emendare cupientes, set conuersi in artum prauum tamquam degeneres filii in patrem consurgentes, inito consilio iniquo cum eorum proximis complicibus, videlicet Dominico filio Marcelli, Georgio filio Heym, Nicolao Demetrii, Gregorio filio Benedicti, Gegus filio Alexandri, Gallo Rufo, Georgio de Scelha, Iwan filio Guris Paulo filio Gregorii, Lucachio filio Pauli et aliis in hoc eis adherentibus domum nostram et nostrorum domos inuadentes omnia bona mobilia asportarunt, domos aliquas concremantes aliquas funditus diruentes nos de domo nostra Iwang hostiliter expulerunt mortem nostram attemptantes. Pro quibus excessibus eos iuris tramite obseruato eciam iuxta consuetudinem regni pro infidelibus reputantes bonis omnibus mobilibus et immobilibus spoliauimus et[1] priuatos denunciauimus in hiis scriptis. Hiis uero non contenti adhuc prouinciam nostram manu armata intrantes vnum nostrum lapicidam occiderunt, alterius pedem mutilantes plures letali vulnere sauciendo, pro quo alium processum iuridicum sicut primo, fecimus contra eos. Hoc etiam dicimus, quod prefati emuli nostri malum malo addere cupientes iterum manu valida et armata episcopatum nostrum intrantes spolia, dampna, iniurias nostris et nostratibus, intulerunt, nostros diuersimode affigentes et quamplures vulnerantes in mortem nostram similiter attemptando prout in aliis nostris processibus super hoc editis plenius continetur. Hiis omnibus premissis non contenti cum litteris domini nostri regis, vt eos ad possessiones ecclesie nostre recipiamus petitoriis et homine ipsius domini regis venientes, quas lit-

[3] Slijedi precrtano »spoliat«.

teras cum nuncio, vt debebamus, recepimus reuerenter, set ex causis racionabilibus preces domini nostri regis admittere nequiuimus, donec ad terminum per ipsum assignatum raciones nostras in sua presencia declaremus. Ipsi cum prefato homine domini nostri regis prohibicionem nostram non curantes terras ecclesie more latrocinii inuadentes spoliando, ecclesiasticas personas et ad nos spectantes plures vulnerando, possessiones nostras et nostrorum occupando et inter se diuidendo, dominium nostrum vsurpando, iudices nouos statuendo, homines nostros multimode ad infidelitatem conuerterunt, nos et nostros in Iwangh in domo nostra deliberate conspirando conburere uoluerunt et nichilominus fugere de eadem compulerunt, et postmodum dominium nostrum usurparunt, collectas super populos nostros et nostre ecclesie inponendo et aliquas exegerunt minas mortis nobis et nostris diuersimode inponentes; congregaciones, conspiraciones et detractiones plurimas contra nos et nostros dictauerunt, et tam apud dominum regem quam alios nos et nostros infamauerunt; et non tantum propter hec, set(!) propter casum solum et predictis priuacionem possessionum et bonorum eorum ipso facto inciderunt; et alia que scribere esset tedium committentes in nostrum vituperium er grauamen super mortem nostram attemptando. Vnde licet ex constitucionibus dominorum legatorum Firmani et Gentilis et per processus contra tales per nos factos inuasores et raptores bonorum ecclesie sint excomunicati, tamen, quia crescente contumacia et malicia debet crescere et pena, ipsos infideles nostre ecclesie et nostros et eorum complices seu eis adherentes prediis, possessionibus, bonis omnibus mobilibus et immobilibus perpetuo in heredes heredum priuamus, sicut prius et priuatos denunciamus in hiis scriptis nichilominus; propter inuasiones et occupaciones que contra constituciones prefatas mortem nostram attemptantes comiserunt, denunciamus eos sentenciam excomunicacionis incidisse. Similiter in hiis scriptis mandantes in uirtute obediencie capitulis, prepositis, archidiaconis, abbatibus, plebanis, rectoribus ecclesiarum per totam nostram diocesim istum nostrum processum diebus dominicis et festiuis publicare et prefatos excomunicatos facere arcius a Christi fidelibus euitari, donec ad cor reuersi satisfactione premissa absolucionis beneficium poterunt obtinere, ad maiorem rei euidenciam et noticiam mandauimus ad hostia ecclesiarum publice appendi. Hunc autem nostrum processum publicauimus coram domino episcopo C .. . nicensi, magistro Petro filio Laurencii de Ochyna, domino Jacobo preposito Zagrabiensi, magistris Johanne et Nicolao filiis Ladizlai de Corbad, comite Georgio castellano nostro de Vgra, Michaele filio Nicolai filii Borch, Dominico filio Egidii homine domini regis, Emirico custode Chasmensi et Thoma quondam decano ac aliis pluribus clericis

et laycis ad hoc specialiter vocatis et rogatis. Actum Chasme, feria tercia proxima post dominicam iudica, anno superius annotato.

Iz kodeksa: Liber privil. ep. Zag. hst. 74.
Kodeks u ark. nadbisk. u Zagrebu: I. B. IX. 167.

380.

1340, 19. aprila. U Višegradu.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski piše banu Mikiču i biskupu zagrebačkomu Ladislavu, neka neke nevjerne Zagrepčane izbace iz grada.

Karolus dei gracia rex Hungarie, fidelibus suis venerabili in Christo patri Ladislao per eandem episcopo Zagrabiensi et capitulo ecclesie eiusdem, item Mykch bano tocius Sclavonie eiusque vices gerentibus, ac Doym et Bartholomeo comitibus, ipsorumque officialibus, necnon comitibus, castellanis, nobilibus atque civitatibus et liberis villis nostris, videlicet regalibus et reginalibus, ipsarumque rectoribus et generaliter quibusvis aliis hominibus cuiuscunque preeminencie vel status existant, tam in tenutis banatus quam alias ubivis intra terminos regni nostri constitutis, quibus presentes ostendentur salutem et graciam. Ad aures nostre maiestatis pervenit, quod Johannes dictus Stradba et Thomas gladiarius frater suus, Johannes filius Farkasii, Martinus propinquus suus, filius Nicolai dicti Popouych, Ilya, Stephanus institor, Termech, Rewlyn, Jacobus dictus Syrotha, Andreas carnifex, Iwanus carpentarius gener Ladese, Mathe fihus Iglar et Muna notorii infideles nostri olim proditores dicte civitatis nostre Gracensis, ex quibus aliqui tempore quo ipsam prodicionem detestabilem facere conabantur, in eadem nostra civitate deprehensi sentenciam capitalem prout demeruerunt, reportarunt, tempore iudicatus Nicoleti ab ipsa exclusi sentencialiter bandizati ac proscripti nunc in medio vestri, vestrisque in tenutis laterent habitantes; quos omnino volumus de vestra societate et communione fore repellendos. Quare fidelitati vestre vestrorumque cuilibet in solidum regio firmo sub precepto scribentes damus in mandatis. quatenus eosdem infideles nostros deinceps uberius penes vos in medioque vestri non presumpmatis conservare, ipsos penitus de vestra societate ac de tenutis vestris abicientes; secus si regie nostre maiestatis indignacionem gravem vos incurrere pertimescitis, facere non audentes, Et hec volumus ubique in locis publicis palam proclamari, nec per quempiam vestrorum huiusmodi proclamacioni in foris vestris presumpmatis prohibere. Datum in

Wyssegrad, feria quarta proxima post festum pasce domini. anno eiusdem M°CCC°XL°.

Iz originalnog prijepisa bana Nikole od god. 1353. U biblioteci narodnog muzeja u Budimpešti g. 1353. Pridošao ovamo darom Imre Nagya 1885., kako se čini iz arkiva Antuna Balogha u K. Somlru u željeznoj županiji.

Nagy Cod. dipl. Andeg. IV. 15.—16.

381.

1340, 24. aprila. U Zagrebu.

Ban Mikić potvrdjuje povelju kralja Bele od 12. janua'ra 1257., kojom se opčira j'astrebarskoj podij'elj'uju slobode.

Nos Mykch banus tocius Sclauonie memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis. Quod Wlk filius Wlcbk villicus de Jaztrebarzka, Ladyha filius Ladizlay, Peetrus(!) filius Grerdinich, Eridre filius Wlchihna, Radun filius Dezen, Matheus filius Petri et Paulus filius Wlko, hospites de eadem pro se et pro vniuersis hospitibus in dicta villa commorantibus ad nostram accedentes presenciam exhibuerunt nobis quoddam priuilegium domini Bele quondam illustris regis Hungarie clare memorie super libertatibus ipsorum concessum, petentes nos humiliter et deuote, vt tenorem eiusdem priuilegii de verbo ad uerbum nostris litteris transscribi faceremus. Cuius tenor talis est: *(Slijedi povelj'a kralja Bele od 12. januara 1257.)* Nos igitur peticionibus eiusdem Wlk villici et ceterorum hospitum de Jaztrabarzca(f) predictorum inclinati, predictum priuilegium non abrasum non cancellatum nec in aliqua sui parte viciatum de verbo ad verbum presentibiis transscribi fecimus et pendentis sigilli nostri munimine communiri. Datum Zagrabie, in festo beati Georgii martirys, anno domini M°CCC°XXXX°

Original na perg. u arkivu trgovišta Jastrebarskoga.

Na listini visi nešto crvene, žute i modre vlaknaie svilene vrvce bez pečata.

Istu povelju potvrdi kralj' Sigismund u Caslavi 1421.: i>Feria quinta .post festum Mathie apostoli«. Original u istom arkivu.

382.

1340, 28. aprila. — 1366, 12. decembra. U Zadru.

Eufemija udova Franje Zadulina firavi svoju oporuku.

Hoc est exemplum cuiusdam publici instrumenti testamenti, cuius per ordinem tenor talis est:

In dei nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecen. tesimo quadragesimo, indicione octaua, die uigesimo octauo mensis aprilis, Jadre. Tempore domini Bartholomei Gradonico incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, Jadrensis archiepiscopi, ac domini Donati Contareni honorabilis comitis. ' Quamuis incerta et dubia mortis hora debeat prudenti animo suspecte semper existere, attafmen] cum langore(!) corpus afficetur, eius magis est formidandus euentus. Quo circa domina Eufumia vxor condam Francisci de Qidulinis sana per gratiam Yesu Christi mente et senssu(l), licet corpore lanquens, suarum rerum et bonorum omnium tam dotalium quam parafernalium et acquisitorum per presens nuncupatum testamentum coram domino iudice, me notario et testibus infrascriptis declaratis et patefactis ibidem per eam nominibus corhmissariorum, legatariorum et institutorum heredum, ac legatis et omnibus et singulis contentis inferius secundum formam statuti Jadre de testamentis et que admodum testamenta debeant ordinari capitulo: Si per manum tabelionis etc, in hunc modum facere procurauit. In quo suos fidei comissarios et huius testamenti executores et ad infrascripta omnia facienda et complenda dominam Mariam filiam suam, dominum Micham condam domini Jacobi de Qadulinis, dominum £uue de Butouano et Franciscum filium condam Johannis nepotem suum, quando erit viginti annorum, constituit et ordinauit; dans et concedens eis plenissimam et omnimodam potestatem atque mandatum pro infrascriptis omnibus et singulis exequendis agendi, deffendendi et respondendi calumpnie et de ueritate dicenda, iuramentum in ipsius testatricis animam prestandi et generaliter omnia et singula faciendi et exercendi, que ueri et legiptimi(f) comissarii et ipsa testatrix predicta, si viuens esset, facere posset. Voluit tamen, quod predicta domina Maria eius filia et comissaria possit negocia dicte comissarie per se ipsam solam facere de conscilio(!) aliorum comissariorum set ea, que nominatim eius solius fidei comittuntur, sola possit per se ipsam facere absque requisitione et scitu aliorum comissariorum; nec non suis infrascriptis heredibus institutis et singulis eorum mandauit, ne dictis suis comissariis aut alicui eorum in hiis que ad ipsam comissariam

spectantautprefate domine Marie in hiis que eius solius fidei comictunt ur(!) aliquod impedimentum prestent, uel exceptionem aliquam contra eos uel aliquem ex eis proponant, siue questionem uel controuersiam moueant in iudicio uel extra, quominus omnia et singula ab ipsa testatrice inferius ordinata atque disposita possint per eos libere fieri. Item nec ipsos comissarios uel eorum aliquem de comissaria procurent uel petant aliqua occasione per curiam expelli seu comissaria priuari, et si contra predicta uel predictorum aliquod quicumque per se uel alium dicti heredes uel eorum aliquis seu aliqui atemptare presumpserint, dampnauit eos siue illum qui contrafecerint uel contrafecerit in libris quadringentis paruorum, quociens mouerint uel fecerint questionem detrahendis quociens in dictam penam inciderint, ut est dictum, de bonis ei uel eis qui contrafecerit uel contrafecerint in hoc testamento relictis per dictos suos comissarios ad distribuendum per eos pro anima dicte testatricis et dominarum Brane et Stane suarum materterarum et Johannis eius filii quas libras quadringentas paruorum ex nunc prout ex tunc ademit ipsa testatrix de bonis in hoc testamento relictis ei uel eis qui contra predicta fecerint uel aliquod predictorum, quociens per ipsos heredes uel eorum aliquem contrafactum fuerit; et fieri uoluit et iussit, ut superius dictum est. Dans et atribuens predictis suis comissariis in omnibus et singulis supradictis et infrascriptis et dependentibus ab eisdem siue in hiis siue quibus infrascripta et suprascripta exequi per eos et perfici non ualerent generale mandatum cum libera aministracione. Item uoluit, quod quilibet ex prenominatis comissariis possit ad obitum.suum alium loco sui comissarium substituere, comittentes eis et cuilibet eorum in hoc plenissime uices suas, quibus substitutis, ut est dictum, et eorum cuilibet in futurum ex nunc dedit illam libertatem et auctoritatem in omnibus et per omnia quam prenominatis comissariis contulit atque dedit; item voluit, quod dicta domina Maria simili modo in hiis et super hiis que inferius eius solius fidei comittuntur exequendi in obitu suo possit elligere aliquam personam vnam uel plures et loco sui relinquere et deputare et similli modo illud idem possint facere persone huiusmodi a dicta domina Maria electe in infinitum perpetuo, quod et prout dictum est de domina Maria predicta. Vnde personas sic electas et deputatas successiue per prefatam dominam Mariam nec non eas que electe et deputate ab ipsa domina Maria, ut est dictum, elegerint et deputauerint in obitu successiue in infinitum uoluit habere integre et plenissime illam eandem libertatem et potestatem, quam eadem testatrix ipsi domine Marie concessit et dedit, et simili modo voluit heredes suos infrascriptos et: eorum heredes et successores siue ex eis, eum uel eos qui dictis personis electis et deputatis loco dicte domine Marie et eius locum tenentibus aliquam

questionem facerent uel mouerent, quominus eorum fidecomissa exequi ualeant in penam predictam incidere; et ecciam(!) ab eis qui questionem mouerint substitutis per comissarios predictos in infinitum siue fuerint heredes in hoc testamento scripti siue heredes et successores eorum aut alicuius eorum de bonis deuolutis in eos ex hac hereditate dictas libras quadringentas, quociens contrafecerint, ademit et fieri uoluit, ut est dictum. In primis itaque uoluit, disposuit et mandauit, quod tam saline et domus quam cetere possessiones sue posite in insula siue in terra Paghi cum omnibus suis pertinenciis diuidantur et diuidi debeant equis porcionibus in tres partes, quarum vnam terciam partem in Grisogonum filium suum et aliam terciam partem in Franciscum filium condam Johannis nepotem suum predictum voluit deuenire, terciam uero reliquam et vltimam partem disposuit in hunc modum, quia, cum prout apparet quodam publico instrumento confecto manu mei infrascripti notarii sub anno incarnationis domini millesimo trecentesimo trigesimo sexto, indicione quinta, die vigesimo septimo mensis ianuarii, supradictus Grixogonus(!) dederit predicte testatrici plenissimam potestatem, libertatem atque arbitrium designandi et dandi Francisco predicto de suis ipsius testatricis possessionibus tantum quod essent secundum ipsius testatricis extimationem valoris libra rum mille ducentarum paruorum et hoc iddeo(!), quia, ut idem Grisogonus in dicto publico instrumento asserit et fatetur, dicta domina Fumia dedit ipsi Grisogono de predicti Francisci pecunia libras sexcentas paruorum, secundum quod hec et alia in eodem publico instrumento plenius et seriosius continentur, eadem domina Fumia ex iibertatis potestate atque arbitrio sibi ex forma et uigore dicti instrumenti a dicto Grisogono concessis, extimauit dictam ultimam terciam partem predictarum possessionum positarum siue in insula siue in terra Pagi libras mille ducentas paruorum atque ipsius tercie partis vnam dimidietatem designauit et dedit in solutionem dicto Francisco pro predictis libris sexcentis, quas de ipsius Francisci pecunia dictus Grisogonus, ut dictum est, habuit ab eadem et in suam utilitatem conuertit, reliquam uero eiusdem tercie partis dimidietatem designauit et dedit eidem Francisco pro compensatione predicts alterius dimidietatis ipsi in solutionem date et pro coequatioue sue partis ad partem Grisogoni antedicti. Item voluit, quod omnes fructus predictarum duarum terciarum parcium dictorum Grisogoni et Francisci per predictos suos comissarios uel substitutos ab eis percipiantur tribus annis proxime inchoandis ab obitu dicte testatricis et distribuantur per eosdem in pascendis et induendis pauperibus et in missis et aliis piis causis prout eis uidebitur esse deo magis acceptum et gratum, fructus uero dicte relique tercie partis extimate et designate predicto Francisco, ut est dictum, uoluit a die sui obitus libere

in dictum Franciscum deuenire. Item voluit, disposuit et mandauit, quod villa sua posita ad Berdam in confinio ecclesie sancti Michaelis cum omnibus et singulis rebus ad ipsam spectantibus et eidem adiacentibus, videlicet domus, terre tam cultiue ad bladum quam vineate, pascua, prata, silue, nemora et aque et generaliter omnia alia et singula ad ipsam villam spectancia diuidantur et diuidi debeant in tres partes equaliter, saluis semper iuribus earum personarum, que habent vineas super terris uille predicte; quarum vnam terciam partem in dictam dominam Mariam filiam suam, cum ipsa nichil ex bonis paiernis habuerit, secundam terciam partem in dictum Grisogonum filium ipsius testatricis et terciam et ultimam partem in prenominatum Franciscum filium condam Johannis nepotem suum voluit deuenire, et sic eos iussit esse contentos. Item voluit, quod omnes fructus dictarum duarum terciarum parcium que deuenire debent in predictos Grisogonum et Franciscum dicte ville et omnium predictorum ad ipsam villam spectancium percipiantur per dictos suos comissarios usque ad annos uiginti proximos ab eiusdem testatricis obitu computando et per eos distribuantur in elemosinis et piis causis quas magis fore putauefint deo gratas pro animabus predictarum dominarum Brane et Stane, quarum fuit villa predicta et pro anima sua et dicti Johannis filii sui; et si medio tempore infra tempus dictorum uiginti annorum dictus Grisogonus decesserit, voluit, quod ipsius Grisogoni filii dictis uiginti annis completis libere intromittant predictam terciam partem dicti Grixogoni patris eorum ut rem suam. Item voluit, quod dicta domina Maria statim post obitum dicte testatricis libere habeat dictam suam ttrciam partem dicte ville et omnium et singulorum predictorum ad ipsam spectancium et ipsam teneat et possideat ut rem suam, atque tam de ipsa tercia parte quam de ipsius fructibus suam ut domina in vita et in morte omnimodam taciat voluntatem, et simili modo dictis uiginti annis completis dictus Franciscus* dictus Grisogonus ut domini suam terciam partem eiusdem ville intromictant(f) et habeant ut rem suam. Item voluit, quod omnes possessiones sue posite in Insula magna cum omnibus suis pertinenciis diuidantur equis portionibus inter predictos Grisogonum et Franciscum nepotem suum statim post obitum testatricis predicte. Item voluit, quod omnes bestie ipsius testatricis existentes in eadem Insula magna statim post ipsius testatricis obitum diuidantur et diuidi debeant equis porcionibus irter predictos dominam Mariam, Grisogonum et Franciscum. Item possessiones suas positas in insula Postumani ordinauit et disposuit in hunc modum: Voluit namque primo, quod vinea sua propria et terratici incipiendo a parte boreali eundo uersus austrum quantum tenet totum quod appellatur Rosugla sit predicti Grisogoni et eius heredum; item a dicta

parte que appellatur Rusugla (!) eundo uersus austrum reliquit dicte domine Marie vnam vineam suam propriam uocatam Criuosinna cum omnibus terraticis existentibus circa dictam vineam et in confinio dicte vinee; item ultra predictam vineam et terraticos relictam et relictos ipsi domine Marie eundo versus austrum reliquit supradicto Francisco nepoti suo vnam vineam propriam in qua est domus et cum domo ipsa et[1] cum[1] omnibus[1] pertinentibus ad eas. Item voluit, quod dicta domina Maria cum aliis commissariis supradictis recolligant fructus omnium suorum reliquorum terraticorum positorum in dicta parte australi et de ipsis fructibus faciant bangonfem] predictarum dominarum Brane et Stane et dicti Johannis filii sui et suum, et totum id, quod ex supradictis fructibus a dictis banconfibus] superabundauerit, voluit, quod distribuant inter pauperes Jadre prout eis secundum deum uidebitur et hoc fiat perpetuo. Item reliquit supradicte domine Marie ortum suum positum ad Caualara. Item reliquit eidem domine Marie vnam terram positam ultra portum Jadre super qua edifficata est eccllesia(l) sancti Johannis euangeliste et ipsam eccllesiam(!); item vnam aliam peciam terre posite similiter ultra portum Jadre in confinio eccllesie sancti Petri cum hoc honere, quod videlicet[2] de predictorum orti et terrarum fructibus faciat consecrari et officiari dictam eccllesiam sancti Johannis euangeliste, quod est in ecclesia sancte Marie maioris de Jadra, quod ipsa fieri fecit. Item reliquit et commisit fidei dicte domine Marie omnia loca sua posita Jadre in confmio eccllesie sancti Petri ueteris ad hoc, ut de prouentibus ipsorum locorum perpetuo faciat cum aliis supradictis fructibus bancones predictos dictarum dominarum Brane et Stane et Johannis filii sui predicti et suum, cum fuerint ex bonis predictarum suarum materterarum. Item ordinauit, quod dicta domina Maria de libris nongentis paruorum habitis a supradicto Francisco pro precio et nomine precii hospicii positi Jadre in confinio cccllesie sancte Marie maioris et orti positi in confinio hospitalis sanoti Martini, quas res eidem Francisco vendidit prout constat publico instrumento confecto manu mei infrascripti notarii, quod precium reliquit in manibus predicte domine Marie[3] •eadem domina Maria faciat depingi suffictam ecclesie sancti Platonis fratrum Predicatorum de Jadra, secundum quod in testamento dicte domine Brane per ordinem continetur, et id quod restiterit ex ipso precio uoluit, quod ipsa domina Maria distribuere debeat, secundum quod sibi •deo esse uidebitur magis gratum. Iteiri reliquit dicto Francisco equum ^uum russum et dixit super animam suam, quod equus magnus et alius

[1] Pisano dvaputa.
[2] Slijedi precrtano: »quod.«
[5] Očevidno ispušteno: »ut«.

paruus pili(!) nigri sunt dicti Francisci. Item reliquit eidem domine Marie dimidietatem cuiusdam sue vinee posite ad Petricanum; item vnum derum positum ad Celopech. Item voluit, quod de suo masaratico detur per suos commissarios supradicto Francisco nepoti suo tantum quantum constat et apparet per vnam cedulam existentem in cassela ipsius testatricis habuisse dictum Grisogonum de masaraticis predictis. In qua quidem cedulla(!) continetur nominatim res quas habuit dictus Grisogonus de masaratico predicto, de residuis uero ipsius masaratici voluit, quod predicta domina Maria accipiat et habeat quot et quas eligere uoluerit; quas res dicti masaratici reliquit eidem domine Marie iure legati, totum uero residuum eiusdem masaratici voluit, quod dicti eius commisarii distribuant pro anima sua. Item voluit, declarauit et dixit super animam suam, quod omnes drappi, ornamenta et vestes et res alie existentes in camera et pertinentes ad cameram dicti Francisci sunt eiusdem Francisci quia fuerunt de docte(!) vxoris sue. In omnibus autem tam aliis suis bonis mobilibus et immobilibus, iuribus et actionibus quam in supradictis bonis et rebus nominatim et expressim singulis predictorum domine Marie, Grisogoni et Francisci relictis eosdem dominam Mariam filiam suam, Grisogonum filium suum et Franciscum nepotem suum sibi heredes in- .stituit, saluis semper conditionibus suprascriptis et infrascriptis que sunt hec: Quia si videlicet aliquis uel aliqui eorundem heredum eiusdem testatricis hereditati renunciauerit siue ipsius hereditatem noluerit uel noluerint aprehendere uel habere, tunc reliquus uel reliqui remaneat uel remaneant heres uel heredes in tota hereditate predicta; et si nullus noluerit hereditatem ipsam aprehendere uel habere, tunc in huius conditionis euentu instituit sibi heredes illos pauperes Christi, quos predicti sui comissarii elegerint et nominauerint, non quidem pro rata, set in illis portionibus tantum quas predicti sui comissarii duxerint secundum eorum consciencie iudicium deputandas; item si aliquis uel aliqui ex prenominatis suis heredibus non contentus uel non contenti de hiis, que singulis •eorum per ipsam testatricem superius designata sunt, fecerint uel mouerint alii uel aliis coheredi uel coheredibus questionem de rebus singulis •eorum nominatim designatis uel parte earum siue earum aut alicuius earum occasione quacumque, modo et quacumque de causa, eadem testatrix ipsi uel ipsis qui huiusmodi mouerit uel mouerint questionem ademit ex nunc prout ex tunc duas partes rerum predictarum et eum uel eos in tercia parte residua tantummcdc heredem uel heredes voluit remanere, dictas uero dnas partes ademptas in predictos suos comissarios voluit deuenire ac eorum consciencias onerauit, ut ipsas duas partes petant et exigant sic ademptas ac eas distribuant pro certa parte in ornandis sanctis* reliquiis comunis Jadre et residuum dictarum duaram

parcium, ut est dictum, ademptarum distribuant in missis, elemosinis et aliis piis causis secundum quod eorum conscienciarum iudicium dictabit fore deo magis acceptum et gratum, ita tamen, quod predicte ademptio et pene a supradictis certis et nominatis rebus fie[n]da et exigende, si quando et quociens prenominati heredes uel eorum aliquis contrafecerint uel contrafecerit in predictis uel aliquo predictorum, ut est dictum, non possint dictas duas partes singularum dicte hereditatis porcionum excedere, set tercia pars integra singularum dictarum portionum cuilibet contrafacienti remaneat eius heres. Vnde dedit et tribuit eis et substitutis ab eis plenam et ornnimodam potestatem et mandatum, vt eorum auctoritate accipiant et accipere possint de porcione eius uel eorum qui contrafecerit uel contrafecerint in predictis uel aliquo predictorum ea bona que eligere voluerint de portione contrafacientis uel contrafaciencium usque ad valorem et extimacionem dictarum duarum parcium, et ipsa bona vendere, alienare et de precio conuenire et illud recipere, emptori possessionem tradere, de euictionem (!), excalumpniatione cauere et ob hoc bona cetera dicte tercie partis residue eius uel eorum qui contrafecerit uel contrafecerint obligare et omnem in eis et super eo contractum perficere qui[1] admodum ipsa viuens facere potuisset pro predictis omnibus et singulis exequendis, nec non ecciam dans et atribuens eis super omnibus et singulis supradictis generale mandatum cum libera administratione. Item reliquid in manibus dicte domine Marie ac eius fidei commisit totam pecuniam propriam dicti Francisci nepotis sui seruandam et gubernandam pro eo, donec ipse fuerit etatis legiptime; volens et mandans, quod idem Franciscus sit et esse debeat contentus de ea quantitate quam[1] dicta domina Maria designabit eidem et ultra id, quod ipsa tunc temporis eidem designabit de dicta pecunia non possit petere ab ea. Item dixit ipsa testatrix super animam suam et in ea veritate que Christus est, quod dictus Grisogonus in non parua quantitate pecunie habuit de bonis ipsius testatricis plus, quam habebat dictus Franciscus. Item ordinauit, quod omnia credita ipsius testatricis petantur et exigantur per dictos suos comissarios et totum id, qucd exegerint^ dent dicte domine Marie cuius fidei comisit, quod debeat ea distribuere pro anima sua et supradictorum, secundum quod sibi videbitur. Et predicta omnia et singula dispositionem sue vltime uoluntatis asseruit esse velle, quam ut testamentum et testamenti iure valere mandauit et voluit, quod si aliqua de causa presenti uel futura iure testamenti non sraleret, saltem eam ius et effectum codicillorum siue alterius cuiuscumque ultime voluntatis habere et tenere uoluit et mandauit, et ipsam et omnia sin-

[1] Pisano dva puta.

gula que continentur in ea ab omni herede ac successore suo, etiam si sibi ab intestato ueniret inuiolabiliter obseruari et efficaciter adimpleri. Lectum fuit per me infrascriptum notarium singillatim et distincte hoc testamentum et per predictam testatricem approbatum coram infrascripto iudice et coram Johanne condam Stephani Russi et Francisco condam Damiani de Bercigna ciuibus Jadre, testibus ad hec specialiter vocatis> adhibitis et rogatis in ipsa tercia parte.

Ego Martinussius Boto^njani[1] iudex manum missi.

Et ego Alexander condam[2] Vgolini de Stella imperiali auctoritate ciuitatis Jadre notarius scripsi et publicaui et meo signo et nomine roboraui.

(Drugi rukopis).

t Ego Simeon de Botono iudex examinator,'quia supradictum exsemplum cum suo autenticho concordare inueni, ideo me supscripsi.

f Ego Michael condam Barti de Sloradis iudex examinator manum missi, quia supradictum exenplum(!) cum suo aotenticho(f) concordare inueni et ideo me subscripsi.

(Signum not.).

Et ego Isuardus condam Romanati de Romanato ciuis Paduanus publicus imperiali auctoritate notarius et iuratus notarius Jadre, quia presens exemplum ascultando cum supradictis dominis iudicibus examinatoribus, cum suo auctentico(l) concordare inueni, me subscripsi.

Et ego Johannes de Pollis de Parma publicus imperiali auctoritate notarius et Jadre iuratus notarius, quia presens exemplum ascultando, cum supradictis dominis iudicibus examinatoribus, cum suo autentico concordare inueni, me subscripsi ac etiam ipsum cum dicto notario ascultaui.

(Monogramma not.J.

Ego[s] Petrus dictus PerenijanUs condam domini A$onis de Lemicetis de Padua imperiali auctoritate et comunis Jadre notarius iuratus supradictum exemplum testamenti sumptum ab autentico supradicti Alexandri condam Vgolini de Stella imperiali auctoritate et ciuitatis Jadre notarii excultatum cum suo autentico vnaa(!) cum supradictis dominis iudicibus examinatorum (!) et supradictis duobus notariis, quod inuentum fuit cum suo auctentico concordare, iussu, mandato et auctoritate nobilium et sapientum virorum dominorum Vulcine de Ghinano, Johannis de Sloradis

[1] Valjda krivo od notara prepisano: »Botouani*.
[2] Pisano dva puta.
[3] Bukopis listine.

et Bartuli de Cibriano honorabilium rectorum ciuitatis Jadre bona fide exemplaui et scripsi nichil in eo addens uel minuens quod sensum variet uel sentenciam mutet, nisi forte in pontis(l), literis, silabis uel compositionibus literarum, currente anno ab incarnatione domini nostri Yesu Christi millesimo trecentesimo sexagesimo sexto, indicione quinta, die duodecimo mensis decembris, regnante serenissimo principe et domino nostro naturale domino Lodouico dei gratia inclito rege Hungarie, tempore reuerendi patris et domini domini Nicolay de Matafaris decretorum doctorum, dei et sancte sedis apostolice gracia archiepiscopi Jadrensis, ac magnitfici et potentis domini domini Kogne regnorum Dalmacie et Croacie bani generalis et ciuitatis Jadre comitis generalis.

Originalna not. kopija od 12. decembra 1366. u arkivti samostana sv. Marie ti Zadm.

383.

1340, 1. maja, U Dubrovniku.

Općina dubrovačka prima pismo srpskoga kralja, da su gradjani dubrovački Lampre Menčetič i njegova braća namirili sve svoje du&nosh.

Copia securitatis misse a domino rege Rascie facta Lampre de Mence et fratribus suis, reducta de slavonescho in latinum et exemplata mandato domini comitis et sue curie e (!) origo huius copie scripta est alia facie prima.

Primo madii (1340.)

Scriue lo regname e da a sauere a caschuno, come a facto gracia a Lampre de Menge et ali fradelli. Come tene li mercadi de lo regname et ave col reame et alie ragioni et d' altri facti et de 50 m a facto raxon et aconzamento et per go lo regname li fa fine et remissione đe quelli facti et de quelle raxon, che li non requira lo regname ni oltra persona per lo regname de tucti li facti che avette affare ne lo regname, loro fa plenaria quitason, che nissuno impacciare per loro non si debia.

Copia lictere misse domino comiti et iudicibus reducta de slavo in latinum.

Al conte Phylippo de Belegno col consellio, che sapie, come Lampre fo doaneri in lo mio regname et con li soi fradelli et de tucte le raxon et facti che avete con mi fessimo raxon et in nissuna cosa

no li trouai torti, mar anche in tuto li trouai immaculati et per co Iof6 fe lo regname povellia per cason che li trouai dritti in tucti li facti che avi con mi, per 50 scrivo et che vuy sappiate de co.

Пише кралевьство ми да ѥ вѣдомо всакомȣ, створи милость кральство ми Ламьпретеви Миньчетикю зь братнωмь како сȣ дрьжали трьгове кральства ми ние дьлге и разлоге и ω томь ми се разложише и оправише и свободи ихь кральство ми за тези дьлге, да ихь не ище кральство ми н-нињ кто любо за кральство ми, ω всѣхь дьлговихъ ωсвободи ихъ кральство ми, а никто да нимь не забави за тω.

Любовномȣ сȣродьникȣ кральства ми кнезȣ дȣбровьчкомȣ Филипȣ Бѣленю и сȣдѣмь и властелом и всои ωпьчинѣ дȣбровьчкои. Да знате како ви Ламьпре царникь ȣ кральства ми, ȣ всемь ми се разьложише и ни ȣ чемь ми не више криви, нь ми се ȣ всемь ωправише, и за този ихь записа кральство ми повелю понеже ихь ωбрѣте кральство ми правѣх ȣ всѣхь дьлзѣхь, да и ви ω томь да знате.

Diversa notariae knjiga g. 1339.—1341. u dubrovačkom arkivu. Pucić Spom. srp. II br. 68, 47.—48.

384.

134# 2. maja. U Cazmi.

JJemetrije firepošt budimski nalaie u ime kraljevo biskupu mgrebaZ-komu Ladislavu i njegovim buntovnicima, da dodju 's' listinama pred kralja.

Nos magister Demetrius prepositus ecclesie Budensis damus pro memoria. quod, cum nos ex. speciali. commissione et mandato serenis-..simi, principis domini nostri, dpmini KaroK illustris regis .Hungarie pro roconcilianda discordia. que inter venerabilem patrem in Christo dominum Ladizlaum dei et .apostolice sedis gracia episcopum.. Zagrabiensem €x vna parte, ex altera uero suos et. sue ecclesie rebelles.et expulsos .prediales et populos extitit-,-^exprta,-;ad .Chasmam, Dombro, Jwang ,et .Afaska accessissemus; tandem, quia pro.tempore ipsius domini.epjscopi multe et diuerse opposiciones et excepciones contra predictos suos prediales et populos exprimebantur et opponebantur,' que per no's nondum

ex causis legittimis valuerunt reformari uel fine debito terminari; idcirco vniuersos processus iamdicti domini episcopi contra ipsos suos prediales et populos quomodocumque factos, ac omnes causas cum omnibus earum clausulis motas et mouendas, nec non quoscumque actus seu quaslibet opposiciones predictorum predialium et populorum, quos uel quas habent contra dominum ipsorum episcopum prenotatum speciali deliberacione ipsius domini nostri regis studuimus remittendas, predicto domino episcopo et suis memoratis predialibus et populis octauas penthecostes nunc venturas in speciali presencia prefati domini nostri regis sine aliquali crastinacione comparendi cum eorum munimentis seu instrumentis pro termino prefingendo seu etiam assignando. Datum Chasme, feria tercia proxima ante festum apparicionis festi beati Michaelis archangeli, anno domini MCCCXL°.

Iz kodeksa: Liber privil. episcop. Zagrab. list. 76.
Kodeks u arkivu nadbiskupije u Zagrebu : I. B. IX. 167.

385.

1340, 8. maja. U Stolnom Bipgradu.

Kaptol stolnobiogradski izvješćuje kralja Karla Roberta o pobuni proti biskupu zagrebalkom Ladislavu.

Excellentissimo domino ipsorum Karolo dei gracia inclito regi Vngarie, capitulum ecclesie Albensis, oraciones in domino debitas et devotas. Receptis Iiteris vestre magnitudinis patentibus venerabili in Christo patri. . . . .[1] congregaciones, iniquas contra ipsum dominum episcopum et suos faciendo, Ceterum eciam domum Mark comitis Chasmensis et aliorum confrangentes bona omnia abstullissent et eciam asportassent, et tamen quia cum adhuc in Chazma in domo comburere procurassent, ipse in Vaskarri medio tempore se transtullisset, quasi per ipsos infideles 2t ipsis adherentes fugatus. Ad maiorem eciam facti evidenciam ab homine regis predicto cum dominus episcopus coram testimonio capituli Chazmensis et pluribus regni nobilibus quesivisset, si omnia premissa grandia et enormia facta, que ipsi infideles domini episcopi commiserant et commisissent, utrum de suo consensu processissent, respondisset, quod non, ymo ore proprio fuisset- confessus, quod ipse prohibitus per dominum episcopum, ne ipsos introduxisset vel de episcopatu aliquid eis

[1] Cijeli Hst manjka.

statueret vel occuparent usque ad terminum per dominum regem assignatum nichil eis statuisset, sed pocius eos eciam prohibuisset, predictus Dominicus coram prefato Johanne homine vestre excellencie et magistro Emerico nostro testimonio prenotato dixisset, quod si quid contra prohibicionem domini episcopi feceritis vel inordinate processeritis, in vestra capita facietis sicut eciam prius, tunc idem Dominicus coram Chazmensi capitulo et coram testibus capitulorum Quinqueecclesiensis et de Posega et coram hominibus vestre excellencie in eisdem literis patentibus seriatim contentis fuisset confessus spontanea voluntate. Datum in quindenis festi beati Georgii martiris, anno MCCC. quadragesimo.

Lib. priv. episcop. Zagrab. fol. 76.
Kodeks u ark. nadbisk. zagr. I. 1Л~.

386.

1340, 10. maja. U Djakovu.

Pred kapiolom bosanskim Jolanta udovica Ladislava de Nevna prodaje i daruje neke svoje posjede sinovima Mirka Bešenjeva službenicima Gorjanskih.

Nos capitulum ecclesie Boznensis memorie commendantes significamus vniuersis, quibus[1] presencium per tenorem, quod nobilis domina Jolenth vocata, relicta videlicet comitis Ladizlai de Newna ab una parte, item Nicolaus et Paulus filii magistri Andree filii quondam Stephani bani de Gara ex altera, tercia vero ex parte comes Em[ri]cus dictus Besenew, filius scilicet Petri de Zent Juan. ad nostram personaliter accedentes presenciam, eadem Jolenth dixit et confessa extitit. oraculo viue vocis, quod ipsa quasdam duas villas suas denuo ordine iudiciario, tempore et mediantibus priuilegialibus Iiteris magnifici viri comitis Pauli iudicis curie domini regis acquisitas, Dersfolua et Fenekfolua vocatas, in comitatu Barana existentes, inter fluvium Drawa et Karasu sitas et limitatas, ad possessionem videlicet Ebres pertinentes, visis quippe et circumspectis fidelibus serviciis et meritoriis prefati comitis Emrici filii Petri, quibus a primo euuo(!) sue puericie ipsi magistro Andree de Gara genero suo multipliciter studuisset co[m]placere et indefesse, cum effusione scilicet sanguinis sui, et post rriortem. prefati magistri Andree, generi sui predictis Nicolao et Paulo filiis eiusdem; tamquam ddminis

[1] Ocito manjka: »expedit«.

suis naturalibus in ipsorum orphanitate remanentibus et existentibus in diversis ipsorum negociis et serviciis minime sibimet pepercisset, nec fortunis (!) casibus suam personam preponere retraxisset, nec eciam bona sua universa in iuventute sua acquisita pro predictis Nicolao et Paulo filiis memorati magistri Andree domini sui expendere et exponere recusasset; que scilicet bona et res in quantitate ad valorem quinquaginta marcarum ad om[n]e minus expendere ipsum comitem Emricum rescivisset et cognovisset; idcirco ob recompensacionem tantorum serviciorum simul et tantarum expensarum, licet plura mereretur, nolens surda aure ista huiusmodi bona et fidelia servicia prefato magistro Andree genero suo inpensa pertransire, nec (!) eciam anima eiusdem magistri Andree generi sui his pretermissis colledatur vel offendatur, quantum ad presens ipsas duas villas Dersfolua et Fenekfolua vocatas, eadem domina Jolenth de bona voluntate et consensu ac permissione Nicolai et Pauli predictorum personaliter astancium cum omnibus utilitatibus et pertinenciis earundem vniuersis, siluis videlicet, terris arabilibus, pratis et fenetis et cum fluvio Drawa ad easdem villas pertinente, sicut hactenus habite fuissent et possesse, dedisset, donasset ac eciam quodammodo insuper titulo vendicionis pro ipsa scilicet quantitate pecunie quinquaginta marcarum vendidisset, ymo pocius dedit, donauit, vendidit et contulit prefato comiti Emrico et per eum suis heredibus ac heredum suorum in posterum successoribus perpetuo et irreuocabiliter possidendas, tenendas et habendas nullo quippe contradictore existente. Eodem itaque die et in eodem loco prefata domina Jolenth in momento astando, alias duas villas suas simul et semel ac eodem titulo acquisitas, Molenzeg et Korpona, alio vero nomine ad presens Vylamteleke nominatam, circa easdem villas Dersfolua et Fenekfolua vocatas immediate adiacentes, similiter cum omnibus utilitatibus suis, iam dictis Nicolao et Paulo filiis eiusdem magistri Andree nepotibus suis dixit se dedisse, imo dedit, donavit et contulit similiter perpetuo et irreuocabiliter possidendas et habendas. Prefatas vero dictas quatuor villas Dersfolua et Fenekfolua, Molonzeg(!) et Korpona, alio vero nomine Vylamteleke vocatas, eadem domina Jolent(!) dixit se tali modo, a se invicem separasse,, .quod dictas duas villas Dersfolua et Fenekfolua vocatas, prefato comiti Emrico et suis heredibus cum directa medietate universorum utilitatum eorumdem(!), similiter vero alias duas villas Molonzeg et Korpona sive Vylamteleke vocatas, eodem modo cum directa medietate omnium ad se pertinencium in solidum antedictis Nicolao et Paulo nepotibus suis, nondum aliquas metas interponendo, sed quamdiu ipsis placuerit a se invicem separari, contulit possidere. Quas quidem quatuor villas Dersfolua, Fenekfolua, Mclonzeg, Korpona sive Vylamteleke vo-

catas a possessione Ebres vocata, hee mete sicut inferius exprimuntur separant et distingunt: Quod prima meta incipit a fluvio Drawa ex parte orientis et venit ad arborem tul cruce signatam, inde tendit per terras arabiles et venit ad arborem harastfa cruce signatam, abhinc tendit per silvam versus meridiem eundo per arbores cruce signatas, et venit ad magnam viam ubi est arbor harazth cruce signata, inde transit ipsam viam et venit similiter ad arborem harazth cruce signatam, deinde eundo per arbores cruce signatas similiter versus meridiem venit ad unum rivulum Malaka vocatum, ubi est arbor harazt cruce signata, et ibi iungitur terre seu possessiom Stephani filii Nicolai filii voyvode et transit ipsum Malaka per arbores cruce signatas et venit ad alium rivulum similiter Malaka vocatum et transit et venit ad unam viam, ac pertranseundo ipsam viam similiter versus meridiem intrat fluvium Karasu, ibique terminatur. In cuius rei siue donacionis memoriam, firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras[1] sigillo nostro autentico fecimus communiri.[2] Datum feria quarta proxima post quindenas festi beati Georgii martiris, anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo.

Original u kr. ugar. držav. arkivu u jBudimpešti: M. O. D. L. no^ 330S. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 1508. no. 30.
Na hrptu se vidi irag malena okru^la pritisiiuta pečata.
Nagy Cod. dipl. Andeg. IV. 21.—23.

387.

1340. 22. maja. U Trogiru.

Veliko vijeće trogirsko pravi neke reforme u svojem ustrojstvu.

In nomine domini 1340., indictione 8., die mensis 22. madii. Convocato et congregato maiori et generali consilio comunis et hominum civitatis Traguriensis in palatio dicti cornmunis sono campane et voce preconia, ut moris est, de mandato nobilis et potentis viri domini Marci Celsi honorabilis comitis Tragurii prius die heri precedente inter dominos de eius curia, qui fuerunt sex cum eo, facto partito ad bussolas et balottas omnes in communi concordia eorum nemine discrepante occasione cuiusdam requisitionis facte quamplurles, et pluribus vicibus ipso domino comiti per plures bonos homines et personas civitatis Traguriensis eidem narrantes et exponentes, quod propter bonum et pacificum statum,

[1] Slijedi debelo prekrižano: »privilegiales«.
[2] Slijedi debelo prekrižano: »Et alphabeto trium litterarum intercidi.^

quem dicta civitas habuit de 20 annis citra vel circa, multi boni homines et filii multorum bonorum hominum de bono in melius multiplicati sunt, qui non sunt de consilio dicte civitatis, quod eis indecens videtur, quare ipsi domino comiti et eius curie placeat providere, quod aditio fiat et fieri debeat consilio dicte civitatis de dictis bonis hominibus et filiis dictorum bonorum hominum dicte civitatis ultra numerum, qui esse consvevit, et ad presens et dictus dominus comes et domini de eius curia inter se providerint et firmaverint predicta fieri debere cum voluntate et beneplacito dicti consilii generalis, et secundum quod ipsi consilio et maiori parti consiliariorum dicti consilii placebit et videbitur, fiat et procedatur et executioni mandatum firmum sit et ulterius debeat observari, non obstantibus aliquibus statutis in contrarium loquentibus, quibus in hac parte intelligatur dispensatum. Item dominus comes volentibus et presentibus dictis dominis de curia dicit, proposuit, consilium postulavit, quid placet dicto consilio . . . . Consiliarii dicti consilii, et in predicta volunt fieri pro communi et pro bono et. utilitate dicti consilii. In reformatione cuius consilii in quo fuerunt 49 consiliarii, et facto partito inter ipsos ad bussolas et balottas super dispensatione statutorum loquentium, quod consilium maius generale sit de 80 hominibus et consiliariis ad plus placuit ponentibus earum balotas in bussola alba; qui fuerunt 25., quod dicta statuta in hac parte proposita per dictum dominum comitem et occasione contentorum in ea sit et intelligatur in omnibus dispensatum et derogatum, videlicet, quod aditio fieri pcssit dicto consilio. Illi vero quibus displicuit ponentes eorum balotas in bussolam vermilam fuerunt 24 in contrarium predictorum. Item simili modo facto partito per dictum dominum comitem ad bussolas et balotas super aditione fienda maiori et generali consilio civitatis Traguriensis ultra numerum 80 hominum, et consiliariis placuit ponentibus eorum balotas in bussolam albam, qui fuerunt numero 25., quod de novo aditio fiat et fieri debeat consilio maiori et generali predicto ultra numerum predictum, quod • consilium est ad presens; illi vero, quibus displicuit ponentes eorum balotas in bussolam vermilam fuerunt numerum 24 in contrarium predictorum.

Lucius Mem. di Trau 227.

388.

1340, 23. maja. U Zadru.

Mara udova ribara Ivana prodaje dio svoje kuće Radici Pinzokare.

In dei nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo, indicione octaua, die vigesimo tertio mensis maii, Jadre. Tempore domini Bartholomei Gradonico incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolay de Matafarro decretorum doctoris, venerabilis Jadrensis archicpiscopi, ac domini Donati Contareni egregii comitis. Mara relicta Juani piscatoris Iadrensis dedit, vendidit et tradidit iure proprio et in perpetuum Radice Pincocare filie condam Stephani habitratrici Jadre pro se et suis heredibus et successoribus recipienti et ementi partem suam vnius palacii de muro coperti de cuppis cum omnibus iuribus dicte sue parti pertinentibus, positam Jadre in confinio Pusterle, cuius reliqua pars est Volchi piscatoris, ad habendum, tenendum et possidendum et quicquid ei et ipsius heredibus et successoribus deinceps placuerit perpetuo faciendum sicut de suo proprio, pro precio librarum quadraginta octo denariorum paruorum venetorum. Quod precium dicta venditrix contenta et confessa fuit se a dicta emptrice plene et integre habuisse et recepisse, promittens per se suosque heredes et successores sine aliqua exceptione iuris uel facti se obligando predicte emptrici pro se et suis heredibus et successoribus stipulanti, dictam partem uenditam dicti palacii cum omnibus iuribus dicte parti uendite pertinentibus eidem emptrici et ipsius heredibus et successoribus ab omni persona, collegio et vniuersitate in ratione defendere et excalumpniare super se et omnia bona sua presencia et futura. Cui de borea et trauersa sunt loca monasterii sancti Demetrii de Jadra, de austro sunt loca Francisci de Bogde, de quirina est domus Zuue Presti de Jure. Actum est hoc coram Johanne Francisci de Varicasis et Marino condam Nicole de Bucaro, ciuibus Jadre testibus ad hec vocatis et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Petrus Frederici de Grisogonis examinator manum missi.

(Signum not.)

Ego Siluanus Francisci de Foroiulio imperiali ac ciuitatis Jadre auctoritate notarius predictis interfui, ut audiui, scripsi et roboraui.

Original na pergam. u arkivu samostana sv. Mariye u Zadru. •

389.

1340, 28. maja. U Trogiru.

Vijeće trogirsko čini neke promjene, koje se tiću dobe vijećnika.

In nomine domini 1340., indictione 8., die 28. madii. Convocato et congregato maiori et generali consilio comunis, et hominum civitatis Traguriensis in palatio dicti communis mandato dicti domini comitis prius die heri 27. madii precedente facto partito ad scruptinia(f) cum bussolis et ballotis inter dominos de eius curia, qui cum eo fuerunt numero 8 omnes in comuni concordia, quod cum die lune 22. maii in generali consilio fuerit reformatum, quod consilio maiori generali dicte civitatis, qui est et esse consvevit de 80 consiliariis et hominibus debet fieri de novo aditio ultra numerum supradictum dictorum 80 hominum et consiliariorum, ut dicta reformatione scripta per me Tomam dicti domini comitis cancellarium in ipsis millesimo et indictione die lune 23. madii prius die suprascripta facta absolutione et dispensatione statutorum loquentium, quod ipsum consilium esse debeat de predictis 80 hominibus et consiliariis et predictus dominus comes cum predictis dominis de curia intendunt et vellint ipsam reformationem executioni mandare pro bono statu et pacifico dicte civitatis, et honorem et comodum bonorum hominum civitatis eiusdem, providerunt, firmaverunt et deliberaverunt inter se dicti dominus comes et domini de eius curia, quod ad consilium generale dicti communis proponatur et proponi debeat de quanta etate et cuiusmodi personarum et hominum esse debeant illi, et cuius numeri illi, qui adi et scribi debent in dicto consilio, et cum quibus formis et conditionibus et modis, et secundum quod dicto consilio, videlicet maiori parti dicti consilii placuerit, fiat et procedatur, et excutioni mandetur, aliquibus statutis, vel aliquibus aliis non obstantibus. Idem dominus comes in dicto generali consilio de voluntate dicte eius curie dixit, proposuit et consilium postulavit, quid placet dicti consilii et hominum dicti consilii(!j, et in predicto fieri voluit pro bono, honore, utilitate communis et hominum civitatis predicte. In reformatione cuius consilii, in quo fuerunt 67 consiliarii, facto partito per diclum dominum comitem ad bussolas et ballotas inter dictos consiliarios dicti consilii placuit ponentibus eorum balotas in bussolam albam et fuerunt numero 24, quod aditio fiat dicti eonsilii ultra numerum consvetum dictorum 80 hominum> hoc videlicet modo, quod quilibet gentilis homo civitatis Traguriensis, qui habet patrem, vel qui non habet; qui pater sit, vel fuerit de consilio dicte civitatis, inteligendo ruod quilibet qui hodie est de consilio

sint et intelligentur in numero gentilium hominum, eciam si pater non fuerit de consilio, non intelligendo tempore tirranie, dumodo sit legitimus, esse possit de dicto consilio, qui venire debeat coram domino comite et eius curia in maiori consilio cum propinquiori proximo, quem habebunt, qui proximus propinquior dictum talem, qui esse debebit et voluerit, de dicto consilio iuret esse etatis 20 annorum completorum, vel ab inde, super quo facto dictus talis scribatur in numero consiliariorum dicte civitatis, et etiam quilibet 15 annorum, qui sit, vel fuerit filius alicuius gentilis hominis de consilio possit esse de dicto consilio, sed non possit esse de partito nec officium habere, donec erit etatis 20 annorum completorum,. vel ab inde super, et cum fuerit 20 annorum vel plurium proximior propinquus, quem habebat, simili modo veniat in dicto consilio in maiori coram dicto domino comite et eius curia, qui tunc temporis erit ad regimen dicte civitatis et iuret illum esse etatis 20 annorum completorum, vel ab inde super, et tunc eo facto sit, et esse possit de partito, et officia habere ut alii de dicto consilio, et si erit aliquis bonus homo et suficiens, qui non sit de consilio, neque pater eius fuerit, et sit dignus esse de consilio, possit porrigere suam petitionem domino comiti et eius curie, quod vellet esse de consilio, et si domino comiti et eius curie videbitur, quod de hoc dignus sit, dictus dominus comes de voluntate dicte eius curie ipsam petitionem proponat in consilio generali, et secundum quod consilium vel maiori parti consilii placuerit, fiat et concedatur et executioni mandetur, et firmum sit, non obstante 32 consiliariis suas balotas in bussolam rubeam ponentibus in contrarium predictorum.

Lucius Memorie di Trau p. 227.—228.

390.

1340, 31. maja. U Turnu.

Odluka reda sv. Ivana jeruzolimskoga radi desetine, koju je od reda iskao kaptol zagrebački.

Frater Fulco Rocafolii sancte domus hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani locumtenens reuerendissimi domini domini fratris Petri Cornuti prioris eiusdem domus per Hungariam et Sclauoniam tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod cum honorabiles viri domini capitulum Zagrabiensis ecclesie auctoritate apostolica dominum nostrum prescriptum et omnes fratres eius in ipso prioratu tunc

residentes traxissent in causam, petentes decimas in specie de celariis domorum nostri ordinis in Zagrabiensi diocesi constitutis iuxta continenciam litterarum domini fratris Philippi eiusdem ordinis olim prioris per Hungariam et Sclauoniam pro eo, quia cessatum fuerat a solucione nouem fertonum per fratres nostros in jeisdem litteris contentorum ab annis sex iam proxime elapsis, capitulo supradicto tandem ad nostram supplicacionem et fratris Johannis , Latini preceptoris domus de Noua curia, fratris Philippi de Perosa preceptoris de Gora, ac fratris Dionisii castellani de Bela ac preceptoris domorum sancti Martini de Zelna et Glogonicza, predicti domini capitulum nostro ordini complacere volentes habita totali quantitate pecunie a nobis pro tempore preterito racione eorumdem fertonum, pro quo ipsorum solucio neglecta fuerat per fratres nostros, quibus incumbebat nos et nostrum ordinem in primo statu solucionis fertonum relinquerunt et dimiserunt ex gracia speciali, prout in eisdem litteris continetur hoc expresso et per nos de consilio et assensu fratrum nostrorum prescriptorum assumpto, quod si vnquam fratres nostri iterum cessauerint a solucione eorundem fertonum iuxta continenciam litterarum predictarum et tunc absque contradictione aliqua predicti domini, capitulum possint et debeant eciam auctoritate propria percipere decimas de cellariis domorum nostri ordinis in predicta diocesi in specie et pro libito voluntatis. Hoc eciam promittimus fide nostra ipsis dominis capitulo, quod apud dominum priorem et suos fratres toto posse procurabimus de concambio competenti terrarum vel aliquorum Tedditicum pro ipsis fertonibus vel racione ipsorum, ne annuatim ex solucione huiusmodi et fratres nostri et ipsi domini capitulum possint in aliquo dubitare. Ad maiorem . . . ite(!) certitudinem premissorum presentes scribi iussimus et sigilli nostri ac fratrum prescriptorum pendentis duximus muniri et roborare.

Tenor vero litterarum commissionis et auctoritatis nostre hec est: Nouerint vniuersi presentes nostras priuilegiales litteras inspecturi et etiam audituri, quod nos frater Petrus Cornuttus sancte domus hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani per Hungariam et Sclauoniam prior humilis, attendens probitatis merita et alia virtutum dona quibus persona religiosi viri in Christo nobis charissimi fratris Fulconis Rocafolii viceprioris nostri in Daimacia et Coruacia ac preceptoris domus nostre de Sopronio altissimus insigniuit considerantes, quod diligentem curam et regimen ac administracionem quibus id in sibi dudum commissis in nostro ordine laudabilis, fructuosus et commendabilis est repertus, prout euidenter apparet et domino concedendum erit successiue, dignum arbitramur et racioni consonum, vt eundem fratrem Fulconem tanto libencius> graciosis fauoribus prosequamur, quanto magis in domo nostra vberion

vtilior et commendabilior reperitur; his igitur pensatis et in consideracione matura deductis de consilio, voluntate, assensu pariter et consensu dilectorum in Christo nobis charissimorum fratrum. videlicet fratris Angeli de Senis, fratris Bernardi de Villannis, fratris Leonardi de Neapoli, fratris Alberti de Parma, fratris Marini de Jadria, fratris Petri de Sap, fratris Bernardi de Orgol, fratris Thadei de Assissio, necnon et aliorum fratrum et procerum nostrorum tunc temporis nobis astancium eundem fratrem Fulconem tanquam dignum et benemeritum et ampliori gracia digniorem fecimus, constituimus, creauimus et ordinauimus in premissp prioratu nostro tam in capite quam in membris nostrum locumtenentem seu vice priorem, dantes insuper et concedentes eidem generalem, plenam et liberam potestatem, licenciam ac speciale mandatum quelibet et singula in prescripto prioratu nostro agendi, faciendi et disponendi, que nos ipsi facere possemus si personaliter adessemus in omnibus causis et quibusuis articulis. Quocirca vobis vniuersis preceptoribus, castellanis, vicecastellanis nostrum locum tenentibus, donatis, sororibus, confratribus in virtute sancte obediencie vobis iudicibus, officialibus, vasallis, predialibus, seruitoribus, iobagionibus et cuiuscunque alie preeminencie sew condicionis hominibus in dicto nostro [prijoratu constitutis vel pro tempore constituendis sub sacramento fidelitatis et homagii quo nobis et ordini nostro sunt astricti, expresse precipientes damus in mandatis, quatinus dicto fratri Fulco tanquam persone nostre proprie in omnibus pareatis, obediatis et intendatis in quibus mandatum habueritis et preceptum ab eodem, aliud sicut sentenciam prescriptam subire formidatis facere de premissis non ausuri. In cuius rei memoriam et certitudinem pleniorem presentes scribi iussimus et sigilli prioratus nostri Hungarie et Sclauonie appensione muniri et roborari. Datum in domo nostra de Turana, vltimo die mensis maii, anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo.

Iz prijepisa kralja Ljudevita II. od g. 1578.
Ovaj prijepis u arkivu ju^oslavenske akademiie u Za^rebu a. 1340.

391.

1340, 13. juna. U Višegradu.

Karlo Roberto kralj ugarski i hrvatski fotvrdjuje sporazum izmedju Zagreba i kaptola glede „postave".

Nos Karolus dei gracia rex Hungarie memorie commentantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod vir discretus

Gregorius prepositus ecclesie Chasmensis, dilectus et fidelis capellanus noster, ad serenitatis nostre accedendo presenciam exhibuit quasdam privilegiales litteras magnifici viri Thome voyvode Transilvani et comitis de Zonuk, procuratorisque magisterii tavarnicatus nostri, hunc tenorem continentes: *(Slijedi listina od 11. maja g. 1339.).* Petens cum instancia, ut tenorem earumdem litterarum privilegialium dicti Thome voyvode, procuratoris magisterii tavarnicatus nostri, nostris Htteris patentibuš transcribi et transumpmi confirmarive faceremus. Ad cuius nos humilem supplicacionem dictas litteras privilegiales prefati Thome voyvode, prout rite et legitime emanate extiterunt, et eatenus, quatenus ipsa conposicio inter partes supradictas habita extitit, tenoribus ipsarum presentibus de verbo ad verbum transcriptis et transumptis duximus confirmandum. Datum in Vyssegrad, feria tercia proxima post festum sancte trinitatis, anno domini MCCCXL.

Liber stal. cap. Zagrab. part. IV. cap. XVII.
Tkalčić Mon. eppatus Zagr. II. 136.
Tkalčić Moii. civ. Zagrab. I 156.

392.

1340, 15. juna. (0 Požegi).

Pred Pituvcem malim sucem poteSkim prodaju Petar i t. d. dio zemlje Dolan.

Nos comes Pytuuch viceiudex Duymi comitis de Pbsaga, et Iwan comes terrestris memorie commendamus per presentes, quod Petrus et Stephanus filii Elye ab una parte, Nicolaus et Thomas fratres eiusdem(!) filii eiusdem Elye parte ab altera coram nobis personaliter constituti, iidem Petrus et Stephanus confessi fuerunt viua voce, quod ipsi quandam particulam terre ipsorum in Dolan adiacentem de Thoma filio Mark et Emerico filio Loure precio comparatam, porcionem ipsorum totaliter prefatis Nicolao et Thome pro sex pensis denariorum plene ab eisdem receptis, sicut dixerunt, dedissent et vendidissent in heredum heredes perpetuo possidendam, prout ipsi tenuerunt et possiderunt, taii modo, quod si aliquis eosdem impeteret temporis in processuj idem' Petrus' et Stephanus expedire tenerentur laboribus propriis et expensis. Datum in festo Vyti et Modesti. martirum, anno domini MCCC°XL.

Original u narodnom mtizeju u Budimpešti a. 1340.; bivša zbirka jtankovideva. Na hrptu vidi se trag pritisnuta pečata.
Nagy Cod. dipl. Andeg. IV., 35.

393.

1340, 18. juna. U Trogiru.

Cvitan glasonoša trogirski javlja, da su gradovi Trogir, Sfiljet i Sibenik sklofiiti medjusobni savez.

1340., die dominico 18. iunii. Civitanus nuncius et preco communis retulit mihi notario se hodie de mandato domini comitis cridasse et notificasse publica et alta voce in loza et in platea communis civitatis Traguriensis, quod civitas Traguriensis, Spalatensis et Sibenicensis amicitiam, fraternitatem coniuncti et unionem insimul promiserunt, inierunt et fecerunt contra quascumque personas, civitates, communia et loca et universitates damnificare et inimicari volentes, vel nitentes domino suo domino duci, et comiti Venetiarum, ac pro dicti ducis et communis Venetiarum fidelibus universis, ita, quod quelibet dictarum trium civitatum suos amicos, et e contra inimicos pro inimicis manifestis tractando, amicos pro amicis, et inimicos pro inimicis in omni casu et eventu pro sua suorumque civium universorum conservatione et augmento, hoc pacto et coventione: Quod si casu aliquo predictarum civitatum vel cives et singulares persone earum dapnum(!) aliquod paterentur a quacumque persona, quod ut commune et damnificati ad suam satisfactionem velocius peruenire possint, dominus comes damnificate sua propria, et mera auctoritate requirere debeat per suas litteras damnificantem, vel eius superiorem et caput, ut damnum satisfaciat, et si habita responsione non satisiecerint, tunc ipse comes solus auctoritate predicta ipsurn damnum debeat videre et examihare, et facta examinatione taxare. Qua facta taxatione interim sua auctoritate requirere debeat ipsum damnum sic taxatum, sicut sibi videbitur, ut satisfaciat in terminUm, quem ipse comes voluerit assignare, infra quem si satisfacit bene quidem, alioquin ipse comes sua predicta propria auctoritate procedat contra ipsum dapnificantem et gentem suam, ac bona eorum sicut sibi videbitur esse iustum, considerata qualitate et quantitate damni recepti processum notificare teneatur, et debeat aliis duabus chitatibus sibi unitis, que ipsum processum teneantur, et debeant integraliter observare et facere obseruari contra ipsum damnificantem et gentem suam, ac eorum bona. Si vero aliqui sui cives et mercatores essent in partibus ipsius damnificati cum suis mercationibus et rebus, vel sine, eos debeant citare, ut inde recedant quam velocius esse potest infra terminum quem videbitur suo comiti assignare, qui terminus non transeat unum mensem. Et si aliquis damnificaret aliquem predictarum trium civitatum, vel cives

ipsarum, et cum preda et robaria se reduceret ad alias civitates, coraes illius civitatis ad quam se reduxit, ipsum malefactorem, vel ipsos intromittere debeat in auere et personis, et facta restitutione damnificato procedere debeat contra malefactores, sicut contra predones et capitalissimos inimicos, et si facta denunciatione robarie aliquis civis predictarum civitatum emeret ipsam predam, comes suus teneatur ipsam restitui facere dampnificato absque satisfactione aliqua facienda ipsi emptori, qui sic emerat post notificationem predictam, et nihilominus possit procedere contra ipsum sicut sibi videbitur ipse comes, et si emerit ante denunciationem predictam, nihilominus restitui faciat predicto damnificato, sed remaneat in arbitrio domini comitis sui de faciendi sibi reficere pretium emptionis, vel non sicut sibi videbitur, quum inquisitio facienda videbitur, si emerit ante denunciationem, vel non, remaneat ipsi comiti solo. In predicta autem unione sunt infrascripta ultra contenta in dicta crida. Si vero aliquis predictarum trium civitatum ob iniuriam aliquam, vel offensam sibi et civitati sue illatam guerram vellet contra aliquos comovere, debeat significare aliis duobus comitibus, qui omnes tres comites convenire in simul teneantur in loco, quem constituerint, et ibi' habita collatione inter se, si per omnes tres, vel maiorem partem ipsorum diffinitum fuerit et terminatum, quod guerra ipsa accipiatur, fiat, prout fuerit ordinatum per ipsos, vel maiorem partem de guerra facienda; si vero duo ipsorum concordaverint de non faciendo guerram predictam, et alius esset de opinione guerre, scribat quilibet domino duci et communi Venetiarum suas opiniones, quod preceptum sibi fuerit per ipsum dominum ducem et commune Venetiarum in facto guerre predicte, sic debeat observari. Hec autem unio et fraternitas incipere debeat a die quo factus fuerit presens contractus, qui factus fuit in 1327., indictione XI., tertia die mensis decembris in antea; et durare debeat ad voluntatem et beneplacitum domini ducis et communis Venetiarum predictorum. Si vero aliquis civis predicte civitatis sua temeritate motus contra predictam unionem, fraternitatem et convenctionem facere presumeret, quod suus comes solus ipsum debeat punire et condemnare, sicut sibi videbitur convenire. Si vsro ipse facultatibus mendicus talis esset exutus, quod non haberet unde solvere, banniatur per suum comitem de civitatibus predictis, et earum districtu eo tempore, quo voluerit ipse comes. Item, ut predicte civitates causam habeant manendi in meliori fraternitate convenerunt sindici suprascriptis nominibus quibus supra, quod aliquod commune predictarum trium civitatum non possit nec debeat aliquo barono Sclavo facere exenium aliquem, sive presentem a 25 libris supra sine voluntate omnium trium civitatum, vel maioris partis earum, nec auxilium aliquem, vel iuvamen alicui predictorum

baronorum Sclavorum mittere per commune et specialem et speciales personas modo aliquo, sine consensu et voluntate comitum predictorum, vel maioris partis ipsorum, et hoc durante unione predicta; ipsi autem sindici auctoritate sibi tradita dimiserunt in arbitrio domini ducis addendi huic contractui, si quid foret addendum, minuendi, si qui minuendum esset, et declarandi, si quid ciaritate egeret. Pena est contrafacientium librarum decem millium, cuius pene medietas devenire debet in commune Venetiarum, et alia medietasin predicta unione contenta observantes.

Lucius Memorie di Trau p. 225.— 226.

394.

1340, 19. juna. U Čazmi.

Pred čazmanskim kaptolom daruje Dešen sin Dionizov samostanu garićkom neki vinograd.

• Nos capitulum Chasmensis ecclesie significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod Descen filius Dyonisii nobilis de Gersenche ab vna parte, frater Stephanus prior heremitarum ecclesie beate virginis de Garig ab altera coram nobis personaliter constituti, idem Descen quandam particulam de vinea sua super possessione eiusdem Descen in comitatu de Gersenche circa vineam Gearmani fratris sui Haraztouch vocata existentem, que particula in latitudine septuaginta duorum cubitorum existit tam in superiori parte, quam inferiori, dixit et confessus est se eidem ecclesie beate virginis et fratribus in eadem deo famulantibus pro tempore constitutis de permissione et consensu dicti fratris sui et aliorum vicinorum suorum dedisse, contulisse et assignasse iure perpetuo pro remedio anime matris sue et aliorum parentum suorum possideridam irreuocabiliter et habendam, obligans se idem Descen, vt si idem frater suus vel alii quicunque existant in futurum racione ipsius particule vinee questionem mouerent uel mouere procurarent, expedire eandem ecclesiam beate virgiriis et fratres in eadem deo famulantes propriis laboribus suis et expensis. In cuius rey memoriam presentes contulimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum in festo beatorum Geruasi et Prothasi martirum, anno domini millesimo **CCCmoXL°.**

Iz originalnog prijepisa časmanskoga kaptola od 24. augusta i367. na pergam. u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 35.182. — Stara signatura: Acta monast. de Gari^: fasc. II.. no. 18.

395.

1340, 26. juna. U Višegradu.

Petar biskufi srijemski, prepošt stolno-biogradski Tatamer i drugi uredjuju odnošaje predijalaca zagrebačke biskupije i biskupa Ladislava.

Nos Petrus miseracione diuina episcopus Syrmiensis comes capelle[1] et secretarius cancellarius excellentissimi principis domini Karoli dei gracia illustris regis Vngarie, Thathamerius Albensis ecclesie prepositus, eiusdem domini regis vicecancellarius, Thomas woyeuoda Transiluanus, comes de Zonuk, et comes Paulus iudex curie prefati domini regis, iudices inter partes infradeclarandas per memoratum dominum regem specialiter deputati memorie commendamus significamus presencium per tenorem tam presentibus quam futuris quibus expedit vniuersis, quod cum vniuersitas hominum seu populorum, qui se liberos prediales ecclesie Zagrabiensis de districtibus Chazma, Dombro et Vasca possessionibus et villis intra terminos ac limites predictorum districtuum existentibus fore prefingebant, missis ad predictum dominum nostrum regem nunciis ipsorum super eo, vt venerabilis in Christo pater dominus Ladizlaus dei et apostolice sedis gracia episcopus ecclesie Zagrabiensis ipsos in libertatibus eorum per inclitos reges Hungarie, scilicet fundatorem et dotatores ipsius ecclesie Zagrabiensis eis datis non conseruaret, sue regie maiestati conquesta fuisset, et tandem ipse dominus noster rex, prout hec omnia in suis litteris annulari suo regio sigillo consignatis eidem domino episcopo directis apparebat super facto pretacto, quidquid per honorabilem virum dominum Demetrium prepositum ecelesie Budensis certum hominem suum regium specialiter ad hoc transmissum inter ipsas partes actum et ordinatum fieret, predicto domino episcopo Zagrabiensi ratum et firmum habere debere precepisset, ipse uero dominus prepositus, vt littere eius rescribebant, predictum factum reformacione uel alio fine debito terminare non ualens, speciali deliberacioni eiusdem .domini regis remittendo prefato domino episcopo Zagrabiensi et ipsis populis, qui se liberos prediales ecclesie Zagrabiensis fore, vt premisimus, fingebant, octauas festi penthecostes sine crastmacione in speciali presencia ipsius domini regis cum eorum munimer.tis et instrumentis literalibus comparendi pro termino prefixisset. Ad uitimum ipso termino occurrrente de cetu et numero dictorum populorum Georgius filius Heym, Gregorius filius Benedicti, Kopoz frater Bexe, Gegus filius Alexandri,

[1] Pisano: Carelle.

Johannes dictus custos, Endre filius Endre, Philippus filius Andomuk, Gaal filius Martini, Johannes et Dominicus filii Marcelli, Johannes filius Cristini, Petrus filius Gardon, Petrus filius Dryse, Drahen filius Vidus, Georgius dictus Hazug, Luchachius filius Valentini, Borsod filius Iwan, Paulus filius Isow, Thomas filius Endre et Demetrius filius Georgii pro se personaliter et pro Laurencio Hungaro, Egodio(!) filio Martini, Blasio filio Michaelis, Blasio filio Maryas, Bartholomeo filio Petri, Lukachio filio Danich, Thoma filio Elye, Nicolao filio Endre, Johanne filio Wyd, Petro filio Michaelis, Paulo filio Gregorii, Georgio de Zelna, Blasio dicto Komlous, Bexa filio Michaelis, Nicolao filio Demetrii, Mathia filio Dersila, Stephano filio Woycha, Petro filio Jacobi, Gregorio filio Mixa, Emerico filio Jacobi ac Petro filio Oroz cum procuratoriis litteris prefati domini Demetrii prepositi Budensis comparentes et super eo, vtrum ipsi aliqua instrumenta literalia uel cauciones pretactas eorum libertates declarancia uel declarantes habeant, et nunc aut in alio dato siue dando in futurum tamquam actores, secundum quod per ipsum dominum Demetrium prepositum Budensem commissum fuerat, exhibere possint uel ne, aut per quem modum in hac lite super pretactis libertatibus eorum et quibuslibet negociis agere uelint aut omnino quid facere intendant interfogatiue subortatiue secundum iuris et officii nostri iudiciarii specialiter per ipsum dominum regem in hac parte commissi exigenciam moniti et coartati nullum penitus litterale instrumentum super ipsorum libertatibus seu predictis acquisicionibus se habere, libertates et actiones eorum pretactas aliquo modo se declarare posse allegarunt, set eorum libertates supradictas seu acciones totales in libertatibus, instrumentis predicti domini episcopi et ecclesie sue Zagrabiensis seriatim contineri allegantes, exhibicionibus mstrumentorum prefati domini episcopi et ecclesie sue Zagrabiensis super predictis eorum libertatibus, condicionibus et litibus se et eorum consocios submisisse et submittere uelle, vnanimi intencione parilique consensu et consilio asseruerunt. Quibus perceptis prefatus dominus episcopus Zagrabiensis personaliter adherens quoddam priuilegium domini Stephani olim sceptra regiminis regni Hungarie in memoria felici gubernantis, tenores quorundam priuilegiorum excellentissimorum principum dominorum Andree et Bele filii condam illustrium regum Hungarie piarum recordacionum plenissime continens et confirmacione muniens sub aurea bulla, et litteras priuilegiales honorabilis capituli Quinqueecclesiensis priuilegia prefati domini nostri Karoli regis Hungarie, Bele secundi et Emerici condam inclitorum regum Hungarie transcribentes nobis presentauit. In quibus videbatur explanari, quod, cum ldem Andreas rex exisfteret] in itinere assumpte crucis iniuriam crucifixi ad sanctam terram proficiscendo, digna vlcione volens vindicare ad mona-

sterium episcopale a sanctissimo rege Ladizlao beatissime recordacionis fundatum et constructum peruenisset, vbi idem sanctissimus rex Ladizlaus terram Sclauonie siue banatum ab errore ydoiatrie ad cultum sancte christiane fidei corone regie subiugando conuertisset, et in eodem banatu episcopatum instituisset, monasterium in honore sancti regis Stephani, ut prediximus, construxisset, idem dominus Andreas rex venerabiliter dedicari fecisset, tunc episcopus et capitulum ecclesie Zagrabiensis eundem dominum Andream regem supplicando implorassent, vt ipse omnia priuilegia super prediis, possessionibus et libertatibus aliisque redditibus tam ab ipso- sancto Ladizlao rege primo fundatore ipsius ecclesie tam eciam a predecessoribus, presertim a fratre suo predicto Emerico rege, quam eciam pie ab ipso domino Andrea rege collata, secrecioris et solempnioris sigilli, videlicet auree bulle munimine confirmaret. Ipse igitur dominus Andreas rex eorum iustis peticionibus inclinatus grato volens occurrere assensu, habito conscilio (!) magnatum suorum omnia priuilegia predicte ecclesie in medium produci fecisset et per cancellarium suum Vgulinum de uerbo ad uerbum coram multitudine perlegi, et, cum nichil contradicione dignum potuisset inueniri in eisdem, omnia priuilegia sua et predecessorum suorum renouando, secundum quod in eisdem singulis contineretur, aureo sigillo suo confirmasset et eciam auctoritate regia adiungendo firmiter statuisset. Vnde cetero nullus banus siue sit de regali progenie siue de magnatibus Hungarie presumat populos predicte ecclesie coram se aliqua occasione in iudicium trahere aut alicuius rei occasiqne descendere aut descensum petere, aut eciam marturinas seu quamcumque collectam quomodocumque nuncupatam exigere, set pocius firmiter iniungendo bano siue duci pro tempore constituto precepisset quod decimas marturinarum seu omnium collectarum quocumque nomine nuncupatarum episcopo plenarie et sine contradicione aliqua et dilacione, quantum limes episcopalis concludit, persolueret decimas omnium tributorum iorensium siue decimas prouentuum portuum, quorum sunt(!), si illi soluere nollent cogendo eos cum graui iudicio, vt ceteris metus in similibus incuciatur, soluere compelleret, Statuisset eciam firmiter, vt populos ecclesie siue sint episcopi siue capituli in nullius foro tributum soluere compellant ac etiam tributarii vel salinarii regis causa exercende sue negociacionis contra episcopi uoluntatem uel officialium suorum ad aliquod forum episcopi accedere presumerent, et si inuenti fierent, capti quadraginta diebus detinerentur, omnes res suas quas tunc erga se haberent amittentes. Istud specialius adiciendo statuisset, vt licet nunquam moneta regis in regno banatus siue ducatus facta fuerit ab aliquo rege, tamen a successoribus suis si fieri contingeret, populos ecclesie tam episcopi quam capituli mercimonia sua vendendo uel emendo dari non

compellantur pro eadem, nec etiam monetarii ad aliquod fotum episcopi causa exercende monete accedere presumpmerent, et si inuenti fierent, per quadraginta dies capti ab officialibus episcopi in carcere detinerentur, omnes res quas tunc erga se haberent amittentes. Hec igitur omnia ab eodem Andrea rege et a predecessoribus suis statuta, que ab eis usque tunc essent obseruata, sic firmiter in perpetuum a filiis et heredibus suis ipse Andreas rex voluisset obseruari, vt in nullo excedere uideantur, attemptando aliquid contra iura predicta tam ab ipso quam a fratre suo rege Emerico quam eciam a fundatore ipsius ecclesie serenissimo rege Ladiziao vel eciam ab aliis heredibus suis siue ducibus essent concessa et collata; vt, si quis banus siue dux aliquid contra iura predicta attemptare presumpmeret, si fieret de regali progenie paterna maledictione incomprehensibilis amaritudinis in perpetuum percuteretur et nunquam ad coronam, quam hereditario iure habere deberet, posset attingere, set toto tempore uite sue fieret vagus et profugus, suisque se sociari non ualens, set semper aliena mendicans; si autem fieret de nobilibus regni Hungarie et citaretur ab episcopo ad regis presenciam, antequam episcopo responderet, quinquaginta marcas fisco regio et alias quinquaginta marcas episcopo, rege eodem forcius compellente, persolueret. Que quidem suprascripta per ipsum dominum Andream regem statuta fore inueniebantur anno ab incarnacione domini MCCXVII^{0}. Set predictus dominus Bela rex ipsam seriem priuilegii domini Andree regis patris sui anno dominice incarnacionis MCCLX^{0} nono confirmasse et insuper eciam ad instar predecessorum suorum concessisse reperiebatur, quod banus pro tempore constiiutus in nullo casu populos ecclesie in banatu constitutos racione descensus uel alicuius iurisdicionis occasione presumpmeret molestare, cum suis et karissimi patris sui ac predecessorum suorum temporibus bani pro tempore constituti nullam habuerint iurisdicionem in populis ecclesie supradicte, pro eo maxime, quia episcopi, qui ecclesiam Zagrabiensem pro tempore gubernassent semper fideles regie corone extitissent. Vnde ipse Bela rex de speciali gracia omnes populos ipsius ecclesie Zagrabiensis tam in banatu quam in aliis comitafibus constitutos ab ipsius bani et comitum iurisdicione omnino exemisset, vt iidem populi de aliis grauaminibus expediti debita seruicia et consueta facilius possent et ualerent ipsi episcopo exhibere et in omnibus tam in iudiciis, maleficiis et excessibus quam in aliis seruiciis et redditibus quocumque nomine nuncupatis suo tantum episcopo Zagrabiensi et ipsius iudicibus seu officialibus populi ecclesie respondere tenerentur; addiciens, quod si episcopus uel eius iudex aut officialis in reddenda iusticia querolantibus(!) contra ipsos populos negliens(!) fieret uel remissus, non is contra quem

ageretur, set episcopus uel eius iudex ad. . . . .* declarabat nec in futurum declarare assumpmebant. Verum quia iidem populi et homines liberos prediales se fore fingentes contra eundem dominum episcopum dominum eorum super predictis libertatibus eorum per illustres reges Hungarie, vt asseruerant, eis datis et concessis eidem. domino regi, vt premisimus, conquesti fuisse inueniebantur, et tamen in dicto termino per predictum dominum Demetrium prepositum, hominem specialem ipsius domini regis pro instrumentis ostendendis et allegandis, iuribus vtrarumque parcium deputatum iidem homines et populi ad nostras pluries iteratas requisiciones et subortaciones nullum Htterale instrumentum super dictis eorum libertatibus et actionibus confectum, quo mediante a nexu seu condicione populari exempti vel aliquo modo fuerint Hberati se habere, nec libertates et acciones eorum pretactas quouis modo declarare posse asserebant, nec in futurum conprobare assumpmebant, set se ac omnes consocios ipsorum et libertates et acciones eorundem ad continencias predictorum instrumentorum per ipsum dominum episcopum exhibitorum submisisse et submittere velle, ut diximus, firmiter asserebant, de libertatibusque per eadem instrumenta ecclesie Zagrabiensis declarandis contentabantur, ac de prefatis districtibus et possessionibus ipsius ecclesie Zagrabiensis nil sibi et eorum consociis aliquo alio tytulo, nisi ex collacione dominorum episcoporum eiusdem ecclesie sub quibusdam condicionibus pertinere vnanimiter affirmabant. Et tamen huiusmodi locutorias affirmaciones eorum, sicut prefatum est, nullis literalibus instrumentis uel caucionibus declarabant, nec probare in futurum assumpmebant, et nec ad formam dictorum litteralium instrumentorum ecclesie Zagrabiensis se aut eorum libertates preaquirendas aliqualiter applicare, neque contra eadem instrumenta aliquid apponere uel dicere poterant siue attemptabant. Prenoininata autem instrumenta litteralia ecclesie Zagrabiensis nullas libertates eorundem hominum siue aliquorum Hberorum predialium aut talium hominum, qui nomine nobilium iobagionum uel liberorum predialium dicte ecclesie Zagrabiensis fungerentur, nisi libertates ac possessiones et metas possessionum dicte ecclesie nec non populares homines eandem ecclesiam habere exprimebant. Predicte autem littere inquisitorie'ipsorum trium capitulorum tam multa et enormia maleficia ac dampna per ipsos populos ipsi episcopo et sue ecclesie ac ad ipsam spectantibus intulisse pretacto modo declarabant, et iidem populi super huiusmodi maleficiis rebelliosis nulum(!) signum seu indicium sue inculpabilitatis uel innocencie eorum aliqualiter pretendebant uel in futurum se daturos fore offerebant, set gracie ipsius domini episcopi se submittendo per eundem misericordiam sibi inpertiri implorabant. Ex hiisque instrumentis, libertatibus et racionibus adductis prefati populi litigantes non sicut nobiles iobagiones uel aliquo modo liberi prediales, set tanquam hii, qui communes populares homines vlcionem ex parte domini ipsorum faciendam, cum ipse dominus episcopus auctoritate predictorum priuilegiorum ecclesie sue plenam iurisdiccionem, merumque dominium super predictis districtibus et possessionibus ecclesie supradicte vniuersis vbique existentibus et populis in eisdem commorantibus de iure habeat, humiliter suffere et graciam domini eorundem nullo litis ventilamine intermedio, set pacienter sibi complacere debentes ac iurisdiccioni et iudicio ipsius domini episcopi Zagrabiensis tantummodo, et nulius alterius subiacentes existunt, euidentissimis indiciis fore et esse perpendebantur, nec non ex premissis processibus et processuum replicacionibus ipsi populi litem ingredientes manifestam notam iniquitatis et ingratitudinis, ymo infidelitatis contra ipsum dominum eorum et ecclesiam suam Zagrabiensem incurrisse uidebantur. ldeo vna cum venerabili in Christo patre domino Nicolao Agriensis ecclesie episcopo, honorabilibus viris dominis Goglardo Tytuliensi, predicto domino Demetrio Budensi, ac Anthonio sancti Laurencii de Hay ecclesiarum prepositis, magistro Thoma filio Petri castellano de Choukabro et aliis quam pluribus baronibus et nobilibus regni nobiscum in iudicio assidentibus eosdem populos vuiuersos se liberos prediales fore prefmgentes pro premissis eorum enormitatibus, maleficiis, indebitis. litigiis et accionibus tamquam calumpniosis falsos, rebelles et infideles preiatis domino episcopo et sue ećclesie Zagrabiensi esse et fore diffinitiue sentenciando sufficienti tractatu et plenissimo consilio ac matura deliberacione ventilante denunciauimus et ex nunc denunciamus in hiis scriptis vniuersos populos huiusmodi litem ingredientes tam principaliter nunc adherentes tam eciam prescriptos absentes ubicumque inuenti fuerint, cum omnibus bonis et rebus eorum mobilibus et immobilibus, prediis et possessionariis particulis quibuslibet intra metas possessionum dicte ecclesie Zagrabiensis ficto tytulo et nomine possessionatorum predialium actenus(!) possessis et habitis, perpetuo ex nunc ab eisdem ablatis propter predicta demerita ipsorum et infidelitates ad manus ipsius domini episcopi Zagrabiensis dedimus, tradidimus ac assignamus prout demerentur per ipsum dominum episcopum et suos officiales corrigendos, saluo tamen iure regalibus, reginalibus et nobilium si que essent districtibus in eisdem. Vt autem dicta ecclesia Zagrabiensis per proprios huiusmodi populos . minus debite in futurum molestari et litigii dissenssione inquietari non contingat, set ex hac parte pacifice durari ualeat, requirentibus pretactis legitfimis racionibus duximus sentencialiter decernendum, vt, qui eciam nomine predialium iobagionum super

[1] Manjka cijeli list *1a.* u kodexu, slijedeće na listu 79.

predictis possessionibus ipsius ecclesie Zagrabiensis commorantes dicto domino episcopo et sue ecclesie fideles actenus fuissent, si iuxta libertatem et condicionem ac nomine communium populorum eiusdem ecclesie Zagrabiensis a modo in futurum super prediis, terris ac possessionibus ipsius ecclesie commorari voluerint, ipsi domino episcopo beniuole consenciente facultatem habeant commorandi, debita omnia et seruicia congruencia secundum statuta et ordinaciones ipsius domini episcopi sicut alii communes populi eiusdem ecclesie domino episcopo et sue ecclesie Zagrabiensi perpetuo pacienter ministraturi; alioquin quamuis fideles fuissent, sed ut de predictis possessionibus dicte ecclesie Zagrabiensis iura tytulo huiusmodi sibi acquirere non possint indebite, de quibuslibet possessionibus prefate ecclesie Zagrabiensis, illic quo eorum uoluntati placebit, saluis rebus et personis eorum pacifice discedant et recedant moraturi, nullam proprietatem nullumque ius nomine et racione eorum libere predialitatis aut alicuius nobilitatis de quibusuis possessionibus ipsius ecclesie Zagrabiensis intra metas et limites metarum eorundem existentibus queuntes vendicare. Ne igitur quitquid premissorum diffinitiua sentencia per nos rite et legittime presentibus promulgatorum, diffinitorum et declaratorum per quempiam. calumpniosa temeritate iterate litis in futurum quouis modo obfuscari valeat, set omnia ea tam legittime contracta et digesta illibata inuiolabilique essencia et perempni(l) stabilitate mentibus futurorum imprimi memoriter possit, presentes litteras nostras priuilegiales dicto domino episcopo et sue ecclesie Zagrabiensi concessimus sigillorum nostrorum pendencium autenticorum vigoribus roboratas. Datum in Wyssegrad, sedecimo die predictarum octauarum festi penthecostes, anno domini MCCC⁰ quadragesimo.

Iz kodeksa: Liber privileg. episc. Zai^rab. list. 77.—79.
Kodeks u arkivu nadbiskupije u Zagrebu: I. B. IX. 167.

396.

1340^26. juna. U Stolnom Biogradu.

Odlomak listine kaptola stolno-biogradskog, kojom se izvješta kralj Karlo, kako su listine, kojima se odredjuju odnošaji crkve zagrebačke i predijalaca, pročitane.

Excellentissimo domino eorum Karolo dei gracia illustri regi Hungarie capitulum ecclesie Albensis oraciones in domino. Litteras vestre serenitatis recepimus honore cum(!) decuit; in cuius tenore percepimus, vt videlicet hominem nostrum fidedignum pro testimonio nostro dare deberemus, quo presente homines uestre celsitudinis infra nominatas irent et reambularent omnes prouincias et episcopatus Zagrabiensis ecclesie conuocatis omnibus qui foreut conuocandi, sentenciales litteras uestre maiestatis et iudicum uestrorum inter dominum episcopum Zagrabiensem et populos ac olim eius prediales emanatis(!) omnibus cuiusque status et condicionis hominibus in ipsis prouinciis episcopatus existentibus legerent et exponerent, et prout per eosdem nobis de premissis ueritas constare posset, vestre celsitudini rescribere deberemus. Nos igitur preceptis uestre celsitudinis obtemperare cupientes, ut tenemur, vna cum Anthonio preposito ecclesie sancti Laurencii de Hay, capellano uestro et Nicolao de Gutha iuuene aule uestre celsitudinis nostrum hominem fidedignum, videlicet magistrum Johannem socium et concanonicum nostrum ad premissa mandata vestre sublimitatis exequenda pro testimonio transmisimus. Qui postmodum ad nos reuersi . . . . . . [1]

Iz potvrde kralja Karla I 1341.
Potvrda iz kodeksa: Liber privileg. episc. Zagrab. list. 80. u arkivu nadbiskupije u Zagrebu I. B. IX. 167.

397.

1340, 16. augusta.

Karlo kralj ugarski i hrvatski svjedoči, da su Lovro, Nikola itd. predijalci crkve zagrebačke pozvani od biskupa radi bune na sud, roćištu utekli.

Nos Karolus dei gracia rex Hungarie significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod venerabilis in Christo pater dominus Ladizlaus graciam per eandem episcopus Zagrabiensis dilectus nobis et fidelis ad presenciam nostre serenitatis agrediendo coram nobis protestatiue proposuit eo modo, quod Laurencius Hungarus, Nicolaus filius Demetrii, Boxa[2] filius Michaelis, Petrus filius Michaelis, Paulus filius Gregorii, Georgius de Zelna, Lucachius filius Pauli filii Isow, Paulus filius Georgii dicti Pychula et Georgius dictus Hazug. populi dicte ecclesie sue Zagrabiensis, dum nuper in octauis festi penthecostes pro allegacione libertatis ipsorum vna cum aliis. ipsorum consociis popularibus hominibus eiusdem ecclesie ad presenciam venerabilis in Christo patris domini Petri miseracione diuina episcopi Syrmiensis, comitis capelle, se-

[1] Manjka list. 81.
[2] Inače obično: Bexa.

cretarii cancellarii nostri et discreti viri magistri Thatamerii Albensis ecclesie prepositi, ac magnificoram virorum Thome woyuode Transiluani et comitis de Zonuk, nec non comitis Pauli iudicis curie nostre, iudicum per nos in causa presenti delegatorum accessissent, tandem ipse Laurencius et alii socii sui prenominati intelligentes, quia contra eundem dominum episcopum proprium dominum ipsorum grauiter excessissent se debere subcumbere formidantes, ne ipsi sicut ceteri ipsorum socii pro eadem et per omnia simili causa per dictos nostros iudices in eodem termino per diffinitiuam sentenciam contra dictum dominum episcopum pena perpetue carceracionis condempnabantur, eandem condempnacionis penam cum ipsis eorum sociis reportarent tamquam ipsius sue ecclesie infideles et rebeles a facie iudiciaria se absentando fugitiue ab inde recessissent. Ceterum Georgius filius Alexandri et Johannes filius Cristini post hec iuxta deffinitiuam sentenciam iudicum memoratorum simul cum aliis eorum sociis condempnatis ad manus eiusdem domini episcopi velud(!) rei admodum criminis puniendi, traditi iudices per eosdem de captiuitate ipsius domini episcopi, vt penam quam promerebantur euitarent, clam recessissent nulla venia ab eodem domino episcopo obtenta super ipsorum grauibus excessibus perpetratis. Nos autem litteras nostras protestatorias presentes eidem domino episcopo super hoc concessimus ad cautelam regni consuetudine requirente. Datum feria quarta proxima ante festum beati regis Stephani, anno domini MCCCXLmo.

Iz kodeksa: Liber privil. ep. Zag. list. 80.
Kodeks uark. nadb. u Zagrebu. I. B. IX. 167.

398.

1340, 16. augusta. U Višegradu.

Pred Karlom kraljem ugarskim i hrvatskim Petar, Borg itd. predipalci crkve zagrebačke opiuženi zbog bune, obvezuju se da ne če nikada stupiti na zemlju biskupije zagrebaike.

Nos Karolus dei gracia rex Hungarie significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod, cum Petrus filius Dryse, Borg filius Iwan, Demetrius filius Georgii et Draghen filius Wydus olym fuissent prediales ecclesie Zagrabiensis et tandem pro eo, quia se nobiles fore allegassent iuxta formam nostri iudicii et deliberacionem baronum regni nostri ut rebelles capti et ad manus domini Ladizlai episcopi dicte ecclesie Zagrabiensis assignati extitissent, tandem ipse dominus episcopus graciose

agens cum eisdem de suis vinculis ipsos remisisset, qui iam liberi existendo se coram nobis personaliter astando sponte obligarunt eo modo, quod nunquam in uita ipsorum ipsi et eorum heredes ad tenutas episcopatus Zagrabiensis vbicumque existentes accederent; se nichilominus taliter obligando, quod, si aliquo temporis curriculo iidem uel ipsorum heredes ad terram episcopalem accederent et per episcopum aut eius officiales reperti fuerint in eadem, extunc idem episcopus aut sui officiales liberam haberent capiendi facultatem. Datum in Wyssegrad, feria quarta proxima ante festum beati regis Stephani, anno domini MCCCXLmo.

Iz kodeksa: Liber privil. episc. Zagreb. list. 80.
Kodeks u ark. nadbisk. u Zagrebu: I. B. IX. 167.

399.

1340, 20. augusta. U Zagrebu.

Zagrebački kaptol prepisuje listinu od 7. decemhra 1329-, kojo-m Pavao sin Mihalča daruje samostanu garičkom neku zemlju.

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod religiosus vir frater Stephanus ordinis beati Pauli primi heremite, prior conuentus ecclesie beate virginis de Garigh in nostri presencia personaliter constitutus exhibuit nobis litteras nobilis viri quondam magistri Pauli filii Myhalch pendentibus sigillis eiusdem et venerabilis in Christo patris domini Pauli olym episcopi Tribiniensis, ac domini Jacobi prepositi ecclesie nostre consignatas, petens eas transcribi et nostri sigilli apposicione consignari. Quarum tenor talis est: *(Slijeai listina Pavla sina Mihalceva od 7. decembra g. 1329.).* Nos autem peticionibus eiusdem fratris Stephani anuentes maxime, quia ipsas litteras inuenimus non abrasas non cancellatas nec in aliqua sui parte viciatas, ipsas de uerbo ad uerbum transscribi et nostri sigilli apposicione fecimus consignari. Datum in festo beati regis Stephani, anno domini millesimo CCCmoXL^{0}.

Original na pergam. u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. O. P. L. no. 35.173. — Stara signatura: Actor. monast. Garigh fasc. I. no. 12.

Pećat i vrvca otpata.

Na hrptu savremena nota: »Super donacione Mihalwelge per Paulum filium Mihalch de genere Tyboldi bani«.

400.

1340, 21. augusta U Višegradu.

Karlo kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje listinu svojih kancelara od 26. juna 1340., kojom se odredjuju odnošaji predijalaca prema biskupu zagrebačkom.

Nos Karolus dei gracia rex Hungarie memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis, quod venerabilis in Christo pater dominus Ladizlaus dei et apostolice sedis gracia episcopus Zagrabiensis dilectus et fidelis noster ad nostre celsitudinis personaliter accedens presenciam exhibuit nobis litteras priuilegiales domini Petri eadem gracia episcopi Syrimiensis, secretarii cancellarii et comitis capelle nostre, Thatamerii Albensis ecclesie prepositi, vicecancellarii nostri, Thome woyuode Transiluani, comitis de Zonuk et comitis Pauli iudicis curie nostre, iudicum videlicet per nos delegatorum in ćausa in subsequentibus declaranda super lata sentencia diffinitiua contra quosdam homines et populos, qui se liberos prediales ecclesie Zagrabiensis fore prefingebant, seu allegabant emanatas, petens nostram excellenciam humiliter supplicando, vt ipsas litteras priuilegiales super ipsa diffinitiua sentencia confectas vberiorem ad cautellam euidenciamque pleniorem nostris litteris patentibus sub apposicione sigilli nostri noui et auctentici(l) transcribi facientes de benignitate regia ex certa sciencia dignaremur confirmare. Quarum quidem litterarum priuilegialium tenor per omnia talis est: *(Slijedi listina Petra, Tatamera itd od 26. juna 1S40.J.* Nos siquidem iustis huiusmodi et congruis supplicacionibus . ipsius domini episcopi Zagrabiensis fidelis nostri fauorabiliter inclinati prescriptas litteras priuilegiales prefatorum nostrorum fidelium ad premissa specialiter per nostram celsitudinem deputatorum presentibus insertas super dicta diffinitiua sentencia contra iamdictos populos rebelles et infideles prefati domini episcopi Zagrabiensis et sue ecclesie et alios quoscumque de districtibus et tenutis prefate ecclesie Zagrabiensis vbicumque existentibus legittime prolata, de uerbo ad uerbum transcribi facientes cum omnibus clausulis et articulis in eisdem contentis ex certa sciencia acceptamus, approbamus, ratificamus et presentis scripti patrocinio sub apposicione nostri noui et autentici sigilli auctoritate regie maiestatis perpetue valituras confirmamus. Datum in Wysegrad, in crastino festiuitatis sancti regis Stephani, anno domini millesimo CCC° quadragesimo.

Iz kodeksa: Liber privil. ep. Zagr. list. 80.
Kodeks u ark. nadb. u Zagrebu: 1. B. IX. 167.

401.

1340, 27. augusta. U Zvoljnu.

Karlo kralj ugarski i hrvatski traži, da podanici Dujma kneza krtkog plate desetinu biskupu zagrebačkom.

Karolus dei gracia rex Vngarie fideli suo domino Buymo Friderici comiti Wegie et Modruse ac honoris nostri Posoge (!) proximo suo salutem et graciam plenam. Fidelitatem vestram requirimus diligenter, quatenus visis presentibus vniuersas iustas et legittimas decimas venerabilis in Christo patris domini Ladizlai dei et apostolica gracia episcopi Zagrabiensis vbique in tenutis vestris eidem domino episcopo prouenientes decimatoribus eiusdem domini episcopi, presencium exhibitoribus coram discreto viro magistro Anthonio preposito sancti Laurencii martiris de Hay, capellano nostro fideli et speciali homine nostro de aula nostra ad hoc transmisso exsoluere per omnes homines qui ipsis decimis tenentur faciatis more consueto plene et integre, dilacione et occasione non obstante; hoc idem iniungimus vices uestras gerentibus et officialibus uestris quibus presentes ostendentur dantes eis firmissimis in preceptis. Datum in Zolyo, die dominico proximo post festum sancti Bartholomei apostoli, anno domini MCCCXL°.

Iz kodeksa: Liber priuileg. episc. Zagr. tist. 18.
Kodeks u arkivu xadbisk. u Zagrebu: I. B. IX. 167.

402.

1340, 27. augusta. U Zvoljnu.

Karlo kralj ugarski i hrvaiski~nalaže, da podanici Mikića bana i njegovih sinova ptate desehnu biskupu zagrebaikom.

Karolus dei gracia rex Vngarie fidelibus suis magnifico viro Mykch bano tocius Sclauonie, Stephano et Akus filiis eiusdem salutem et graciam. Fidelitatem vestram requirimus diligenter et nichilominus damus in preceptis, quatenus visis presentibus vniuersas iustas decimas venerabilis in Christo patris domini Ladizlai dei et apostolica gracia episcopi Zagrabiensis vbique in tenutis vestris eidem prouenientes decimatoribus, eiusdem domini episcopi, presencium exhibitoribus coram discret6 viro magistro Anthonio preposito ecclesie sancti Laurencii de Hay, capellano nostro fideli et speciali homine nostro de aula nostra ad hoc transmisso

exsoluere faciatis plene et integre, dilacione et occasione non obstante more consueto; hoc idem iniungimus vices uestras gerentibus et officiaiibus vestris quibus presentes ostendentur: Datum in Zolyo, die dominico proximo post festum sancti Bartholomei apostoli, anno domini MCCCXLmo.

h kodeksa: Liber priuileg. episc. Zagrab. list. 18.
Kodeks u arkivu nadbiskupije u Zagrebu: I. B. IX. 167.

403.

1340. 27 augusta. U Zvoljiiu.

*Karlo kralj ugarski **i** hrvatski nalaie svima podamcima crkve zagrebačke, da plate desetinu biskupu zagrebačkomu.*

Karolus dei gracia rex Vngarie fidelibus suis vniuersis nobilibus et possessionatis ac aliis quibuslibet hominibus seu populis sub tutellis decimacionum venerabilis in Christo patris domini Ladizlai episcopi Zagrabiensis constitutis quibus presentes ostendentur salutem et graciam. Fidelitati vestre firmiter et districte regio edicto precipiendo damus in mandatis, quatenus statim receptis presentibus vniuersas iustas et legittimas decimas eiusdem domini Ladizlai episcopi Zagrabiensis ex parte uestra et iobagionum vestrorum prouenientes decimatoribus eiusdem domini episcopi, presencium exhibitoribus coram discreto viro magistro Anthonio preposito ecclesie sancti Laurencii de Hay, capellano nostro fideli et speciali homine nostro de aula nostra ad hoc transmisso exsoluere debeatis et per vestros iobagiones exsolui faciatis plene et integre, dilacione et occasione non obstante more consueto, aliuid sicut nostram graciam offendere formidatis facere non presumpmatis. Datum in Zolyo, die dominico proximo post festum beati Bartholomei apostoli, anno domini MCCOXL».

Iz kodeksa: Liber privileg. episc. Zagr. list. 18.
Kodeks u arkivu nadbiskupije u Zagrebu: I. B. IX. 167.

404.

1349, 3. septembra. U Zadru.

Radman sin Ma.rkov prodaje bratovstini crkve sv. Sofije jedan vinograd.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo, indictione octaua, die tercio mensis septembris, Jadre. Tempore domini Bartholomei Gradonici incliti ducis Venecie, et venerabilis patris domini Nicolay de Mataffaris decretorum doctoris, Jadrensis archiepiscopi, ac domini Justiniani Justiniano egregii comitis. Radmanus filius condam Marci, villanus heredum olim Grisogoni Cauatti, habitans ad Cerno, dedit, vendidit et traditit iure proprio im(!) perpetuum Jursce filio condam Brathoslaui, et Jursce filio condam Vucascini, villanis monasterii sancte Marie monialium de Jadra, habitantibus ad sanctam Sophiam, tamquam castaldis et diganis(f) fraternitatis ecclesie sancte Sophie, recipienti et ementi pro predicta fraternitate dicte ecclesie sancte Sophie totam unam vineam suam unius gognai, positam ibidem ad sanctam Sophiam super terram monasterii sancte Marie monialium de Jadra, cum consensu et uoluntate sororum Pelegrine, Chotte et Agnese, vicariarum predicti monasterii sancte Marie, que vinea reddit decimum omnium usufructuum anuatim pro terratico ibi in dicta villa sancte Sophie; cui de austro est vinea Stoisce, de quirina est vinea Jurgii Marconichi, de borea est vinea Jurgii Poletcichi et de trauersa est vinea Crisani, qui omnes confines sunt super terra dicti monasterii sancte Marie, ad habendum, tenendum et possidendum et quicquid predicte fraternitati et suis successoribus deinceps placuerit perpetuo faciendum, cum omnibus et singulis, que infra predictos continentur confines uel alios, si qui forent, cum accessibus et egressibus suis usque in uias publicas, et cum omnibus aliis suis pertinenciis, que pertinent uel pertinere possunt dicte vinee, pro precio librarum tresdecim(f) denariorum paruorum, quod precium dictus Radmanus fuit confessus et contentus se ab ipsis Jursca et Jursca, castaldis siue diganis habuisse et recepisse nomine dicte fraternitatis ac sibi integre datum, solutum et numeratum esse, excepcioni sibi non dati et non soluti precii et non numerati et omni alii legis et statuti auxilio omnino renuntians, promittens dictus Radmanus per se et suos heredes et successores predicte fraternitati et successoribus eius litem uel controuersiam aut questionem ei ullo tempore non inferre' nec inferrenti consentire, set predictam vineam, ut dictum est, ab omni persona et universitate legitime deffendere, excalumpniare, auctoricare et

disbrigare et predictam vendicionem et omnia et singula suprascripta perpetuo firma et rata habere et tenere et non contrafacere uel uenire per se uel per alium aliqua ratione, causa uel ingenio, de iure uel de facto sub pena quarti extimationis dicte vinee, habita ratione melioracionis, qua pro tempore fuerit, stipulatione promissa et pena soluta uel non, omnia et singula suprascripta firma perdurent. Item refficere et restituere dicte fraternitati omnia et singula dapna(!) et expensas ac interesse litis et extra, factis(!) occasione predictorum pro quibus omnibus et singulis firmiter obseruandis obligauit eidem fraternitati omnia sua bona presentia et futura, saluo semper omni iure dicti monasterii sancte Marie, ut superius dictum est. Actum est hoc et firmatum .coram hiis uccatis et rogatis testibus, scilicet Clemenento (!) Nicolay de Clemento et Jurgio sartore filio condam Radoslaui Jadrensis, et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Nicolaus Thomassi de Cucilla iudex examinator manum misi.

Ego Marcus condam Duymi notarii, iuratus Jadrensis notarius hiis interfui rogatus, scripsi, roboraui et signo consueto signaui.

(Signum noi.)

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru.

405.

1340, 9. septembra. U Križevcima.

Stje-pan iupan križevački dosudjaje Miki sinu Matinom dio imanja Poljane.

Nos magister Stephanus filius Pauli bani comes Crisiensis, et Demetrius filius Iwan comes terrestris Crisiensis memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod cum anno dominice incarnacionis M°CCC°XLmo. Lućasius fihus Martini quandam mulierem, scilicet vxorem Lade iobagionis comitis Myke filii Matheus vsque ad effusionem sanguinis vulnerasset et enormiter verberasset et tunicam eiusdem Lade nec non tres porcos alterius iobagionis sui nomine Petk propria sua potencia abstulisset, et dum idem comes Myke ad nostram accedendo presenciam premissa illata nobis querulose significare curasset et ad videndum fetj resciendum hominem nostrum diligenti supplicacione dirigere postulasset, nosque supplicacionibus eiusdem fore admissioni considerantes Stephanum filium Martini hominem nostrum ad premissa exequenda duxissemus transmittendum, idemque homo

noster prenotatus sabbato proximo post festum natiuitatis virginis gloriose ad nos redeundo nobis retulit, vt ab omnibus quibusl[ibe]t premissa illata per predictum Lucasium super anotatum comitem Myke irrogata resciuisset. Quo audito idem Lucasius personaliter exsurgendo coram nobis et nobilibus regni nobiscum pro tribunali assedentibus respondit ex aduerso assumpmendo et obligando se vsque ad vindictam capiti(!) sui sentenciam amissionem possessionum et bonorum suorum, vt non vxorem iobagionis comitis Myke, ymo suam amaseam propriam vulnerasset et verberasset, neque tunicam Lade et tres porcos Petk prenotati potencialiter recepisset. Idem comes Myke simul et equali condicione se obligando assumpsit vice secundaria, homines nostros idoneos ad premissa rescienda et requirenda dirigere postulauit. Cumque nos matura deliberacione cum nobilibus regni prehabita, ne in reddenda iusticia festini videamur, ob maiorem iusticie lucidiorem euidenciam Lucasium filium Symonis, Vrbanus filium Ivan, Fabianum filium Sauli et Paulum filium Gergii nobiles iobagiones castri, homines nostros ad inquirendum et diligenter resciendum duxissemus transmittendos, idemque(!) homines nostri demum ad nos redeundo nobis concorditer retulerunt» quod ipsi a nobilibus et aliis quibuslfibet] hominibus diligenti inquisicione facta resciuissent, vt dictus Lucasius non suam amaseam, ymo vxorem iobagionis comitis Myke vulnerasset et verberasset et tunicam prefati Ladfe] nec non tres porcos Petk propria sua potencia abstulisset, et tribus diebus dictos porcos conseruasset et post hec ipsos remisisset, dictarn vero tunicam in presencia Demetrii comitis terrestris restituisset, tandem nos sabbato proximo post festum beati Mathie apostoli et ewangeliste vnacum nobilibus regni Johanne filio Johannis, Jacobo filio Jacuo[1] Nicolao filio Petri, magistro Paulo notario nostro et aliis quampluribus nobiscum pro tribunali sedentibus, quia premisse partes amissis possessionibus et bonis ipsorum vsque ad capitalfis] sentencie vindictam se obligarant, auditis assercionibus dictorum hominum nostrorum, adiudicantes decreuimus ipsum Lucasium amissis possessionibus et bonis suis in duabus partibus nobis in tercia vero parte aduersario suo contra comitem Myke filium Matheus in facto potenciali plenaliter fore conuictum et remansisse. Quam quidem terciam partem possessionis dicti Lucasii Polana vocate vera atque iusta mensura diuidendo et mensurando eodem(!) comiti Myke filio Matheus et suis heredibus heredumque suorum posteritatibus sub metis infrascriptis simul **cum** decem iugeribus terre circa Dubowch adiacenti statuimus auctoritate nostra iudiciaria perpetuo possidere et habere confirmamus[2]. Cuius quidem tercie partis possessionis

[1] Valjda metateza pogrješna mjesto: Jaćou.

[2] Ta formula je neobična, nu .valja to odbiti poglavito na prepisivača.

prima meta incipit a parte occidentis in antiquo ponte et vadit ad alium pontem et vadit per magnam viam directe versus orientem et peruenit ad magnam viam et ibi salit viam et vadit directe ad fluuium Pollanni(!) et per eundem fluuium infra eundo versus meridiem coniungatur terre comitis Myke antedicti. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras priuilegiales pendenti(l) sigilli nostri munimine roboratas. Datum in Crisio, in termino et anno prenotatis.

Iz polvrde bana Mikića od 22. oktobra 1.340. prepisane ponovno po kaptolu zagrebačkom 26. marta 1358.

Original potonjeg prijepisa u kr. tigar. državnom arkivu u Budimpešti: M. 0. D. L. no. 35.864.

406.

1340, 25. septembra. U Križevcima.

Pred Stjepanom sinom bana Pavla, županom križevačkim, prodaju Bedeu i Ivan itd. neku zemlj'u Kemin zvanu u Kamarći Nikoli i Lukaču sinovima Petra de Kamarča za 30 maraka.

Nos magister Stephanus filius Pauli bani comes Crisiensis memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersus, quod anno domini MCCCmoXLmo, feria secunda proxima ante festum beati Michaelis archangeli, Bedeu et Johannes fili(l) Petus filii Prelse ac Nicolaus filius eiusdem Bedeu ad nostram personaliter accedentes presenciam vnam terram eorum Kernyn vocatam in Kamarcha existentem, quam Adrianus frater predicti Prelse de Ylia filia(l) Zechnek de eodem(!) Kamarcha olim tempore Stephani bani tocius Sclauonie secundum formam et tenorem priuilegii sui conparasset et per eundem Adrianum eisdem dignosscitur reliquisse, prenominatam terram ipsorum cum omnibus suis vtilitatibus et pertinenciis sub metis et terminis in eodem priuilegio predicti Stephani bani continentys (!) et iuxta tenorem confirmacionis priuilegii honorabilis capituli Zagrabiensis ecclesie Nicolao et Luchachio filiis Petus de eodem Kamarcba ex consensu vicinorum et commetaneorum suorum specialiterque per predictos Nicolaum et Luchasium(!) Valentino filio Pauli, Myke et Stephani filis (!) Gregori lis et discordia suscitari nitebantur, ut iuxta conposicionem proboram virorum ad plene pacis vnionem deuenerunt et lis inter ipsos sopiret et anichilare videretur, per eosdem adductis probis vnanimiter et pari voluntate prebuerunt huic vendicioni consensum et assensum, dixerunt et confessi

sunt eisdem Nicolao et Luchasio XX marcis denariorum bonorum banalium plene ab eisdem receptis vendidisse, dedisse, donasse et contulisse et per eosdem Nicolaum et Luchasium suis heredibus heredumque suorum successoribus iure perpetuo possidendam, tenendam irreuocabiliter et habendam nullo contradictore ibi existente. In cuius rey memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras nostras priuilegiales eisdem Nicolao et Luchasio pendenti sigillo nostro munimine roboratas. Datum in Crisio, anno eiusdem domini prenotato et die prefixo ac memorato.

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1340.

Na listmi visi svilena vrvca crvene i žute boje; pečat je otpao.

407.

1340,* 28. septembra. U Mljetcima.

Dužd mletački javlja vijeću trogirskom, da Spjećlani ne imaju nikakva prava na pašnjake u Bosiljini.

Franciscus Dandulo dux Venetiarum etc. Philippo de Molino de suo mandato comiti Traguriensi, ac prudentibus viris iudicibus et communi dicte terre fidelibus etc. Dudum ut scitis inter vos ex una parte «t commune et homines Spalati fideles noštros ex altera pro facto pasculorum de Bossiglina in curia nostra ducali questio extitit ventilata, quam cum iuribus et scripturis partium audivimus sepe, et diligenter examinavimus per nos, sapientes nostros, ut quod iustum fore diffinire possemus, fmaliter autem cum nostris consiliis minori, rogatorum et 40 habito consilio diligenti questionem ipsam duximus sententialiter terminandam, diffinientes et sententiantes, commune et homines Spaleti nullum ius habere in pasculis antedictis, ac eis silentium perpetuum imponentes, et sic mandamus et volumus a partibus observari. Verum quia pro ceteris affectamus, quod inter fideles nostros servetur dilectionis integritas, et favoribus mutuis sibi complaceant; ad quod dare semper intendimus operam cum effectu, prudentiam et fidelitatem vestram requirimus et rogamus nihilominus precipiendo mandantes, quatenus sicut desideratis nostram gratiam obtinere procuretis et studeatis cum communi et hominibus Spalati sic dulciter et favorabiliter vos habere, eis•que sicut convenit amicabiliter et plenarie complacere, quod inter vos •et eos bone voluntatis consvetus affectus, et se possint collaudare de

* Spada u godinu 1339.

vobis, de quo nobis et communi nostro complacebitis multum, et ad vestra commoda uos et commune nostrum invenietis propensius liberales, prout oretenus diximus ambaxiatoribus et siadicis vestris in presentia nostra constitutis, et sic speramus per nos adimpleri fideliter. Datum die 28. septembris, 8. indictione.

Lucius Memorie di Jrau. 219.—220.

408.

1340, 4. oktobra. U Zadru.

Radoslav Bihnich iz Bribira, platenik zadarski, obvezuje se Bartolu de Grisogonis, da će platih 54 libre za kupljena konja.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragessimo, indictione nona, die quarto mensis octobris, Jadre. Tempore domini Bartholomei Gradonico incliti ducis Venecie, et venerabilis patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, ac domini Justiniani Justiniano . honorabilis comitis. Radoslauus condam Bilinich de Berberio stipendiarius comunis Jadre in Semelnico per se et suos heredes et sucessores(l) sine aliqua excepcione iuris uel facti se obligando' promisit Francischo condam Bartholomei de Grisogonis ciui Jadre pro se et suis heredibus et sucessoribus stipulanti, dare soluere, et numerare sibi uel suis heredibus aut sucessoribus uel alii pro eo suo iussu cui idem creditor uoluerit uel mandauerit in ciuitate Jadre ad omnem ipsius creditoris uoluntatem et requisicionem quinquaginta quatuor libras denariorum uenetorum paruorum in bona usuali et legali mon eta; quos denarios confessus fuit et contentus eidem dare debere pro uno equo pili(!) bay(!), que(!) precio totius predicte quantitatis ab eo habuit, recepit et emit. Quod si dictos denarios eidem in dictis loco et termino non dederit et non soluerit, ut dictum est, promisit eidem persoluere atque dare quartum plus predicte quantitatis' nomine pene stipulatione promissa et refectione dampnorum et expensarum litis et extra, obligando pro hiis omnibus et singulis obseruandis omnia sua bona presentia et fuctura(!). Volens insuper dictus Radoslauus pro predictis omnibus et singulis posse a dicto Francischo uel eius procuratore in Ancona, Obrouec et alibi ubicumque terrarum et fori et sub quocumque iudice inueniretur realiter et personaliter capi, conueniri, compelli, cogi, detineri et astringi efficaciter ad soluendum. Actum est hoc et firmatum presentibus Gerardino condam Marini Gerardi ciue Jadre et

Costa filio Demetrii, habitatoribus Jadre, testibus ad hec uocatis et rogatis et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Nicolaus Thomassi de Cucilla iudex examinator manum misi.

(Signum not.)

Ego Jacobus condam Bonacursi de Forliuio imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus predictis omnibus presens fui, rogatus scripsi et publicaui et signum meum aposui.

Original u ark. samostana sv. Marije u Zadru. a. 1340.

409.

1340* 5. oktobra. U Mljetcima.

Duid inljetački javlja vijeću trogirskom, da samo ono ima pravo na pašnjake u Bosiljim.

Franciscus etc. Questionem, que vertebatur inter vos et Spalatinos pro facto pascuorum de Bossiglina districtus Traguriensis, quo(!) quibus utraque partium ad nos suos ambaxiatores et sindicos et iura transmisit, cum nostris consiliis minore, rogatorum et 40 sic duximus terminandam videlicet, quod quia auditis pluries, visis et diligenter examinatis scrip turis, sententiis, privilegiis, instrumentis, testificationibus et aliis iuribus quibuscumque que partes predicte, seu earum sindici et ambaxiatores super dicta questione pascuorum de Bossiglina producere voluerunt, petentibus et instantibus ipsis Spallatinis, tam pro communi et hominibus civitatis Spalatensis, et cum eorum capituli et archiepiscopi privilegiis et iuribus, ac intellectis plenarie allegationibus, responsionibus, oppositionibus et defensionibus ac generaliter omnibus hiis, que partes superinde proponere voluerunt, cognovim[us] usque, quod ipsi Spallatini nullum ius habent in facto pascui antedicti, sed potius Tragurinis spectat ius, et possessio pascui antedicti iure plenissimo. Spallatinis predictis de facto dicti pascui perpetuum silentium imponatur, et quod possessio et ius pascui antedicti Tragurinis, ut suum relinquatur libere et pacifice possidendum. Qam nostram terminationem comiti, iudicibus et communi Spalatensi scribimus seriatim mandantes, ut ipsam observari facientes, et effectualiter observantes pascuum de Bossigliana predictum vobis et vestris civibus de Tragurio relinquant libere et pacifice possidendum. Datum in nostro ducali palatio, die б. octobris, indictione 8., 133f).

Lucius Memorie di Trau 220.

* Spada u godinu 1339.

410.

1340, 21. oktobra. D Koprivniei.

Ban Mikić fotvrdjuje odsudu iufana križevačkog od 9. septembra 1340. o imanju Poljane.

Nos Mykch tocius Sclauonie banus memorie commendantes significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod cum anno dominice incarnacionis M°CCC° quadragesimo Lucasius filius Martini ad nostram personaliter accedendo presenciam nobis et regni nobilibus sub forma querele significare curasset eo modo, quod cum Myke filius Matheus ipsum in presencia magistri St[ephani] comitis nostri Crisiensis in causam attraxisset et ipsa causa ad vlteriores terminos fuisset legittime protelata, demum ad vltimum, sabbato proximo post festum beati Mathie apostoli et ewangeliste idem magister Stfephanus] comes noster vsque ad uindictam capitis sui sentenciam et amissionem possessionum et bonorum suorum, ipse[1] Lucasius, ut asserebat[1], propter voluntatem ipsius Myke ipsum in publico facto potencie conuicisset, tandem nos volentes quemlibet in eorum iuribus conseruare prout nostro banatus incumbit officio, et propter supplicacionem querulosam ipsius Lucasii eidem Myke in nostri et regni nobilibus(!) presenciam legittime fecimus euocari, eisdemque litteraiia instrumenta eiusdem comitis nostri, quibus mediantibus eundem Lucasium in publico facto potencie fore conuicisset, committendo in nostri et regni nobilibus presenciam exhibere. Qui quidem Myke iuxta legittimam euocacionem nostram feria quinta proxima, tredecimo die termini predicti in nostram et regni nobilibus presenciam iuris ordine requirente comparuit, vt debebat coram nobis, et dicta litteralia instrumenta prefati magistri Stephani comitis nostri presente Lucasio filio Martini suo aduersario nobis et regni nobilibus exhibuit. In quibus instrumentis hunc tenorem vidimus continentem: *(Slijedi listina župana križ. Stjepana od 9. septembra g. 1340.).* Nos itaque dicta litteralia instrumenta dicti comitis nostri et comitis terestris legittime emanatas acceptando perlegentes et eandem possessionem Polana vocatam iuxta adiudicacionem dicti comitis nostri et regni nobilibus tunc in sede iudiciaria pro tribunali consedentibus, modo quo supra eidem Myke remittere et resignare ac iure perhemnali(l) contulere(l) volentes, qui quidem Lucasius dictam adiudicacionem comitis nostri et nobilibus regni pro bono acceptare nolebat, ymo magis nos instanter diligenter postulabat,

[1] Pogrešan slijed riječi.

vt nos tam magnam causam vice secundaria cum duodecim iuratis in egno Sclauonie existentibus dignaremur iudicare; ideo nos dictos duodecim iuratos cum aliis nobilibus regni legittima euocacione propter tam magne cause arduitatem in Kaproncham, scilicet feria quinta proxima post festum beati Luce ewangeliste legittime conuocassemus ad diffiniendam causam predictam; quo termino adueniente eedem partes coram nobis comparierunt, vt debebant. Qui quidem Myke filius Mathey clara sua instrumenta exhibuit coram nobis hunc superiorem seriem continentem (!); insuper adhuc nos dictos duodecim iuratos ad fidem et fidelitatem sacre corone et in ligno sancte crucis deputatos diligenter inquisissemus, vt ipsi tocius cause processus nobis oretenus recitarent. Qui quidem duodecim iurati ipsi inter se industriose pertractando et ad nos redeuntes nobis voce consona retulerunt tali modo, vt ipsi ab omnibus quibus decuit et licuit palam et oculte diligenter inuestigando de premissis hanc sciuissent veritatem, quod idem Lucasiuš filius Martini maKgno inflatus spiritu et ex precogitata malicia sui cordis et ante ordinata ins idia puplicum(!) factum potencie ipsi Myk(!) irrogasset seu fecisset. Igitur, ne facultas venie in sentiuum tribuat delinquendi et malum malo [cum]muletur, ne eius exemplo cetery(!) similia faciant vel peiora, eundem Lucasium filium Martini in vindicta capiti(!) sui sentenciam et amissionem possessionum et bonorum suorum tamquam iuri rebellem et publicum potenciarium fore conuictum et remansurum dimisimus contra Myke anotatum, eandemque possessionem suam Polana vocatam in duabus partibus nobis, in tercia vero suo aduersario fecimus applicari; terciam vero partem possessionis sue ipsi Myke filio Matheus et suis heredibus heredumque suorum posteritatibus modo quo supra prout continetur in litteris comitis nostri Crisiensis statuimus et assignauimus iure perpetuo possidendam, tenendam pariter et habendam, duas vero partes ipsius possessionis iuxta adiudicacionem nobilium nobis iuridice deuolutas(l); eundem Lucasium sepe sepius diligenti amonicione monuimus, vt duas partes possessionis a nostris manibus redimeret; qui quidem Lucasius spiritu rebellionis per nos quam sepius monitus a nostris manibus redimere non curauit et neglexit. Pro eo nolentes nos simplicitcr nostra iudicia pertransire, dictas duas partes possessionis cum earum vtilitatibus vniuersis quouis nomine vocitatis eo iure et tyculo ac condicione quo sibi dinoscitur pertinere, ipsi Myke filio Matheus et suis heredibus heredumque suorum successoribus pro viginti et ssptem marcis denariorum vendidimus, tradidimus et assignauimus iure perpetuo possidendas, tenendas pariter et habendas. In cuius rei testimonium presentes concessimus lltteras nostras priuilegiales pendenti sigilli nostri munimine roboratas. Datum

in Kaproncha, quarto die festi predicti beati Luce Ewangeliste, anno domini supradicto.

Iz originalnog prijepisa kapiola zagrebačkoga 26. marta 1358. u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. 0. D. L. uo. 35.864.; bivša zblrka Kukidjevićeva.

411.

1340, 22. oktobra. U Zadru.

Prefša seljak Jakova Fan/ogne u Polisanima obvezuje se platiti istomu 80 libara.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo, indicione nona, die uigesimo secundo mensis octobris, Jadre. Tempore domini Bartholomei Gradonici incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gratia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Justiniani Justiniano egregii comitis. Confiteor ego Prefsa condam Radou uillanus tui Jacobi de Faffoneis ciuis Jadre in Pollissane, me remansisse ad dandum tibi predicto Jacobo libras octoginta denariorum paruorum facta ratione tecum et computatis omnibus in quibus tibi tenebar et teneri poteram quoquo modo et ex quacUmque de causa usque in presentem diem. Quam monetam ego predictus Prefsa per me meosque heredes et successores me obligo et promitto dare et soluere tibi dicto Jacobo tuisque heredibus et successoribus hic in Jadra et in omni alio loco in quo me requisiueris seu duxeris requiurendum, ad omnem tuam peticionem et requisicionem, sub pena quarti et omnium expensarum litis et extra super me et bonis meis omnibus. Et nos Stephanus condam Radochne uillanus Nicolai Cherchani in Pollissane, Scepuran condam Jurgii uillanus tui dicti Jacobi ibidem, Mladinus frater dicti Scepurani uillanus tui dicti Jacobi ibidem, Duorcho frater dicii. Prefsce(F) et ego Dragoslauus filius predicti Prefsce de uoluntate ipsius Prefsce patris mei mihi ad omnia in hoc instrumento contenta expresse consencientis constituimus nos fideiussores et principales debitores et solutores tibi dicto Jacobo pro dicto Prefsa de omnibus et singulis predictis super nos in bonis et bonis nostris omnibus. Volentes ego dictus Prefsa principalis et nos dicti Stephanus, Scepuran, Mladinus et Durcho(!) et Dragoslauus fideiussores, quod tu dictus Jacobus possis te tenere de omnibus et singulis predictis ad nos et ad nostrum quoslibet et quemlibet insolidum sicut et quociens

volueris reiterando et super bonis quorumlibet et cuiuslibet nostrum ubique locorum, et specialiter in Ancona et in Hobrouac; et pena soluta uel non, presens tamen instrumentum pro modo predicto firmum sit. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Marco condam Marini Girardi et Creste condam Francisci de Lemessis, ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis.)

Ego Nicolaus Thomassi de Cucjlla iudex exammator manum misi.

(Signum not.J.

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo meo et nomine roboraui.

Original u arkivu grofova Begna u Posedarju. P. no. 84.

412.

1340, 24. oktobra. U Zadru.

Andrija Grubonja obvezuje se, da će vratiti kupljenu zemlju Dobri udovi Stjepana iz Nina, kad god mu ona isplati 50 libara.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo, indicione nona, die uigesimo quarto mensis octobris, Jadre. Tempore domini Bartholomei Gradonico incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gracia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Justiniani Justiniano egregii comitis. Cum uos Dobra relicta Georgii de Nona et Stephanus filius condam dicti Georgii et tui dicte Dobre de tui uoluntate uendideritis mihi Andree condam Guidi de Grubogna ciuj Jadre totam terram uestram positam ad sanctam Sophiam cum omnibus suis pertinenciis et iuribus, que est in tribus peciis pro precio librarum denariorum pa'-uorum quinquaginta, quas a me recepistis, sicut de predictis plenius continetur publico instrumento, scripto die predicto per notarium infrascriptum. Ego predictus Andreas per me meosque heredes et successores me obligo et promitto super me et bonis meis omnibus d.ictam terram totam uobis predictis Dobre et Stephano uestrisque hedibus et successoribus restituere et dictum instrumentum uendicionis dare uobis incisum et cancellatum omni tempore, quandocumque uos dicti Dobra et Stephanus per uos uel heredes aut successores uestros dederitis mihi dicto Andree uel heredibus aut successoribus meis libras

quinquaginta denariorum paruorum, omni excepcione remota nulloque quidem pretermisso obstante. Actum est hoc et firmatum corram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Creste condam Grisogoni de Grubogna et magistro Martino pictore filio condam magistri Benedicti pictoris, ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Coillus Butouani iudex examinator examinaui.

(Signum not.)

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo meo et nomine roboraui.

Original na pergam. u ark. samostana sv. Marije u Zadru a. 1340.

413.

1340, 30. oktobra. U Vinici.

Ivan sin Osla župan varazdinski stavlja Ivana Benkova u posjed Plesa, Jesenj'a i Javorja, koje je posj'ede isti .izgubio za burnih vremena.

Nos magister Johannes filius Osl comes Warosdiensis memorie commendamus significamus vniuersis quibus expedit presencium per tenorem. Perhempniter stabilitur memoria labilis hominum per ea, que signantur apicibus scripturarum, proinde ad uniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod quia sessiones Pleze, Jauerie et Jezeneu vocate in predicto comitatu Warosdiensi existentes, Iwan filius Benk prout ex veridica relacione nobilium dicti comitatus plenius fuimus informati, sessiones hereditarie extiterunt et a multis inpacatis retroactis temporibus ab ipso Iwan fuerunt alienate, nos benigna et salubri premeditacione prehabita, tam diuine pietatis intuitu, quam eciam eo respectu, ut omnibus nobilibus predicti comitatus Warosdiensis iusti fore videremur, prefatum Iwan filium Benk in numerum nobilium fauorabiliter duximus recipicndum, annotatas sessiones Pleze, Jauerie et Jezeneu omni eo iure, titulo, quo ad ipsum prius pertinebant hereditarie sibi restituentes, et commirimus pacifice possidendas, tenendas et habendas sicut nostre pertinet collacioni, cum omnibus vtilitatibus et pertinenciis vniuersis, volentes igitur, ut ipse prefatus Iwan et sui iobagiones in pre dictis possessionibus commorantes per quospiam castellanos vel officiales nostros nunc et pro tempore constitutos amodo aliqualiter [non] possint

molestari. In cuius rei memoriam presentes litteras nostras sibi duximus concedendas maiorem ad cautelam. Datum in Vinnicha, secunda feria proxima ante festum omnium sanctorum, anno domini M° trecentesimo quadragesimo.

Iz originalnog prijepisa zagrebačkog kaptola od 9. marta 1399., na pergam. u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. 0. D. L. no. 34.037. — Stara sign. N. R. A. fasc. 1599. no. 29.

414.

1340, 15. novembra. U Velikoj Lokvi.

Mikić ban potvrdj'uj'e povlasti Zeline.

Nos Mykch banus tocius Sclauonie memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod discretus vir Iwan plebanus ecclesie beati Johannis Baptiste de Moroucha, ad nostram personaliter accedens presenciam exhibuit nobis quasdam patentes literas nostras super libertatibus populorum et hospitum domini nostri regis in foro Zelina in Moroucha existencium confectas, petens nos in persona eorundem hospitum humiliter et deuote, ut easdem literas nostras patentes in formam priuilegii nostri redigi faceremus. Quarum tenor talis est: *(Slijedi listina od 16. oktobra 1328.)* Nos igitur peticionibus eiusdem Iwan plebani iustis et legitimis volfentes satisfacere, pre]scriptas literas nostras patentes super libertatem ipsorum . . . . confectas de verbo, ad verbum presentibus inseri et in formam priuilegii nostri redigi fecimus et penitus legali nostri munimine roborari. Datum in Magnalak quarta feria proxima post festum beati Martini confessoris, anno domint millesimo trecentesimo quatragesimo.

Iz prijepisa kaptola varaždinskoga od g. 1408. u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu.

415.

1340, 16. novembra. (U Srijemu).

Kafitol sv. Irineja daje na znanje, da je Pavao sin Lovrinca zvanog Thuz Pakrački fioklonto гmanje DmiSkovinu u županiji kriievačkoj, zalim imanja sv. Duh, Marinovac itd. svojoj kćeri Ani ženi Petra zvanog Kastelan.

Vniuersis Hristi fidelibus presentem paginam intuentibus capitulum ecclesie sancti Iriney martiris salutem in salutis largitore. Vt donacionibus nobilium rite racionabiliterque et presertim propter aliquam pietatem dispositis ac ordinatis prodiga pacis emula calumpniosis suis conatibus consuetis in futurum minime queat nouercari, ad cautelam litterarum patrocinio solent confirmari, ne titubent seu vacillent. Proinde ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie uolumus peruenire, quod magister Paulus filius Laurencii dicti Thuz de Pukur ab vna parte, ex altera vero magister Petrus dictus Castellan gener eiusdem magistri Pauli coram nobis personaliter constituti, idem magister Paulus oraculo viue vocis est confessus coram nobis, quod tempore quandam possessionem suam hereditariam Demechkfeulde nominatam in comitatu Crisyensi prope Thopolcha existentem iuxta cursum circumiacencium metarum suarum, prout idem magister Paulus habuisset et possedisset, cum omnibus iuribus et vtilitatibus suis, scilicet terris cultis et incultis, arabilibus, fimatis, vineis, siluis, fenetis, pratis, aquis, molendinis et nemoribus ac quibuslibet pertinenciis suis vniuersis, item et aliam quandam in predicto comitatu Crisyensi in metis Pukur sitam, videlicet villam Sancti Spiritus cum quatuor villis subsequentibus, scilicet Marinoulch, Lukateleky, Kaporteleky et Carinolch vocitatis similiter cum omnibus vtilitatibus et pertinenciis earundem vniuersis domine Anne filie sue, consorti videlicet predicti magistri Petri Castellan dicti et per eam suis herediqus heredumque suorum successoribus iure perpetuo et irreuocabiliter possidendas,. tenendas, pariter et habendas ob fauorem filialem dedisset, donasset, contulisset et assignasset, ymo dedit, donauit, contulit et assignauit coram nobis nullo contradictore existente; ea tamen forma condicionis mediante, quod si ipsam dominam Annam filiam suam sine herede decedere aut in posteritatibus deficere contingeret, quod absit, extunc predicte possessiones, vt est premissum, per ipsum magistrum Paulum dicte domine Anne filie sue date, donate et collate iterato ad manus et ius ac iurisdiccionem eiusdem magistri Pauli et suorum successorum, vnde quidem eedem exierant et egressum

habuerant penitus et omnino deuoluantur ac reuolui debeant verisimiliter perhempnaliter possidende. In cuius donacionis memoriam firmitatemque perpetuam presentes nostras litteras priuilegiales eidem domine Anne et suis posteris duximus concedendas pendentis sigilli nostri munimine roboratas et per medium alphabeti intercitas. Daturn feria quinta proxfma ante octauas festi beati Martini confessoris, anno domini MCCC^{0} quadragesimo, discretis viris Dominico preposito, Demetrio cantore, Mathe custode, Michaele de Polya kathedrali et altero Michaele de Belen, Alberto de Obona ac Petro de Pazzauia archidiaconis, ceterisque canonicis in ecclesia dei iugiter deo famulantibus et deuote.

Iz originalnog prijepisa kaptola zagrebačkog od 29. augusta 1367.
Potonji frijepis tt, arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1340.

416.

1340, 4. deeembra. U Ivaniću.

Ladislav biskup zagrebački propisuje, da oni kmetovi biskupijski koji se presele na zemljište drugoga gospodara, gube vinograde u biskupijskom teritoriju.

Ladizlaus dei et apostolice sedis gracia Zagrabiensis episcopus, uniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis, salutem in domino sempiternam. Ordo recte consideracionis exposcit et pastorale officium postulat et requirit, ut emendanda emendet, corrigenda corrigat, ac minus bene disposita utilius disponendo in statum debitum reformet, et bene acta in suo robore manere permittat et conservet. Cum igitur quidam ex colonis seu populis in terra nostra et nostre ecclesie ac fratrum nostrorum, capituli ecclesie nostre Zagrabiensis, existentes in eisdem terris vineas habentes, quandam abusivam consvetudinem eorum pretendentes, fuerint sepius attemptati et attemptent, ut dum de ipsis nostris et fratrum nostrorum predictorum tenutis ad tenuta aliorum se transferunt causa commorandi, volunt, ut vineas eorum predictas, extra tenuta nostra et fratrum nostrorum iamdictorum residendo, valerent possidere, quod nostro nostreque ecclesie ac fratrum nostrorum predictorum iuri non in modico derogaret. Quare volumus, ymmo firmiter statuimus observandum, quod nullus de colonis seu populis predictis, sic extra terminos tenutarum nostrarum seu ecclesie nostre ac fratrum nostrorum predictorum residendo, possit vel valeat aliquas vineas in

terris nostre ecclesie predictis constitutas possidere vel occupare quo<momodo, sed cum cicius aliquis(!) de ipsis tenutis nostre ecclesie recesserint ad tenuta aliorum, statim a iure et proprietate cadant vinearum eorum predictarum eo facto, et possessioni seu terre ipse vinee applicentur de qua iidem populi noscuntur recessisse; et si quas, modo predicto, forsan aliquis vel aliqui occupassent, ipsas tenore presencium revocamus, et dicte terre unde recesserunt applicamus. Quare vobis universis iudicibus, comitibus, castellanis nostris, nostrasque vices gerentibus, damus firmiter in mandatis, quatenus, si quas vineas modo predicto inveneritis occupatas, easdem terre nostre ecclesie, in quibus noscuntur esse constitute, applicetis, et in amplius nullas vineas sic occupare permittatis, sed ita modum in premissis observetis, sicut superius est expressum. In cuius rei memoriam sigillum nostrum duximus apponendum. Datum in Iwangh, in festo beate Barbare virginis, anno domini MCCC quadragesimo.

Lib. statut. capit. Zagrabien. part. I. cap. XXI
Kercselich Hist. eccl. Z.agrab. p. 125.
Fejer Cod. dipl. Hung. VIII. 6, 173.
Tkalčić Mon. episcop. Zagrab. II. 24.—25.
Tkalčić Mon. civ. Zagrab. I. 156.—157.

417.

1340, 5. deeembra U Zadru.

.Zanin sin Kose de Prode izjavljuje, da je primio 2 dukata od Franje Grisogona iz ostavšiine Maura de Grisogonis.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo, inditione(l) nona, die quinto mensis decembris Jadre. Tempore domini Bartholomei Gradonici incliti ducis Venecie, et venerabilis patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, ac domini Justiniani Justiniano honorabilis comitis. Caninus condam Cose de Prode ciuis Jadre confessus fuit et contentus se a Francisco condam Bartholomei de Grisogonis ciue Jadre habuisse et recepisse duos ducatos auri bonos legales et iusti ponderis, et hoc in ratione et pro parte solutionis de eo, quod sibi dare et soluere tenetur de negotio successionis bonorum hereditatis Mauri de Grisogonis olim patrui sui. Qua propter dictus Zaninus fecit dicto Francisco plenam et inreuocabillem securitatem, finem et pactum de ulterius

non petendo supradictos duos ducatos auri; nec non promittens dictus Zaninus per se et suos heredes et successores dicto Francisco pro se et .suis heredibus et successoribus stipulanti et recipienti litem, questionem aut controuersiam ei uel suis heredibus aut successoribus predicta occaxione(!) ullo tempore non inferre nec inferenti consentire, set predicta omnia et singula supra et infrascripta firma et rata habere, tenere et non contrafacere uel uenire per se uel alium aliqua ratione uel causa de iure uel de facto sub pena quarti stipulanti promissa et refectione dampnorum et expensarum litis et extra, obligando pro hiis omnibus •et sing ulis obseruandis omnia sua bona et pena soluta uel non, rata maneant omnia et singula suprascripta. Actum est hoc et firmatum presentibus Francischo condam Madii de Galcigna et Zanino condam Desse de Botadeo, ciuibus Jadre testibus ad hec uocatis et rogatis etaliis.

(Drugi rukopis).

Ego Michael Cerni de Betono iudex examinator examinaui.

(Sign, not.)

Ego Jacobus condam Bonacursi de Forliuio imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus predictis omnibus presens fui, et rogatus .scripsi et publicaui et signum meum aposui consuetum.

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru a. 1340.

418.

134:0, 21. decembra. U Cazmi.

Pred iazmanskim kaptolom daruje Ivan sin Nikole samostanu garitkom dvije zemlje.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod Johannes filius Nicolai filii Vgrini personaliter ad nostram accedens presenciam dixit et confessus est se quasdam duas particulas terre seu possessionis sue in districtu de Gressenche in vicinitate terre Heremitarum ecclesie beate virginis de Garig constitutam(I) contulisse et assignasse cum omnibus vtilitatibus et pertinenciis ipsarum particularum vniuersis eidem ecclesie beate virginis et ministris in eadem deo famulantibus pro salute in remedio anime et parentum -suorum sub metis infrascriptis iure perpetuo posidendas irreuocabiliter «t habendas, nichil iuris nichilque proprietatis sibi suisque heredibus in «isdem particulis terre et vtilitatum earundem penitus reseruando. Mete

autem ipsius vnius particule, prout easdem magister Mathias socius et concanonicus noster, quem ad instanciam eiusdem Nicolai filii Vgrini ad limitandas et distingendas transmiseramus, quas se dixit iuste et legitime absque contradiccione vicinorum reambulasse et distinxisse, secuntur(l) et sunt tales: Incipit prima meta in fluuio Gressenche et asscendit supra per ipsum fluuium et venit ad viam que vadit de foro Gressenche uersus Heremitas et. transiens viam asscendit supra per eundem fluuium Gressenche et venit ad .quoddam fossatum infra molendinum Ztoyan iobagionis eiusdem Johannis, per quod fossatum de fluuio Gressenche ducitur aqua ad molendinum Heremitarum et ibi exit in dumo auellanarum in meta terrea et asscendit sapra retro arborem piri et venit ad magnam viam, per quam viam vadit ad montem per signa et metas, sicut in prioribus Ktteris nostris plenius continetur; item alia particula terre modo predicto ipsi ecclesie beate virginis per eundem Johannem filium Nicolai data et collata desuper vinea ipsorum Heremitarum a parte aquilonis inter magnam viam et predictam vineam consistit. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes contulimus litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum in festo beati Thome apostoli, anno domini M°CCC°XLmo.

Iz originainog prijepisa čazmanskog kaptola od 6.Juna 1351. na pergameni u kr. ugar. drž. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 35,183. — Stara signatura Acta monast. de Garigh fasc. I. no. 31.

Fejer Cod. dipl. Hun%. VIII. p. 462.—463.

419.

1340. U Zagrebu.

Razdioba posjeda pred kaptolom zagrebačkim izmedju Okiča sinova Arlandovih.

Divisio transactionalis inter nobiles Joannem et Nicolaum de Achk filios Arlandi de genere Acha in possessionibus eorum hereditariis in districtu Zagrabiensi existentibus per eosdem actualiter possessis coram testimonio capituli Zagrabiensis, ita divisis utpote haeredibus Nicolai de Achk filii Arlandi obvenerunt possessiones et portioneš possessionariae utpote Stonovch[1] in campo prope Zagrabiam, in quo campo et ecclesia beate virginis Marie, item possessio Dolch ibidem vicina totales, item in Ztubicza possessio Doblinch et possessiones Sekerna, Luka, Dobrizdenecz

[1] Stenjevec.

Modruspotok, Ztubycza ubi ecclesia sancti Georgii martiris situa Item Tybinch, Zencha et Zlanipotok, item due partes possessionis Chernech, item due partes in possessione Horoguicha cum possessione Polycza; item ad tertiam portionem haeredibus praedicti Joannis et Nicolai Thouth filiorum Gregorii filii Joannis praedicti ac Lovrando et Martino filiis Dyonisii filii eiusdem Joannis ad portionem dicti Nicolai Thoth cesserunt possessiones et portiones, utpote possessio sancti Mathei totalis, item possessiones Terklanch et Vinterovch totales ac portio possessionaria in Ztubicza, quam Orlandus filius Nicolai et Nicolaus filius eiusdem possidebant, ac possessiones Jablanovch et Zaversja ac tertia pars possessionis Horogouicha et Chernech cum curia ibidem, item Laurando cesserunt possessiones Ztubicza, Golobovecz cum tribus sessionibus in Reka, item apud sanctum Nicolaum possessio prima Besztra ac secunda Beztra atque Polancha totalis, item possessiones due Dobovch totales, item possessiones Lubenik, Denche, Cladno. Stouch, Jacon, Nova Zella obvenerunt, inita coram testimonio capituli Zagrabiensis.

Elenk arkiva familije Oršić u arkivu jugoslavenske akademiie u Zagrebu: pod sign. I d. 7.

420.

1341, 9. januara. U Zagrebu.

Sud archidiakona zagrebačkog Demetrij'a o patronatu crkve u Glavnia.

In nomine domini nostri Jesu Christi amen. Demetrius archidiaconus Zagrabiensis universis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in salutis largitore. Quia ob peccatum primi parentis humanum genus labilitatem memorie et vicium ac miseriam ignorancie incurrit, per quam sedaciones Htium et rerum iudicialium dispositiones eneruantur, peritorum industria adinvenit, ut que iudicio tractantur et reformantur scripturarum patrocinio confirmentur, ut filii qui nascuntur et exurgent suorum parentum libertatibus liberius perfruantur. Ad universorum igitur noticiam harum serie volumus pervenire, quod cum inter discretos et honestos viros universos nobiles de Glavnicha, ac inter comitem Johannem filium Benedicti dicti Munduk super ecclesia sancte Trinitatis de Glavnycha et iure patronatus eiusdem, quam cum iure patronatus iamdictus Johannes filius Benedicti dicti Munduk ad se pertinere dicebat specialiter et non ad 'alios, et exinde contenciones et discordie non modice exorte fuissent et ob hoc dicti nobiles ipsum comitem Johannem

ad feriam terciam proximam ante festum beati Thome apostoli proxime preteritam in nostri presenciam evocassent, ac ipso termino adveniente dicto comite Johanne filio Benedicti dicti Munduk personaliter coram nobis ab una parte, ab altera vero nobilibus et honestis viris Thoma filio Gregorii, Adam filio Jacobi et Petro filio Johannis pro se et pro nobilibus viris infranominatis et generationibus eorum procuratorio nomine cum litteris procuratoriis honorabilis capituli dicte Zagrabiensis ecclesie sufficientibus coram nobis personaliter constituti, scilicet pro Marco filio Mortonus, pro Nicolao dicto Kordus, pro Paznano et Stephano filiis Gregorii, pro Simone filio Demetrii, pro Petro filio Wlkonii, pro Kuren filio Nicolai, pro Andrea filio Alexandri et pro Ivan dicto Dedigh, pro Dragiza filio Iwanka, pro Henceth filio Georgii, pro Berizlao filio Borych, pro Mortonus filio Brokun, Johanne filio Blask, Odolen filio Jacobi, Iwank et pro Fabiano de Jazeuech, pro Ivan filio Johannis pro Georgio filio Jacobi, et tota generacione eorum, exceptis Jacobo filio Vencezlai et Paulo filio Michaelis, qui ad presens predictum Johannem non citaverunt, ut dicebant; eedem partes ipsam causam pari et communi voluntate ad octavas epiphanie domini nunc venturas in hunc modum prorogarunt, ut si possent deo volente medio tempore concordare, in pacis unionem devenirent; partibus igitur demum in nostram presenciam redeuntibus et coram nobis personaliter constitutis idem comes Johannes filius Benedicti dicti Munduk, contra predictos nobiles se recognoscens voce libera dixit et confeššus est ad antedictos nobiles et eorum generaciones predictam ecclesiam sancte Trinitatis et ius patronatus eiusdem, cum per ipsorum progenitores communiter fuerit constituta et dotata una cum ipso equaliter pertinere. Renuncians igitur idem Johannes omni liti et accioni racione predicte ecclesie sancte Trinitatis et eius iuris patronatus in futurum, nihilominus se et suos successores taliter obligavit, ut si successu temporum de ipsa ecclesia et iure patronatus contra predictos nobiles et eorum successores questionem moverent aliqualem, penam calumpnie incurent eo facto. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus pendentis sigilli nostri signaculi roboratas. Datum Zagrabie in domo habitacionis nostre, feria tercia proxima post festum epiphanie domini, anno eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo primo.

Iz originalne potvrde bana Matije Gereba od 1. februara liSi. u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu. Na crveno-bijelo-žutim vrvcama visi pečat dosta dobro sačuvan.

421.

1341, 4. februara. U Zadru.

Ivan sin Stanojev zamjenjuje svoj vinograd u sv. Sofiji za vinogradom Radoslava Babote u Ozrinju.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo, indicione nona, die quarto mensis februarii, Jadre. Tempore domini Bartholomei Gradonico incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaro decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gracia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Justinfiani] Justiniano egregii comitis. Ego Johannes condam Stanoi habitator Jadre in contrata sancte Marie monialium, consenciente huic permutacioni Grisogono condam Francisci de Zadolinis ciue Jadre, do ex causa cambii tibi Radoslauo Bobbotta duornico monasterii sancte Marie monialium de Jadre ad sanctam Sophiam totam unam meam vineam positam ad Drenouag super terram dicti Grisogoni, que reddit sibi quartum pro terratico tocius redditus et fructus exinde conducti ad villam suam ibi ad Crisic; de qua vinea sunt gognai circa duo, et quociens dicta vinea uendetur, tociens dictus Grisogonus habere debet unam bonam galinam a uenditore ipsius vinee; vt deinceps de dicta vinea cum omnibus suis pertinenciis et iuribus tu dictus Radoslaus possis facere tuum uelle sicut de tuo proprio, iure dicti Grisogoni predicto et omni alio secundum consuetudines et statuta Jadre semper saluo. Promittens insuper ego dictus Johannes per me meosque heredes et successores tibi dicto Radoslauo tuisque heredibus et successoribus predictam vineam cum omnibus suis pertinenciis et iuribus excalumpniare in racione ab omni persona super me et bonis meis omnibus. Cui vinee de trauersa et de austro est vinea Nicolai Marcouig, de quirina vinea Vulcigne Dismani et de borea est vinea Martini, omnes in terra dicti Grisogoni. Quam vineam confinatam dedi tibi, quia tu dedisti mihi dicto Johanni in ccncambium unam tuam vineam positam ad Hosrignum super terram domine Pribe relicte Andree de Matheo, sicut patet publico instrumento dicti concambii scripto die predicto per notarium infrascriptum. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Andrea condam Nicolai et Michaele condam Stephani, Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Michael Cerni de Botono iudex examinator examinaui.

(*Signum not.)*

Et ego Blasius Miehaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo meo et nomine roboraui.

Origmal z< arkivu samostana sv. Marije u Zadru a. 7340.

422.

1341, 4. februara. U Virju.

Ban Mikić i sinovi njegovi daju firij'e diobe svih njihovih fiosjeda sinu Lorandu Novigrad.

Nos Mykch banus tocius Sclavonie et magistri Stephanus, Akus et Ladislaus filii eiusdem karissimi, memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod quia nos pacem et tranquillitatem diligentes statum pacificum inter filios nostros karissimos desideravimus ordinare, ex deliberacione matura consensuque et voluntate prefatorum magistrorum Stephani, Akus et Ladislai dulcissimorum filiorum nostrorum, taliter duximus disponendum, quod castrum nostrum Wyuar vocatum cum omnibus possessionibus ad ipsum castrum pertinentibus, videlicet Wyfalu, Lythenya, Keykmezeu et Strachina specialiter nominatis, ac omnibus villis tam populosis quam desertis, locis villarum ad dictum castrum et prenominatas possessiones pertinentibus, necnon ceteris earum utilitatibus, strennuo iuveni magistro Lorando dilecto filio nostro pro porcione sua divisionali perpetuo duximus conferendum; tali modo, quod si in divisione communi et equaii inter nos et prenotatos dulcissimos filios nostros successive in ceteris castris et possessionibus nostris habenda, cuilibet nostrorum porcio similis in qualitate et quantitate non cederet, et ipse magister Lorandus plus et magis in possessionibus et utilitatibus possessionariis ad prenominatum castrum Wyuar peftinentibus servaret et obtineret, quam alicui ex nobis in dicta communi et equali in ceteris castris et possessionibus habenda divisione porcio cederet. Tunc idem magister Lorandus de possessionibus et utilitatibus possessionariis ad pretactum castrum Wyuar vocatum pertinentibus, tantum, quantum expediens fuerit, ad ipsam communem divisionem et equalem excidere et assignare teneretur, et e converso, si in prememorata communi et equali habenda divisione in possessionibus et possessionariis utilitatibus prenominato magistro Lorando plus et-magis cedi deberet, extunc antedictam suam sicut decet augmentare teneremur porcionem; hoc declarato, quod si deinceps et amodo memoratus magister Lorandus filius noster dulcissimus per propria maliciosa opera sua aliquid de dicta sua porcione perderet seu alienaret, illud in suam volumus porcionem computari. Si vero ipsum magistrum Lorandum, antequam prefata communis divisio inter nos foret, potencia vel processiis iitigiosus in sepefata sua porcione vel aliqua eius parte molestaret et perturbaret, et(!) extunc in his ipsum communiter tenebimur adiuvare et defensare ab eisdem. Hoc eciam nolumus siiencio preterire, quod si aliquis ex dictis filiis nostris, videlicet Stephano, Akus, Ladislao et Lorando successive presentem nostram ordinacionem ipsi magistro Lorando factam sibi iniustam fore assentiret, tunc idem magister Lorandus antedictum castrum Wyuar nominatum cum omnibus possessionibus ad ipsum pertinentibus, earumque vtilitatibus vniuersis in communem et equalem divisionem premissam tenebitur relinquere et resignare. Volumus insuper, quod prefatus magister Lorandus in forma presenti literas domini nostri regis et honorabilis capituli Budensis pro nobis teneatur facere emanari; dicimus eciam, quod sepefatus magister Lorandus filius noster karissimus, ceteras possessiones nostras, tam.hereditarias quam aquisitas, quas usque modo servavit et habuit, nobis teneatur restituere et resignare obtinendas. In cuius rei memoriam uberiorem ad cautelam presentes ipsi magistro Lorando filio nostro dulcissimo concessimus litteras nostras privilegiales pendentis sigilli nostri autentici munimine roboratas. Datum in Prodauiz, in dominica circumdederunt, anno domini M°CCC°XLmo primo.

Iz originalnog prijepisa Ivana biskupa vesprimskog, kraljičinog kancelara od 12. oktobra 1347, izdanog u Budimu, što ga molio vniagister Lorandus Jilius Mykck, qtwndam bani tocius Sclauonie«. : U kr. ugar. drž. ark. u Budimpešti: M. O. D. L. no. 3355. — *Stara signatura: N. R. A. Jasc. 338. no. 34.*

Nagy Cod. dipl. IV., 73.—74.

423.

1341, 8. februara. U Zadru.

Bivald de Nassis i Gjuro de Georgio prosvjeduju i zahtij'evaj'u od zadarskih sudova, da im vrate ugovor ucinjen sa samostanom rogovskim glede fiosjeda Bubnjana, Gorice г Podvršja.

In nomine domini amen. Anno eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo, indicione nona, die octauo, mensis februarii, Jadre sub

logia. Tempore domini Bartholomei Gradonici incliti ducis Venecie, et domini Nicolay dei gratia archiepiscopi Jadrensis, ac domini Justiniani Justiniani egregii comitis. In presentia mei publici notarii et testium infrascriptorum constituti Biualdus de Nassis et Georgius Mathei de Georgio coram magnifico et potenti viro domino Justiniano Justiniani honorabili comite ciuitatis Jadre et nobilibus viris dominis Vulcigna Benedicti de Matafaro, Jacobo de Fafogna et Matheo Andree de Georgio iudicibus dicte ciuitatis dixerunt et proposuerunt cum protestatione et omni modo, forma et iure quo melius posunt, quod cum reuerendus vir dominus frater Martinus abbas monasterii sanctorum Cosme et Damiani Jadrensis dioecesis eiusque conuentus affictauerit tres villas dicti monasterii, scilicet Bubgnane, Gorice et Poduersie predictis Biualdo et Georgio pro certo precio ad certum tempus, prout in instrumento facto manu Jacobi de Forliuio Jadrensis notarii sub anno incarnacionis(f) plenius continetur dictumque instrumentum[1] detinetis indebite contra uoluntatem prefati domini cotnifis nulla iusta causa interueniente in dampnum et preiudicium dictorum Biualdi et Georgii non modicum. Atque cum per supradictos Bfiualdum] et Gfeorgium] vos prefati iudices requisiti fuistis cum protestatione dictum instrumentum dare et restituere deberetis sicut de iure tenemini, alioquin si dictum instrumentum non restitueritis sanum et integrum, protestati fuimus contra uos dictos iudices et quemlibet uestrum, qui recusauerit aut impediuerit dictum instrumentum non redere dampnum dictorum Biualdi et Georgii florenos M. aut petendos et exigendos contra vos coram ducali excelencia, sicut de predictis lacius expositis dictus Jacobus notarius rogatus est facere publicum instrumentum; quodque usque nunc dictum instrumentum afictationis restituere non curastis, quod est in preiudicium non modicum dictorum B[iualdi] et Gfeorgii] et etiam proibuistis et proibetis dictum instrumentum protestacionis facere in publica forma dicto Jacobo prolongando in nostrum dampnum nolendo facere responsionem et sine vestra responsione prohibitis facere dictum instrumentum in publica forma. Propter quod nobis prohibitis de predictis possemus ad ducale dominium de iure nostro conqueri, cum nobis prohibitis facere nostram protestationem in publica forma redigere et nullus Jadrensis notarius sine uestra responsione facere audet instrumentum protestationis et uos non uultis respondere, quia racionabilem responsionem facere non potestis. Quo circha(!) in presencia contrascripti Gilioli notarii imperialis, ut ipse ex autoritate sui officii faciat dictum instrumentum protestationis, quod nobis dictum instrumentum afictationis restituere deberetis aut permitteretis

[1] Slijedi ispušteno: »vos prefati iudices^

dictam protestationem, de qua rogatus est dictus Jacobus facere in publica forma, ut possemus de iure nostro coram ducali excelencia contra uos et quemlibet uestrum conqueri, alioquin et iterum protestamur non recedendo a dicta protestatione per nos alias facta, set pocius inherendo de dapnis(!) et interesse nostro florenos M. auri petendos et exigendos coram ducali excelencia, ad quam ex nunc appelamus. Interposita fuit protestatio et appelatio predicta, ut superius est expressum. per dictos Biualdum et Georgium anno, indicione, die, mense, loco et tempore predictis presentibus Cresio condam Viti Domaldi de Cadulinis, Stephano de Rasol, Philippo condam Dobri de Begna, ciuibus Jadre, et Bonhomine condam ser Guidonis de Lucha, testibus uocatis ad hec et rogatis et aliis.

(Signum not.)

Et ego Giliolus de Burgarelis de Parma imperiali auctoritate notarius predictis omnibus et singulis presens fui et ea rogatus scripsi et in hanc publicam formam redegi, meo solito signo signaui in testimonium premissorum.

Original u gubernijalnom arkivu u Zadru, odio samostana rogovskog no. ^9.

jfednaki proiest uložen s posve neznatnim razlikama ti poretku riječi od 23. juna 1341. Ib. no. 60.

424.

1341, 10. februara. U Križeveima.

Ban Mikić daje imanja Kemnečnicu i Ivancinec Stj'epanu smu bana Pavla žufianu križevačkom.

Nos Mykch banus tocius Sclauonie memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod cum nos pro compesscendis maleficis et malefactorum iniqua operr. extirpandis vna cum vniuersis nobilibus Sclauonie, prout ex debito ordinarii officii nostri banatus nobis incumbebat, congregaciones nostras generales in villis subsequentibus, scilicet primo in villa Zyrch, secundario in villa beate Elyzabeth, tercio in Ryucha et quarto in Crisio in diuersorum. annorum et terminorum curriculis celebrassemus, egregie nobilitatis vir magister Stephanus filius Pauli bani comes Crisiensis dilectus -et fidelis noster in nostri et vniuersorum nobilium presencia in dictis congregacionibus existencium assurgendo quasdam possessiones, videlicet Kemnechniche et Iwanchinch vocatas iure hereditario sibi attinere tociens exponens de-

darauit asserens et proponens, vt, si quispiam in facto ipsarum possessionum quid accionis, questionis et instrumentalis exhibicionis nomine sui iuris se habere asentiret, coram nobis et vniuersitate nobilium prescriptorum manifestans demonstraret, et nos pluries et sepius interroganfes inquisicionem fecimus de eisdem. Et quia in nulia dictarum congregacicnum nostrarum nemo penitus contra ipsum magistrum Stephanum in facto predictarum possessionum comparuit, qui sibi in eisdem aut aliqua earum ius aliquod mediante cautela aliqua vendicasset, pro eo habito consilio nobilium Sclauonie vniuersaliter in dicta congregacione existencium prefatas possessiones Kemnechniche et Iwanchynch vocatas cum suis vtilitatis omnibus sub metis earum prioribus et antiquis ipsi magistro Stephano filio Pauli bani comiti nostro Crisiensi et per eum suis heredibus heredumque suorum successoribus, tum racione iuris hereditarii sibi debendas, tum eciam consideratis suis fidelitatibus et fidelium seruiciorum meritis restituimus, dedimus, donauimus et contulimus perpetuo possidendas, tenendas pariter et habendas; litteras quoque et instrumenta quorumlibet in facto dictarum possessionum reseruata eo, quod in premissis nostris congregacionibus ad nostras plurimas requisiciones recusarunt, ymo denegarunt exhibere, cassatas fore denunciamus et viribus penitus carituras; si quis autem temporis in processu aliquas litteras super hiis in lucem proferret, vanas et viribus penitus carituras se exhibere senciat et proferre, quia fraudibus humanis lima iusticie et equitatis conpellimus ex debito obuiare. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes eidem magistro Stephano concessimus litteras nostras priuilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas. Datum in Crisio, in octauis purificacionis beate uirginis, anno domini M°CCCXL° primo.

Prijepis nalazt se u arkivti zagrebačke nadbiskupije: Donationalia fasc. VII no. 13.
Vrvca i pečat manjka.

425.

1341, 14. februara. U Ostrogonu.

Kaptol ostrogonski prepisuje listinu Stjepana priora templarskoga od g. 1254.

Nos Nicolaus prepositus et capitulum ecclesie Strigoniensis tenore , presencium significamus "quibus expedit vniuersis, quod honorabilis vir et discretus dominus Jacobus prepositus Zagrabiensis et noster concanonicus ad nostram personaliter accedens presenciam exhibuit nobis quasdam litteras patentes honorabilis viri domini Stephani sancti sepulchri de Glogonicha et canonici ecclesie Iherosolimitane, tenoris infrascripti, sub suo pendenti sigillo emanatas, nos petens cum instancia, quod quia easdem litteras propter causas legitimas et formidabiles quo uellet ad causas, secumfere non auderet, in spem ipsas sub testimonio nostri sigilii transcribi et litteris nostris patentibus inseri faceremus ad cautelam. Quarum tenor talis est: *(Slijedi listina od g. 1254.)* Nos igitur iustis prefati domini Jacobi prepositi peticionibus annuentes, uidentesque predictas litteras non abrasas non cancellatas et in nulla sui parte fore uitiatas, ipsas de uerbo ad uerbum transscribi et presentibus inseri fecimus ad cautelam. Preterea idem dominus Jacobus prepositus exhibuit nobis quasdam litteras alias patentes preceptoris domus militie templi de Glogonicha sub suo pendenti sigillo emanatas non abrasas non cancellatas nec in ulla sui parte uiciatas, in quarum serie et tenore predictarum unam sentenciam uidimus contineri et explicari. In cuius rei testimonium presentes duximus concedendas nostri pendentis sigilli munimine roboratas. Datum in festo beati Valentini martyris, anno domini M°CCC°XL° primo.

Original; na crveno-zelenoj svilenoj vrvci visi pečat, U arkivu kapt. zagreb. fasc. 72. br. 9.

426.

1341. 24. februara.—1342, 22. jula U Zadru.

Radoslav bribirski, biskup krbavski dariva samostanu franjevačkom u Bribiru sva imanja svoga pokojnoga brata Grgura pod Bribirom.

In dei nomine amen. Hec est copia siue exemplum cuiusdam publici instrumenti cuius tenor per omnia talis est:

C. In dei nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo, indictione nona, die vigesimo quarto mensis februarii, Jadre. Tempore domini Bartholomei Gradonici incliti ducis Venetie, reuerendi patns domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, Jadre archiepiscopi, ac domini Justiniani Justiniano honorabilis comitis. Cum in testamento olim nobilis viri Gregorii filii condam comitis Radoslaui de Berberio scripto in forma publica manu Duimi de Spaleto notarii sub anno domini millesimo trecentesimo vigesimo sexto, indicione nona, die quinto decimo intrante mense aprili, contineatur

inter cetera dausula huius tenoris: Primum quidem ordino, quod dicti commissarii mei debeant si poterunt vendere molendinum meum et vineas et terras meas positas sub Berberio et pretium dicte uenditionis debeant dare fratri Radoslauo ordinis fratrum Minorum, germano meo dilecto, si autem dictas possessiones dicti commissarii mei vendere non poterint, tunc introitus et redditus dictarum possessionum debeant intromictere et accipere predicti commissarii mei et dare dicto fratri meo singulis annis, donec dictus frater meus uixerit in hoc mundo, et post mortem dicti fratris mei dicte possessiones debeant dari loco siue conuentui sancte Marie fratrum Minorum de Berberio pro anima mea et parentum meorum. Reuerendus pater dominus frater Radoslauus predictus ordinis fratrum Minorum electus Corbauiensis episcopus volens predicti testatoris fratris sui intentionem et voluntatem in vita sua effectualiter adimplere, dictum vsufructum omnium supradictorum bonorum dicti olim fratris sui sibi in dicto testamento legatum ac omni iuri, quod sibi ea forma predicti testamenti uel aliter quouis modo uel causa competeret aut competere potuisset in predictis bonis, et generaliter in omnibus aliis et singulis bonis existentibus extra districtum Jadre, que ad ipsum fratrem Radoslauum electum siue iure hereditario dicti olim comitis Radoslaui patris sui et testamento uel ab intestato siue aliter pertinerent, ex certa sciencia et non per errorem et non ui uel metu aut circumuentione aliqua renunptians(f) ipsa bona cum eorum usufructu elimosine causa dedit et donauit pure, libere, simpliciter et irreudcabiliter inter uiuos et omni modo, forma et iure quibus melius potest et debet, resignauit in manibus nobilium et sapientum virorum dominorum Francisci de Lompre et Petri de Matafaris procuratorum ordinis fratrum Minorum prouincie Sclauonie recipientibus procuratorio nomine dicti loci siue conuentus sancte Marie de Berberio supradicti, prout predictus testator ordinauit, atque disposuit ad hoc, ut perpetuo ex dictorum bonorum fractibus, que bona ad ipsum dominum fratrem Radoslauum vndecunque ex hereditatibus predictorum olim patris et fratris suorum de iure spectarent, fratres p refati monasterii dicte ecclesie sancte Marie victum habeant et vestitum et alia eis necessaria, et ob hoc in missis eorum orationibus et diuinis officiis tam viuos quam defunctos dicti domini fratris Radoslaui propinquos habeant commendatos et eorundem fratrum meritorium operum fiant participes. Hoc expressim acto et dicto, quod supradicta donatio et concessio solummodo ad bona immobilia sita extra districtum Jadre extendantur, bonis omnibus sitis infra districtum Jadre, si qua forent, ab hac donatione exclusis, ad cautelam. Ad quorum omnium et singulorum firmitatem et robur perpetuum propositis coram eodem domino Radoslauo sanctis euangeliis de licentia

venerabilis et religiosi viri domini fratris Siluestri ministri fratrum Sclauonie ibidem presentis asseruit predictam reputationem, renunctiationem, donationem et designationem dictorum bonorum et omnia et singula in hoc contractu contenta firma et rata habere perpetuo et tenere, et dictam donationem nulla ingratitudine uel occasione alias reuocare et in nullo contrafacere uel v enire aliqua ratione uel causa, de iure uel de facto. Quibus peractis prenominatus reuerendus pater dominus frater Siluester minister prefatus dixit, denunpciauit(f) ac protestatus fuit, quod semper intendebat et volebat et intendit et uult,' quod omnium supradictarum possessionum dominium sit et esse debeat sancte sedis apostolice prout de iure debet, vsufructus uerojj eorundem bonorum sit, ut supradictum est, pro necessitatibus fratrum et ecclesie supradicte. Acta sunt hec et firmata coram Nicolao de Sgagno et Vulcinna de Ghinanis, ciuibus Jadre testibus rogatis et aliis, in camera dicti ministri et in monasterio dictorum fratrum Minorum de Jadra.

Ego Damianus <Janci de Calcina iudex examinator examinaui.

Ego Alesander(f) condam Vgoli(!) de Stella imperiali et ciuitatis Jadre auctoritate notarius scripsi et publicaui et meo signo et nomine roboraui.

j Ego Nicolaus de Cintcon[1] iudex examinator, quia hoc exemplum cum suo autentico concordare inueni, manum misi.

Ego Gallus Cerni de Cande iudex examinator, quia hoc exemplum cum suo autentico concordare inueni, manum misi.

Et ego Nicolaus Michaelis Leonardi Jadrensis iuratus notanus, quia ' hoc exemplum cum suo autentico concordare inueni, me subscripsi.

Ego Siluanus Francisci de Foroiulio imperiali ac ciuitatis Jadre auctoritate notarius hoc exemplum cum suo originali autentico vna cum prescriptis examinatoribus fideliter ascultaui, quia vtrimque de uerbo ad uerbum cum prescriptis notariis concordare inueni, me subscripsi et meo signo consueto et nomine roboraui.

Et ego Alesandar condam Vgolini de Stella imperiali et ciuitatis Jadre auctoritate notarius hoc exemplum de originali publico in facto fideliter de uerbo ad uerbum sumpsi et exemplaui nihil addens uel minuens, quod sensum mutet aut variet intellectum, ipsumque ad ipsum originale publicum instrumentum manu mei dicti notarii scriptum vnacum supradictis examinatoribus et notariis diligenter auscultaui. et quia utrumque in omnibus concordare inueni, ipsum in publicam formam secundum cursum (!) Jadre redegi et meo signo et nomine roboraui. Sub anno domini millesimo CCC°. quadragesimo secundo, indicione de-

[1] Valjda mjesto »Canturio«.

cima, die vigesimo mensis iulii, tempore domini Bartholomei Gradonici inclili ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, Jadrensis archiepiscopi, ac domini fohannis Sanuto honorabilis comitis.

Iz prijepisa kaptola ninskog od 4. jnla 1399. u ark. samostana franjevačkog u Sibeniku a. 1399.

427.

1241, 25. februara. U Lastovu.

Prodaje se vinograd.

In Christi nomine amen. Anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo primo, indictione nona, die vigessimo quinto intrante mense februario, actum Laguste, ad hoc uocatis et rogatis testibus Prodano Stanit et monacho Marinit. Ibique Gerdeno Deseuit uendidi et donaui Cubriao(!) Dobroieuit vineam meam positam in loco qui dicitur Podostreberdo, confinat ex parte leuantis cum vinea Cusuye Priscit et ex parte siloci(!) cum vine(f) Jurcho Grubsit, ex parte boire(!) cum vinea Radosi Venjeuit. uendidi et donaui supradicto Cubriano pro perperis quatuor, quos denarios ab ipso abuisem(!) et recepisem(f), ut ipse Cubrianus ab odie in antea cum dei benedicione abeat et posideat et de ipsa vinea omne uelem(l) suum facjat tanquam de sua re propria, uendendo, donando et pro anima dimitendo; et ista uendicio fuit preconicada(!) per loca solitaria per Ivane(!) preco(!) comunis Lagoste. Hec autem carta nulo(!) testimonio rumpere(!) posit(!).

(Drugi rukopis).

Ego Nicholetus de Ruberto visscoyte(!) de Lagusta manum misi.

(Signum not.)

Et ego presbitero (!) Andrea de Screua capetanus (!) Lagoste siue notarius scripsi et roboraui et meo signo signaui.

Original u dubrovačkom arkivu. — Zbirka Saec. XIV.

428.

1341. 3. marta. U Zadru.

Nikola de Nassis gradjanin zadarski prodaje svomu bratu Damjanu zemljišta u Cernu.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo, indictione nona, die tercio mensis marcii, Jadre. Tempore domini Bartholomei Gradonico incliti ducis Venecie, et venerabilis patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, ac domini Justiniani Justiniano honorabilis comitis. Nicolaus condam Damiani de Nassis ciuis Jadre iure directi dominii et plene proprietatis dedit, uendidit et tradidit Damiano fratri suo et filio condam dicti Damiani de Nassis ciui Jadre pro se et.suis heredibus et sucessoribus(l) ementi et recipienti totam suam partem possessionum et bonorum infrascriptorum positorum ad Cerno, uidelicet molendini cum suis pertinenciis et iuribus et pastini prope dictum molendinum et terraticorum positorum ibidem cum omnibus suis pertinenciis et iuribus, ad habendum, tenendum, possidendum et quicquid sibi et suis heredibus et successoribus deinceps perpetuo placuerit faciendum sicut de suo proprio; et hoc pro precio et nomine precii in summa omnium supradictarum rerum centum librarum denariorum uenetorum paruorum; quod precium dictus uenditor confessus fuit et contentus se a dicto emptore habuisse et recepisse in bona usuali et legali moneta. Quas res dictus uenditor se dicti emptoris nomine constituit possidere, donec de dictis rebus possessionem acceperit corporalem, quam accipiendi sua auctoritate et retinendi deinceps ei licenciam omnimodam contullit atque dedit. Nec non promittens per se et suos heredes et successores dicto emptori pro se et suis heredibus et successoribus stipulanti et recipienti litem, questionem aut controuersiam de dictis rebus seu parte ipsarum uel altera earum ei uel suis heredibus aut successoribus vllo tempore non inferre nec inferenti consentire, set(!) ipsas et quamlibet earum tam in proprietate quam in possessione ei et suis heredibus et successoribus ab omni homine et persona legittime defendere et excalumpniare in racione super se et bonis suis omnibus presentibus et fucturis(f). Quibus terraticis de borea est uia publica, de quirina pasculum seu gaium dicti emptoris; pastino uero predicto de borea sunt dicti teratici, de trauersa pratum dicti emptoris, de quirina quedam uia que uadit ad dictum molendinum et de austro partim fossatum et partim dictum pratum; molendino uero de austro est terra dicti emptoris, quam emit a Damiano Pauli de Begna,

de borea fossatum siue riuum, de trauersa terra dicti emptoris ex utraque parte et de quirina potochum siue fossatum. Actum est hoc et firmatum presentibus Marino Zancii de Calcina et Jacobo filio ser Michaelis de Zadulino, ciuibus Jadre testibus ad hec uocatis et rogatis et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Michael Cerni de Botono iudex examinator examinaui.

(Signum not.).

Ego Jacobus condam Bonacursi de Forliuio imperiali auctoritate notarius.et Jadrensis iuratus predictis omnibus presens fui et rogatus scripsi et publicaui et signum meum aposui consuetum.

Original u ark. samoslana sv. Marije u Zadru. a. 1340.

429.

1341, 6. marta. U Zadru.

Pnboj sin Dobromirov prodaje Pribogiji Katinu 2 komada vinograda u Kinti.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo, indictione nona, die sexto mensis marcii, Jadre. Tempore domini Bartholomei Gradonici incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolay de Matafaris decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gratia fadrensis archiepiscopi, ac domini Justiniani Justiniani egregii comitis. Ego Priboy Dobromiri Jadrensis conssenciente(F) huic uendicioni Philippo condam Dobri de Begna ciue Jadre uendo tibi Pribogio Chatthin[o] de Jadra duas meas pecias vinee gognaiorum circa septem posite ad Chintham super terra dicti Philippi, que reddunt sibi quartum pro terratico totius redditus et fructus exinde ad mare ad domum suam seu ad barcham suam ibi; vt deinceps tu dictus emptor de dictis vineis cum omnibus earum pertinenciis et iuribus possis facere tuum uelle sicut de tuo proprio, iure dicti Philippi predicto et omui alio secundum consuetudines et statuta Jadre semper saluo. Pretio cuius uendicionis ego dictus uenditor recepi a te predicto emptore libras triginta denariorum paruorum. Promittens ego dictus uenditor per me meosque heredes et successores tibi predicto emptori tuisque heredibus et successoribus predictas vineas cum omnibus suis pertinenciis et iuribus excalumpniare in ratione ab omni persona super me et bonis meis. Vni quarum peciarum de borea est mare, de trauersa est derrum dicti Philippi, de austro vinea Cresti Raduscich et de quirina vinea Crisani, omnes in terra predicti

Philippi; alteri pecie de quirina vinea Gregorii piscatoris, de trauersa et de borea est mare et de austro vinea de Mladino, omnes in terra dicti Philippi. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Nicolao de Buthouano et Thomado de Varicassis, ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Petrus Grisogoni de (^adulinis iudex examinator manum missi.

(Signum not.J

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali autoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo meo et nomine roboraui.

Original u arkivu grofova Begna u Posedarpc: P. no 72.

430.

1341, 10. aprila. U Zadru.

Samostan sv. Nikole daje Kranoti Ivanovu tri gonjaja zemlje na otoku Mečanju, da itasadi itinograd.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo primo, indictione nona, die decimo mensis aprilis, Jadre. Tempore domini Bartholomei Gradonico incliti ducis Venetie, et reuerendi patris domini Nicolay de Matafarro decretorum doctoris, dei gratia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Justiniani Justiniani egregii comitis. Domina soror Lippa, abbatissa monasterii sancti Nicolay de Jadra, vna cum aliis monialibus dicti monasterii concessit[1] ad pastinandum Cranotte filio Johannis, habitatori in insula Magna, tres gognaios terre posite in insula Me?ani in monte uocato Scipichic usque ad sex annos proxime futuros cum vitibus et oliuis pastinandis secundum consuetudinem et statutum Jadre. De qua vinea et[2] de omnibus ex terra dicte vinee prouenientibus debet et tenetur reddere quartum ad ripam ibi in barcha dicti monasterii propriis ipsius pastinatoris sumptibuš et expensis. Quam quidem vineam pastinandam pacto expresso et apposito pastinator predictus promisit non vindemiare nec fructus alios ex ea colligere, nisi quando eidem mandabitur per dictam dominam abbatisam uel procuratorem seu nuntium monasterii predicti. Quam terram, pasti-

[1] Pisano dvaputa.
[2] Prvi put kratica, drugi put ispisano »et«.

nandam ex omni parte confines dicti monasterii. Et si bladum aliquod dictus pastinator seminaret in antedicta terra pastinanda usque ad terminum antedictum, debet esse suum. Quam terram pastinandam dictus conductor per se suosque heredes et successores promisit dicte locatrici pro se et suis successoribus stipulanti et recipienti colere, laborare ac etiam pastinare secundum formam et consuetudinem statutorum Jadre, sub pena in predictis statutis contenta. Et versa vice dicta domina abbatissa vna cum monialibus dicti monasterii promisit dicto pastinatori dictam eidem non auferre usque ad terminum supradictum, sed lpsam terram cum omnibus suis iuribus, habentiis, terminis et pertinentiis sibi et suis heredibus et successoribus legitime defensare et excalumpniare in ratione super se et bona dicti monasterii sub pena quarti valoris dicte rei et refectione omnium dampnorum et expensarum ac interesse litis et extra et sub obligatione bonornm monasterii antedicti. Nec ipse pastinator possit eam dimictere(!) usque ad terminum antedictum sub pena predicta et refectione dampni et expensarum ac interesse litis et extra super se et omnia sua bona presentia et futura. Qua soluta uel non, omnia et singula in hoc instrumento contenta perdurent, omni penitus exceptione seu defensione iuris uel facti remota. Actum est hoc et firmatum presentibus Grisogono Cancii de Calcina et Cischo Ciaxe de Firmo, ciuibus Jadre, testibus ad hec uocatis et rogatis et aliis.

(Drugi rtikopis).

Ego Petrus Grisogoni de Cadulinis iudex examinator manum misi.

(Signum not.h

Et ego Matheus condam Symonis de Perusio imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus predietls rogatus interfui et ut audiui scripsi et roboraui et signo consueto signaui.

Original na pergam. u gubern. arkivu tt, Zadru, odio samostana sv. Nikole br. 178.

Istoga dana daje isti samostan Ivanu Dragovanovu isto tako tri gonjaja zemlje na istom otoku. Original te listine u islom odjelu sv. Nikvle u gub. arkivu br. 179.

431.

1341, 12. aprila. U Zagrebu.

Mikić ban sudi u parnici Ivana i t. d. sinova Jakoba Blagone plemića iz Kamarče, protiv Tome itd. sinova Lukinih glede imanja Klokočeva i Breztovca; pa ih dosudjuje prvima.

Mykch banus tocius Sclauonie omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis salutem in domino sempiternam. Ea debet esse iudicantis intencio, vt iustis per retribucionis premium respondeatur ad gloriam et deliquentibus per illacionem vindicte condecentis ad noxam, vt sic actus temerariorum illiciti reprimantur et iustorum merita elucescant. Hinc est, quod ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod cum Johannes, Emricus et Nicolaus filii Jacobi filii Blagona nobiles de Kamarcha suadente iusticia primo contra Thomam, Johannem et Leupoldum filios Luce in processu litigioso in factis potenciario et rerum in presencia comitis nostri Crisiensis in amisione(l) vniuersarum possessionum suarum et condempnacione personarum seu capitum ipsorum olim conuicti extisissent, et deinde iidem Johannes, Emricus fili Jacobi filii Blagona ac Kosk filius Nicolai fili(!) Jacobi antedicti in presencia magistri Stephani filii Pauli comitis Crisiensis ordine exigente iudiciario in terminis legitimis processus iudiciarii iam secundario contra Nicolaum filium Chepani in facto mortis et omicidii Petri filii Chepani fratris eiusdem Nicolai vterini ac potenciario similiter in amissione vniuersarum possessionum suarum et capitalis sentencie vindictam fuissent conuicti et condempnati, et licet habita licencia in premissis ipsorum grauaminibus idem Johannes, Emricus et Kosk filius Nicolai fili(!) Jacobi filii Blagona cum eorum aduersariis, quantum et ipsorum aduersariorum suorum porciones concordauerint, non tamen propter facti seu cause grauitatem, ymo factorum et causarum intollerabilitatem porciones nostras iudiciarias nostre speciali disposicioni reseruatas ipsis Johanni, Emrico et Kosk curauimus et volumus relaxare precipue propterea, ne facilitas venie in[o]centiuum(!) tribueret et delinquendi et propter vsitatum delictum malum malo cumularetur et susciperet continua incrementa, per que rei puplice (!) et comuni vtilitati devia inducerentur et errores, et quia insinuacio et relacio veridica nos informarat, vt idem Johannes et ipso mortuo Jacobus filius eius ac Emricus filius Jacobi nec non Kosk filius Nicolai antedicti litteras prenominati magistri Stephani comitis nostri Crisiensis in facto premissarum nostrarum iudiciariarum porcionum nostre speciali disposicioni reseruatorum, vt est dictum, oculte

datis muneribus pro se expeditorias aquisiuissent, nos habito de hoc nobilium Sclauonie consilio primo, secundario et tercio, eisdem Jacobo, Emerico et Kosk terminos ad exhybendum(l) prenominatas litteras comitis nostri Crisiensis expeditorias duxeramus assignandos; qui in nullo prefixorum terminorum easdem nobis litteras voluerunt exhibere, ymo a nostro conspectu omnino celarunt et ocultarunt, pro eo ipsas litteras expeditorias prefati comitis nostri Crisiensis cassamus et viribus carituras denunciamus. Cum in premissis excessibus et secundariis grauaminibus, vt superius exprimuntur, ipsorum Johannis, Jacobi filii sui, Emrici fili Jacobi filii Blag[o]na et Kosk fili Nicolai filii eisdem Jacobi porciones nostras iudiciarias nostre speciali disposicioni duxerimus reseruandas, pronunciantes et committentes eosdem pro ipsis nostris iudiciariis porcionibus, grauaminibus et sentenciis capitalibus premissis fore irretitos, prout amissionem vniuersarum possessionum suarum et capitalis sentencie vindictam ex causis pretactis iam secundario subportabant. Vnde quamuis. iidem Emricus filius Jacobi fi lii Blagona, Jacobus filius Johannis et Kosk -filius Nicolai filii fratrum suorum amissis vniuersis possessionibus suis et in nostris manibus iudiciariis occupatis capitali sentenci'e vindicta feriri debuissent, et nos, qui ad laudem bonorum vindictamque malorum a domino gladii accepimus potestatem, eosdem Emricum, Jacobum et Kosk vt male meritos capitalis sentencie vindicta punire expresse compellebamur, tandem rigorem iuris lenitate misericordie optemperantes premissam capitalis sentencie vindictam de gracia speciali ipsis Emrico, Jacobo et Kosk duximus r elaxandam, restituentes eisdem, scilicet Emrico, Jacobo et Kosk ac duobus filiis ipsius Emrici, videlicet Gordos et Leukus in signum gracie facte quasdam particulas possessionarias optinendas et habendas, scilicet medietatem possessionis Babinaf elde uocate ipsis Emrico Goraos et Leukas filiis suis ac Kosk filio Nicolai. prout eorum porcio ipsa medie[f]as possessionis annotate prius et antea fuisse noscebatur. Item Jacobo fiho Johannis porcionem patris sui in Kamarcha adiacentem cum sessione sua ibidem existente, ceterisque ipsarum possessionibus vniuersis qualitercumque nominatis pro nobis et nostre disposicioni speciali reseruatis. Et quia quedam due possessiones Superior Clokochoch et BreztoUch vocate per ipsos Emricum, Kosk et Jacobum mediantibus litteris capimli -Chasmensis ecclesie Blagona filio Jaco filii Blagona et Nicolao filio Stephani fili fratris Sui pro uiginti tribus marcis ante memorata eorum grauamina impignorate fuisse reperiebantur, nos nolentes iuri derogare alieno ad extimandum easdem duas possessiones magistros Stephanum filium Jacobi castellanum nostrum de Susicha, Lacho filium Ladizlai et Mychaelem filium Blasii homines nostros duximus destinandos; qui demum ad nos redeuntes nobis concorditer retulerunt, quod premissas

possessiones Superior Clokochoch et Breztouch vocatas per ueras et antiquas ipsarum metas circuendo easdem cum omnibus suis vtilitatibus et pertinenciis vniuersis, deum pre oculis habendo, in centum marcis extimassent; de quibus quidem centum marcis prefatas viginti tres marcas quibus antea dicte possessiones erant inpignorate excludentes, receptisque insuper ab ipsis Blagona filio Jaco(!) et Nicolao filio Stephani filii fratris sui septuaginta septem marcis promptis in denariis banalibus, pro qaibus septuaginta septem marcis denariorum banalium plene et integre habitorum et receptorum preassignatas possessiones Superior Clokochoch et Breztouch vocatas cum omnibus earum vtilitatibus et pertinenciis vniuersis, videlicet siluis, pratis, stagnis, pisscinis, terris arabilibus, molendinis, locis molendinorum, aquis et aquarum meatibus ac cunctis earum attinenciis eisdem Blagona filio Jaco et Nicolao filio Stephani prout racione proximitatis et vicinitatis magis eis quam ceteris attinebant, in perpetuum et in filios filiorum suorum vendidimus, tradidimus et assignauimus possidendas, optinendas pariter et habendas. Mete vero ipsarum possessionum, prout prenominati magistri Stephanus, Lacho et Mychael homines nostri in registro nobis attulerunt, hoc ordine distinguntur: Prima meta incipit in capite Globochuch pataka in arbore tul cruce signata meta terrea circumfusa iuxta metas magistri Elia(!) fili Ladizlai, inde vadit ad orientem et peruenit ad arborem tul cruce signatam meta terrea circumfusam ibique vicinatur terre Beke fili Gregori, inde in oriente procedendo vadit ad arborem piri cruce signatam, deinde similiter in oriente cadit in arborem tul cruce signatam meta terrea circumfusam, deinde procedit ad orientem et salit viam vnam, circuitque fenetum vnum et peruenit ad arborem tul crnce signatam, inde per nemora vadit et peruenit ad antiquam arborem tul cruce signatam meta terrea circumfusam, exinde procedit ad meridiem in longo spacio et peruenit ad arbores has et gertyan vocatas cruce signatas metis terreis circumfusas, deinde vadit ad arborem fiz meta terrea circumfusam, inde per siccum riuulum tendit ad orientem et cadit in magnum riuulum Bekoch et per eundem riuulum Bekoch in magno spacio de quo exit ad siccam vallem vbi vicinatur terre Petri fili Dionisi, et per eandem vallem vadit ad occidentem et transit vnam viam et peruenit iuxta siluam Breztie prope metas Petri fili Dionisi, inde circa eandem siluam procedendo cadit in fluuium Breztoch, inde in longo spacio per eundem riuulum ad occidentem eundo cadit in fluuium Klokochoch, inde per eundem fluuium supra eundo vadit ad septemtrionem in longo spacio et ibi vicinatur terris Bogdani et Wlchink quondam iobagionum castri de Ryuche, de quo exit et vadit ad orientem et peruenit iuxta viam ad metam terream, ibi salit viam et cadit in vnam siluam in oriente,- in qua per arbores tul procedendo

peruenit ad priorem metam. Item statuimus et ordinauimus atque commisimus, quod prefati Blagona et Nicolaus de dictis possessionibus pro banosch[y]na triginta denarios et vnum singulis annis dare et soluere teneantur. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes eisdem Blagona et Nicolao concessimus litteras nostras priuilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas. Datum Zagrabie, quinta feria proxima post festum resureccionis domini, anno eiusdem MCCCXLmo primo.

Original u arkivu jugos/avenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1341.

Na listini visi nešto svilene vrvce crvene i zelene boje; pečat je otpao.

432.

1341, 16. aprila. U Avignonu.

Benedikt XII. ftafta piše kralju Karlu Robertu, neka dade izvesti osudu izrečenu nad Andrijom prepozitom požeškim.

Benedictus episcopus servus servorum dei. Carissimo in Christo filio Karolo regi Ungarie illustri salutem et apostolicam benedictionem. Urget nos, fili carissime, ad personam tuam singularis affectio et efficit caritas specialis, ut celsitudinem tuam non solum ad precavendum a noxiis, que deum offendunt et ledunt iusticiam, sed etiam ab hiis, que decori excellencie tue non congruunt, sed possent claritatem tui nominis obfuscare, paternis exhortacionibus inducamus. Habet siquidem dilecti filii Andree Benedicti prepositi ecclesie sancti Petri de Posaga Quinqueecclesiensis dioecesis exposicio facta, quod licet olim ipse, tunc archidiaconus de Iolna in ecclesia Quinqueecclesiensi existens, archidiaconatum suum de Iolna in eadem ecclesia cum quodam Andrea dicto Olvir, tunc preposito ipsius ecclesie sancti Petri, pro prepositura eiusdem ecclesie sancti Petri rite et canonice permutasset, et vigore permutacionis huiusmodi dicte prepositure fuissetcorporalem possessionem adeptus, quod tunc dictus Andreas Olvir postmodum prefatum Andream Benedicti per violenciam et iniuste prepositura spoliavit eadem, dictus Andreas Benedicti contra prefatum Andream Olvir nostras ad certum iudicem ad partes in consueta forma litteras impetravit, et tandem causa huiusmodi per appellationem ipsius Andree Benedicti ad sedem apostolicam legitime devoluta, dilectus filius magister Thomas Fastolf archidiaconus Norwicensis, tunc canonicus Bangorensis, cappellanus noster et auditor causarum palacii apostolici, cui causam huius-

modi audiendam commisimus, et fine debito terminandam, cognitis huius cause meritis et iuris ordine observato, de consilio coadiutorum suorum dicti palacii, quibus super hiis relacionem fecit fidelem, per suam diffinitivam sententiam pronunciavit, dictam prepositturam ad eundem Andream Benedicti pertinuisse, et pertinere debere de iure, eumque restituendum et reintegrandum fore ad possessionem prepositure predicte cum fructibus perceptis ex ea, et expensis coram ipso Thoma per ipsum Andream Benedicti in huiusmodi causa factis; et cum ab huiusmodi sententia appellatum non esset, dictus Andreas Benedicti super executione huiusmodi sententie nostras ad dilectum filium magistrum Willelmum de Norwico decanum ecclesie Lincolmensis, tunc archidiaconum Norwicensem, eius proprio nomine non expresso, et duos alios eius in ea parte collegas in forma solita iitteras impetravit, ac dictus Willelmus solus in huiusmodi executionis procedens negocio, prout ex ipsarum forma poterat litterarum, fecit processus in talibus fieri consuetos, ac eorum publicacionem in illis partibus faciendam certis personis commisit, et vices suas eciam super ulteriori execucione ipsius negocii, donec eas ad se duceret revocandas, dictusque Andreas Benedicti cum sententia, litteris nostris et processibus huiusmodi ad dictas partes rediens et credens executionem posse fieri prelibatam, invenit prepossituram ipsam per dictum Andream Olvir, dum viveret, qui lite predicta pendente decessit, in manibus tuis fuisse positam, et adhuc esse, ipsamque de mandato et favore tuis, ut fertur, detineri eciam occupatam, propter quod nullus ausus fuit processus publicare predictos, nec executionem facere memoratam, sicque idem Andreas Benedicti adhuc dicta prepositura remansit, et remanet spoliatus. Cum igitur altissimus reges et principes ad hoc populorum regimini preese voluerit, ut exercerent iusticiam ac eciam confoverent, nosque qui personam tuam brachiis paterne dilectionis amplectimur, cupiamus, ut in tuis operibus nichil reprehensibile valeat reputari, sed illa pocius exequaris, que ad laudem dei sint, **tuum** semper honortm adaugeant et salutem, ac deceat excellenciam tuam personas ecclesiasticas regni tui, ut suam asseqantur iusticiam, in hiis presertim, que apud sedem apostolicam ordine iudiciario decisa sunt, confovere, serenitatem regiam rogamus in domino et hortamur, quatenus pro divina et apostolice sedis reverentia atque nostra prefatum Andream Benedicti permittas dicta sentencia et eius execucione gaudere, ac impedimenta quelibet in premissis per te seu de mandato tuo apposita cum effectu mandare et facere amoveri, ita quod ex hoc, preter eterne retributionis premium tibi a domino proventurum, celsitudinem tuam' possi-

mus dignis in domino laudibus commendare. Datum Avinione, XVI. kalendas maii, anno VII.

Theiner Mon. Hung. I. 110. 'J64. pag. 641.—642. Iz reg. orig. an. VII. com. ep. 282.

433.

1341, 19. aprila. U Zagrebu.

Mikić ban nalaie kaptolu zagrebačkom, da obadje medje posjeda Klokočevca^ Pleterne, Mikete luke, vlasničtvo Ivana kastelana samoborskog i brata njegovog.

Viris discretis et honestis capitulo Zagrabiensis ecclesie amicis suis reurendis Mykch banus tocius Sclauonie amiciciam paratam cum honore. Magistri Johannes castellanus noster de Zamobor et Gud frater eius filii Michaelis familiares nostri nobis [dixerujnt, quod quedam possessiones eorum Nog Clokochouch, Pleterna, Mikete luke vocate reambulacione et metarum ereccione indigerent; quo circa amiciciam vestram requirimus presentibus diligenter, quatenus mittatis hominem vestrum pro testimonio fidedignum, quo presente magister [Stephanus filijus Jacobi castellanus noster de Susicha et Lachou filius Ladizlai uel Michael filius Blasii, aliis absentibus homo noster in faciem predictarum possessionum accedendo conuocatis eorum [commetaneis et vijcinis easdem per veteres et veras suas metas reambulet et ubi necesse fuerit nouas erigat metas iuxta veteres, si non fuerit contradi[ctum ; contrjadictores uero si qui fuerint et [siquidem] magistros Johannem et Gud filios Michaelis ad nostram citet presenciam ad terminum competentem et post hec diem citacionis terminum assignatum et nomina citatorum cum cursibus metarum nobis amicabiliter uelitis intimare. Datum Zagrabie, quinta feria proxima post octauas resureccionis domini, anno eiusdem MCCCXL primo.

Iz pisma kaptola zagrebačkog banu Mikiću od 9. jula 1341.
Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebti: Diplomata a. 1341.

434.

1341, 25. aprila. D Zadru.

Orlando Paladini obvezuje se, da će platiti 79 dukata Bartolu de Grisogonis za kupljenu sol.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo primo, indictione nona, die uigesimo quinto mensis aprelis(!), Jadre. Tempore domini Bartholomei Gradonico incliti ducis Venecie, et venerabilis patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, ac domini Justiniani Justiniano honorabilis comitis. Orlandus condam Paladini Fara per se et suos heredes et sucessores(i) sine aliqua exceptione iuris uel facti se obligando promisit Bartholomeo condam Mauri Bartholomei de Grisogonis ciui Jadre pro se et suis heredibus et sucessoribus stipulanti dare soluere et numerare sibi uel suis heredibus aut sucessoribus uel alii(!) pro eo suo iuss[u] cui idem creditor uoluerit uel mandauerit in ciuitate Jadre hinc ad per totum mensem ianuarium proxime uenturum septuaginta nouem ducatos et dimidium auri bonos legales et iusti ponderis. Quos ducatos auri confessus fuit et contentus eidem dare debere pro trecentis modis(!) salis que ab eo habuit, recepit et emit precio uiginti sex ducatorum et dimidii auri pro quolibet centenario modi. Quod si dictos ducatos auri eidem in dictis loco et termino non dederit et non soluerit, ut dictum est. promisit eidem persoluere atque dare quartum plus predicte quantitatis nomine pene stipulatione promissa et refectione dampnorum et expensarum litis et extra, obligando pro hiis omnibus et singulis obseruandis omnia sua bona, et pena soluta uel 'non, rata maneant omnia et singula suprascripta. Volens insuper dictus Orlandus pro predictis omnibus et singulis posse a dicto Bartholomeo uel eius procuratore in Ancona, Flumine, Obrouec et alibi ubique locorum, terrarum et fori et sub quocumque iudice inueniretur realiter et personaliter capi, conueniri, compelli, cogi, detineri et astringi efficaciter ad soluendum. Ad hec Paulus de Galcjgna ciuis Jadre precibus, instantia et rogatione dicti Orlandi se plecjarium, fideiussorem et principalem pagatorem constituens per se et suos heredes et sucessores solempni stipulatione se obligando promisit dicto Bartholomeo pro se et suis heredibus et sucessoribus stipulanti taliter facturus et curaturus omni exceptione remota, quod dictiis Orlandus omnia et singula a se promissa atendet et obseruabit; quod si omnia et singula a se promissa non atenderit et non obseruauerit, ut dictum est, ipse de suo proprio atendet et obseruabit, soluet et satis-

faciet integre cum effectu in dictis loco et termino et sub dicta pena et refectione dampnorum ef expensarum litis et extra et obligatione omnium suorum bonorum. Volentes insuper dicti Orlandus et Paulus, quod pro predictis omnibus et singulis dictus Bartholomeus possit se tenere ad quem ipsorum uoluerit in totum et partem reiterando, sicut et quociens uoluerit et sibi placuerit ita, quod ab uno ipsorum asumpta certa quantitate, ab alio seu ab omnibus residuum assumere possit, donec sibi integre solutum fuerit et satisfactum de sorte, pena, dampno, interesse et espensis. Actum est hoc et firmatum presentibus Raua condam Andree de Raua et Laurentio condam Francisci de Ciualellis, ciuibus Jadre, testibus ad hec uocatis et rogatis et aliis.

(Drugi rukopis.)

Ego Michael Cerni de Botono iudex examinator examinaui.

(Signum not.).

Ego Jacobus condam Bonacursi de Forliuio imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus predictis omnibus presens fui et rogatus scripsi et publicaui et signum meum aposui consuetum.

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru a. 1341.

435.

1341. 31. aprila. D Topuskom.

Ivan oftat Topuska potvrdjuj'e medje posj'eda ftlemenitim Jurjeviiima.

Nos frater Johannes abbas monasterii beate virginis de Thoplica, atque conuentus fratrum loci eiusdem memorie commendamus, quomodo nobiles Johannes et Laurandus(!) Iwryewych dicti de Berkus nostram venientes in presenciam supplicauerunt nobis humilime, quomodo nos ipsis possessiones porcionum simul cum metis eorundem renouaremus sigilloque nouitatis confirmare dignaremur. Nos itaque ad preces supplicacionesque ipsorum inclinati voluntateque moliti electis duodecim nobilibus de dicta Berkws pro maiori rei veritatis(!) pro aliorumque inpedimento vicinorum, videlicet et commetaneorum, que in futuro fieri posset, coram nobis iuramentum(l) ipsorum firmato retulerunt metas ipsas tali modo: Prima meta incipit de fluueo(!) Zelychnyk sub fonte Lowrandi per viam publicam, inde versa extitit per quandam fossam iuxta quendam fluuium a parte orientali et inde tendit penes Gayschycza ad quandam partem que vocatur Zwhodol. tandem ab illo loco tendit ad vnam aquam fluuiosam Hwtyna dictam et transeundo supra per eundem fluuium ad exitum per magnum spacium terre, venitque ad locum Yegydovbrod dicturn, inde tendit ad fluuium Peschenyk dictum vbi ma. . . . . ab eodem autem loco peruenit ad lapidem qui dicitur Ostrykamenab indeque tendit super montem ad Kalysche, ab inde per montem qui tendit ad vnam arborem querci gradin vulgariter dictum, ab indeque tendit per montem occidentalem ad partem per viam magnam per magnum spacium terre et vertitur ad partem sinistram ad vnum lignum ozkorusua dictum, indeque iterum per montem per viam publicam ad quoddam lignum populi topol dictum, tenditque per magnam viam ad partem sinistram silue Castanecz, per quam quidem viam venit ad metam primam Zelychnyk. Mete autem alterius particule terre que dicitur Lazyna incipiunt tali modo: Prima videlicet meta incipit a quercu vbi est meta filiorum Dragoyewych simul cum ecclesia, ab inde descendit penes villam Petrisewa per quoddam monticulum vsque viam, que ducit ad Pobresye; inde tendit ad partem occidentalem ad vnum lignum quercinum in radice curuum; inde venit ad quandam fossam que fluit de terris arabilibus et terminatur in meatu vbi cadit ad Kuppam, per eandemque seorsum per medium Kuppe per modicum spacium et exit de Kuppa sub silua Lazyna dictum(l) ad partem orientalem et venit ad vnum meatum aque que fluit ad Kuppam, per eundemque tendit supra paruum spacium et ascendit montem per vnam vallem, de valle tandem venit ad viam publicam vbi reuertitur et terminatur prima meta. Mete vero tercie particule terre in Lazyna penes mlakam site incipiuntur tali modo: Prima videlicet meta incipit in fluuio Kalynowecz, inde tendit ad lacum Piscoryewecz pereundoque ad aquilonem et terminatur in via Colnyk dictum que tendit versus domum Jantolowych, per eandemque ad angulum domus, de eadem domo pervenit ad vnam aquam Hutyna dictum(!) vbi est molendinum Jantolowych, per eandemque ad exitum tendit paululum ad vnum fontem ad plagam meridionalem, ab indeque tendit per viam vulicza dictam et peruenit ad quandam vallem, deinde quoque transit ad submontana Klanecz qui dicitur Pyschenyk, et per illam metam tendit ad partem occidentalem ad primam metam et sic ipse mete finiuntur; predicti vero duodecim nobiles fassi sunt habere supradictos Johannem et Louranth Iwryewych in campo terras arabiles ad viginti quatuor dietas. Quas litteras sigillo nostro roboratas denuo vel,ex nouo eisdem Johanni et Lowranth supradictis et per eos suis heredibus heredumque suorum successoribus legittimis damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irreuocabiliter tenendam, possidendam pariter et habetidam, contradictore nemine existente. Datum in sede nostra Thoplicensi,

feria secunda proxima post festum beati Georgii martyris, anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo primo.

Iz prijepisa z potvrde Andrije Thwskanycha, opata Topuskog od 12. marta 1523.

Prijepis ovaj nalazi se u arkivu zagrebačke nadbiskupije: Donacionaiia fasc. 7. no. 52.

436.

1341, 4. maja. U Zadru.

Nikola Vritković prodaje svoju kuću u Zadru Martinusiju Petra Zotta.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo primo, indictione nona, die quarto mensis madii Jadre. Tempore domini Bartholomei Gradonico incliti ducis Venecie, et venerabilis patris domini Nicolai de Matafaro decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, ac domini Justiniani Justiniani honorabilis comitis. Nicula condam Grisani Vritchouig, Jadrensis, iure directi dominii et plene proprietatis dedit, uendidit et tradidit Martinussio Petri Zotti, ciui Jadre, pro se et suis heredibus et successoribus' ementi et recipienti' totam unam suam domum lapideam positam Jadre in confinio castelli. Cui de austro possidet Fumia Chernolich, de quirina possidet dictus emptor et de trauersa uia publica, et cum omnibus et singulis, que infra predictos continentur confines uel alios, si qui forent ueriores, accessibus et agressibus suis usque.in uiam publicam, ad habendum, tenendum, possidendum et quicquid sibi et suis heredibus et successoribus deinceps perpetuo placuerit faciendum cum omnibus et singulis, que dicta domus habet super se uel infra, seu intra se in integrum, omnique iure et actione, vsu seu requisitione sibi ex ea uel pro ea re aut ipsi rei modo aliquo pertinente. Et hoc pro precio et nomine precii quadraginta librarum denariorum uenetorum paruorum, quod precium dictus uenditor confessus fuit et contentus se a dicto emptore habuisse et recepisse ac sibi integre datum, solutum et numeratum esse in bona, usuali et legali moneta, exceptioni non sibi dati e-t non soluti dicti precii et omni alii legum et iurium auxilio et omnibus statutis, prouisis, reformationibus, ordinationibus"et consuetudinibus ciuitatis Jadre pro eo in aliquo facientibus omnino renuncians. Quam rem dictus iienditor se dicti emptoris nomine conštituit possidere, donec de dicta re possessionem acceperit corporalem, quam

accipiendi sua auctoritate [et] retinendi deinceps ei licentiam omnimodam contulit atque dedit; necnon promittens per se et suos heredes et successores dicto emptori pro se et suis heredibus et successoribus stipulanti et recipienti litem, questionem aut controuersiam ei uel suis heredibus aut successoribus de dicta re, parte ipsius vllo tempore non inierre nec inferenti consentire, set ipsam rem tam in proprietate quam in possessione ei et suis heredibus et successoribus ab omni homine et persona legittime defendere et excalumpniare in ratione, et predictam uendictionem et precium solutum et omnia et singula supra et infrascripta firma et rata habere perpetuo et tenere, obseruare et adimplere et non contrafacere uel uenire per se uel alium aliqua ratione uel causa, de iure uel de facto sub pena quarti dicti precii in singulis capitulis huius contractus quotiens contrafactum fuerit in solidum stipulatione promissa, et pena predicta soluta uel non, presens contractus et omnia et singula in eo contenta in sua nichilominus perdure[n]t firmitate; item reficere et restituere sibi omnia et singula dampna et expensas ac interesse litis et extra. Pro quibus omnibus et singulis obseruandis obligauit dictus uenditor eidem emptori omnia sua bona presentia et fbctura(!). Actum est hoc et firmatum presentibus Georgio [condam] ? Marini Gerardi et Grisogono condam Francisci de Zadfulinis, ciuibus] Jadre, testibus ad hec uocatis et rogatis et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Damianus Zanzi de [Calci]na iudex examinator examinaui.

(Signum not.J

Ego Jacobus condam Bonacursi de ForJiuio, imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus predictis omnibus presens fui et rogatus scripsi et publicaui et signum meum aposui consuetum.

Original u gubernijal. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole no. 180.

437.

1341, 8. maja. U Spljetu.

Tvrdoš vojvoda Berislavič daruje svoju „villu Sochacem“ u Ceiini nadbiskupiji spljetskoj.

Thoverdos voivoda Berislauich de Vlassini othoc de Cetina nbn vi, non dolo neque aliquo alio sufismo(!) sed sua bona et spontanea voluntate dedit, cessit et donavit irrevocabiliter inter vivos pure, libere et

simpliciter domino archiepiscopo supradicto recipienti vice et nomine cathedralis ecclesie Spalatensis villam ipsius Thoverdosii vocatam Sochacem positam in Cetina versus Spalatum inter castrum Frini et Lucianum de confinio Pocesterue usque ad Caminizam, quod est confinium ipsius ville cum omnibus suis iuribus et actionibus et suis circumstantiis •et pertinentiis. Ad habendum, tenendum, gaudendum, usufructuandum et quidquid dicto domino archiepiscopo et suis successoribus predicte cafhedralis ecclesie deinceps placuerit perpetuo faciendum. Et hoc pro redemptione anime sue et suorum antecessorum et ad hoc, ut eius anima sit particeps orationum perpetualiter in ecclesia antedicta. Promittens dominus donator per se et suos heredes et successores dicto domino archiepiscopo pro se et suis successoribus vice et nomine prelibate ecclesie recipienti dictam donationem non revocare occasione ingratitudinis neque aliqua alia ratione vel causa, de iure vel de facto, et dictam donationem perpetuam, firmam et ratam habere et tenere cum, refectione damnorum et expensarum litis et extra et obligatione omnium suorum bonorum presentium et futurorum. Actum Spalati in camera dicti archiepiscopatus, presentibus Micha de Madii Petri, et Francisco Damiani, testibus ad hoc vocatis et rogatis.

Pred listinom nalazi se:

Donatio:

»Touerdosii vaivode Berislauich de Vlassiniotkoc de Cetma facta de villa Sochacem in Cetina. Dominico archiepiscopo Spalalensi, anno domini MCCCXLI.«

Exemplum sumptum ex libro instrumentorum quondam Joannis de Ancona olim cancellarii communis Spalati ad cartam 54. tergo.

Die S. r.iaii 1341.

Donatioms u biskupskom arkivu u Spljetu. L. 97.—98.

438.

1341, 15. maja. U Trogiru.

U velikom vijeću trogirskom zaključuje se, da onaj, koji ieli postah viječnik, ima upraviti molbu knezu i njegovoj kurij'i od 8 članova.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem 1341., indictione X.[1], die 15. mensis madii. Convocato, congregato maiori et generali consilio communis et hominum Tragurii in palatio dicti communis sono campane et voce preconia, ut moris est de mandato egregii et potentis viri domini Nicolai Barbadico honorabilis comitis civitatis Traguriensis,

[1] Pogrešno, ima biti: IX.

prius inter dominos de eius curia, qui cum eo fuerunt numero 8 facto partito, et eorum nemine discrepante predictus dominus comes proponit et proponi facit, quod cum plures petant esse consiliarii, et de hoc porigant petitiones et illi, qui sunt ad sezum respiciant sibi ante nolentes alicui displicere; propterea ponatur in hoc consilii pars, quod detur libertas et licentia ipsi domino comiti, quod in ipso consilio pro bono et conservatione hominum et civitatis Traguriensis, ipse solus possit ponere talem partem prout sibi videbitur, et dicta pars ponatur ad scruptinium per bussolas et ballotas, si maiori parti predicti consilii videbitur esse bona et placebit, sit firma; et si predicte maiori parti non placebit, sit valoris nullius et momenti. In reformatione cuius consilii, in quo fuerunt 67 consiliarii et facto partito inter eos ad bussolas et ballotas super libertate danda dicto domino comiti, deponendo partem predictam in consilio generali, ut superius denotatur, placuit ponentibus eorum ballotas in bussola alba, et fuerunt numero 60, quod dictus dominus comes ipsam partem ponere possit et debeat non obstantibus 7., qui eorum ballotas in bussolam rubeam posuerunt. Item simili modo-facto partito per prefatum dominum comitem ad bussolas et ballotas super partem per ipsum ponendam, et libertate sibi data per curiam 8. et maius consilium que pars est. Quod ipse animadvertens preterita, sapientis interest providere futura, et quod prout reperitur in istoriis Romanorum, necnon aliorum nostrorum antiquorum, quod civitatesv que divisiones inter se habuerunt surt destructe, et ad ruinam taliter devenerunt, eo, quod homines ipsarum existentes divisi, et volentes magnificare quilibet partem suam procurraverunt et fecerunt, quod amicl ipsorum ponerentur in consiliis earundem ad hoc, ut possent ad suum intentum facilius pervenire. Ideo ipse dominus comes bonum statum pacificum et quietum hominum civitatis et districtus Traguriensis cupiens,. et afectans, dicit et proponit, quod si aliquis pro volendo esse consiliarius, poriget petitionem aliquam secundum reformationem factam tempore domini Marci Celsi comitis Traguriensis, quod illa talis petitio debeat porigi domino comiti et sue curie de octo, facto inter eos partito ad bussolas et balotas obtineatur et capiatur per septem eorum, qui sunt numero novem, et si sic non erit, quod illa talis petitio non possit legi in maiori consilio, nec de ipsa poni pars, et si caperetur. et obtinebitur inter dominum comitem et curiam de octo, ut est superius. denotatum, quod illa talis petitio debeat legi in maiori consilio, et posito ad bussolas et balotas, quod debeat capi et obtineri per tres partes. dicti maioris consihi congregati, alias sit nullius valoris et efficacie; placuit ponentibus eorum ballotas in bussolam albam, qui fuerunt numero-61, quod dicta pars debeat esse firma et valoris et efficacie, ac vim et.

efficaciam debeat obtinere, non obstantibus sex, qui eorum balotas posuerunt in bussolam rubeam. Item simili modo facto partito per dictum dominum comitem ad bussolas et ballotas super eo, quod dictus dominus comes proponi facit, quod aliquis poriget petitionem pro essendo consiliarius, et ipsa petitio non capitur per dominum comitem, et suam curiam, qui sunt numero 9. per modum superius denotatum, non possit porigere petitionem ad hoc aliquo modo, causa vel ingenio usque ad sex menses proximos, et similiter si petitio esset capta inter dictum dominum comitem et suam curiam, et non caperetur per maius consilium, ut supra dicitur, non possit amplius porigi domino comiti nec sue curie, vel generali consilio infra dictum tempus sex mensium, et quod dicta reformatio non possit nec debeat revocari vel dispensari, nisi per tres partes curie de 8., et maiori consilio, placuit ponentibus eorum ballotas in bussolam albam, que fuerunt numero 64, quod dicta pars debeat esse firma et efficax, et quod vim reformationis obtineat et statuti, non obstantibus, qui eorum ballotas in bussolam rubeam iu contrarium posuerunt.

Lucius Mem. di Trau. 228.—229.

439.

1341, 3. juna. U Višegrađu.

Ladislav biskup pećujski daje dozvolu Ladislavu biskupu zagrebačkom, da postupa protiv buntovnika u njegovoj diocezi.

Ladizlaus miseracione diuina episcopus Quinqueecclesiensis vniuersis sue dyocesis presencium noticiam babituris salutem in domino. Ad peticionem domini Ladizlai dei et apostolice sedis gracia episcopi Zagrabiensis hanc graciam infrascriptam sibi duximus concedendam, quod omnes malefactor.es. detentores et occupatores ipsius bona episcopalia et sue ecclesie quqmodocumque et persone su[e] insidiatores possit et valeat vniuersos ,et singulos ecclesiastica censura percellere et contra eos procedere, ac si in sua dyocesi et in eadem haberent domicilium principale, neminem in premissis excipiendo in quolibet premissorum nostra auctoritate mediante. Quam nostram auctoritatem sibi in premissis et quolibet§ premissorum procedendi per censuram ecclesiasticam contra predictos, donec satisfactionem sibi et sue ecclesie impendant, tociens quociens uoluerit concedimus et damus in hiis scriptis. Datum in Wyssegrad, in octauis festi penthecostes, anno domini MCCCXL^{0} primo.

Iz kodeksa : Liber privileg. episc. Zagrab. list. 80.
Kodeks u arkivu nadbiskupije ti Zagrebu: I. B. IX. 167.

440.

1341, 3. juna. U Višegradu.

Karlo kralj ugarski i hrvatski nalaie pozezkom kaptolu, da podijeh imanja Gornju Koprivnicu i Donju Kamaricu medju Sfjepanom županom piliškim i Nikolom sinom Ambrozovim.

Karolus dei gracia rex Hungarie fidelibus suis discretis viris capitulo ecclesie beati Petri de Posaga salutem et graciam. Cum magister Stephanus comes Pelesiensis(l) et castellanus Wyssegradiensis cum Nicolao filio Ambrosii fratre Georgii Sclaui in possessionibus eorum Alsowkamaricha et Felsewkaproncha emta ab Vgrino filio Barlews vocatis in comitatu de Posaga existentibus perempnalem diuisionem habere velint et nos Pycuzio vicecomiti et iudicibus nobilium de dicto comitatu de Posaga commiserimus, ut ipsi coram uestro testimonio in possessionibus predictis diuisionem in octauis festi beati Jacobi apostoli nunc uenturis facere debeant peremnalem inter partes prenotatas, excepta quadam porcione ipsius possessionis Alsowkamaricha ex parte orientis adiacentis per nos ipsi magistro Stephano collata, que ad diuisionem poni non debet, sed sine diuisione ipsi magistro Stephano remanebit. Qua propter fidelitati uestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem ydoneum et fidedignum pro testimonio, coram quo dicti Picuzyus et iudices nobilium in dictis possessionibus diuisionem faciant perhempnalem et post hec seriem ipsius diuisionis nostre maiestati fideliter rescribatis. Datum in Alto Castro, in octauis festi penthecostes, anno domini millesimo CCCmoXLmo primo.

Iz izvješća kaptola požeškog-. od 17. augusta 1341., kako ga prepisao kaptol budimsk i 12. februara 1419.
Original u kr. ugarskom drž. arkivu u Budimpešti: M. 0. D. L. no. 34.101. — Stara signatura : N. R. A. fasc. 647. no. 23.

441.

1341, 6. juna. U Zadru.

Jakov de Fafogna uzajmljuje od skrbnika nasljednika pokojnog Nikole Jurise svotu novaca.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo primo, indictione nona, die sexto mensis iunii,, Jadre. Tempore domini Bartholomei Gradonici incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gratia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Justiniani Justiniani egregii comitis. Fateor ego Jacobus condam Desse de Faffona, ciuis Jadre, me recepisse a uobis domina Dessa relicta Grisogoni de Tampagno, Nicolao de Carbonis et Gregorio de Figasolis, ciuibus Jadre, prout a curatoribus hereclum olim Nicolai do Jurisso libras centum quadraginta denariorum paruorum de denariis dicte curatorie tenendas ad omnem meam uoluntatem et utilitatem usque ad diem sextum decimum mensis maii proxime futuri; in fine atem (!) predicti termini debeo uobis dictam monetam soluere cum tali et tanto lucro uel contrario clarefacto quale personaliter[1] fecerit Michael de Meco de Veneciis, mercator Jadre, hic in Jadra in stacione sua pro rata pecunie et temporis, dummodo lucrum predictum non possit ascendere aut computari in hanc pecuniam ultra libras decem paruorum pro centenario. Que omnia et singula predicta pro modo predicto ego dictus Jacobus per me meosque heredes et successores me obligo et promitto attendere, adimplere et obseruare uobis predictis curatoribus uestrisque heredibus et successoribus subpena quarti et omnium expensarum litis et extra super me et bonis meis omnibus, rato manente instrumento prefsenti], omni excepcioni remota nullo qu . . . dem pretermisso obstante. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Francisco de Vrsulino et Johanne filio Damiani Michaelis de Varicassis, ciuibus Jadre et aliis..

(Drugi rukopis).

j Ego Marinus Zancii de Calcina iudex examinator examinaui.

(Signum not.)

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo meo et nomine roboraui.

Original u arkivu grofova Begna u Posedarju : P. no. 73.

[1] Moglo bi biti i »pariter«.

442.

1341, 19. juna. U Zadru,

Frane de Grisogonis gradjanin zadarski očituje, da je priviio 1600 libara kao iniraz od svoje zene Pelegrme de Saladims.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo primo, indicione nona, die decimo nono mensis iunii, Jadre. Tempore domini Bartholomei Gradonico incliti ducis Venecie, et venerabilis patris domini Nicolay de Matafaris decretorum doctoris, archiepiscopi Jadre, ac domini Justiniani Justiniano honorabilis comitis. Francischus condam Berthi' de Grisogonis ciuis Jadre confessus fuit et contentus se habuisse et recepisse ac sibi integre datas, solutas, numeratas et traditas esse a domina Pelegrina filia Cosse de Saladino ciue Jadre> eius vxore tempore contracti matrimonii in dotem et dotis nomine mille sexcentas libras denariorum venetorum paruorum in bona usuali et legali moneta, excepcioni non sibi date, non solute, non tradite et non numerate dicte quantitatis pecunie siue dotis. ut dictum est, et omni alii legum et iuris auxilio et omnibus statutis, promissionibus, reformacionibus, ordinamentis et consuetudinibus ciuitatis Jadre pro eo in aliquo facientibus omnino renuncians. Nec non promittens per se et suos heredes et successores dicte domine Pelegrine eius vxori pro se et suis heredibus et successoribus stipulanti ipsas guardare, custodire, tenere et saluare secundum consuetudines et statuta Jadre ac soluere, dare et restituere eidem aut eius heredibus et successoribus, siue cui ius et casus dederit ipsas mille sexcentas libras denariorum paruorum in omnem causam et euentum dotis restituende sub obligacione omnium suorum bonorum. Actum est hoc et firmatum presentibus Jacobo condam Benedicti de Matafaris et Nicolao condam Grisogoni de Butouano, ciuibus Jadre testibus ad hec vocatis et rogatis et aliis.

Ego Volcina Petri de Matafaro iudex examinator manum misi.

Ego Jacobus condam Bonacursi de Forliuio imperali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus predictis omnibus presens fui et rogatus scripssi et publicaui et signum meum apposui consuetum.

(Drugi rukopis).

j Ego Benedictus condam Nicolai Galeli iudex exsiminator(i), quia hoc exsemplum cum otenticho(!) concordare inueni, ideo me subscripsi.

Ego Nicholaus Christofori de Grubogna iudex examinator autencum uidens et in presenti concordari inueni, ideo me subscripsi.

(Signum not.).

Ego Bartholomeus filius condam ser Paganini de Bononia olim cancellarii Jadre, publicus imperiali auctoritate notarius et Jadre iuratus, quia hoc exemplum supradicti instrumenti cum supradictis dominis examinatoribus concordare cum suo autenticho inueni, ideo me subscripsi.

(Монод. not.)

Ego Petrus dictus Perenganus condam domini Aconis de Lemicetis de Padua imperiali auctoritate notarius, et quia hoc exemplum per me excultatum (!) cum suo auctentico concordare inueni, me subscripsi.

(Signum not.J

Ego Laurencius de Alesandrinis de Regio publicus imperiali auctoritate notarius et Jadre iuratus supradictum exemplum extrassi(!) et in hanc publicam formam redegi nichil ex ipso adendo uel diminuendo preter forsan literam uel silebam(!), que senssum(!) non mutat nec variat intelectum.

Original u arkivu samostana sv. Marije u Zadru. a 1341.

443.

1341, 26. juna. U Zadru.

Samostan sv. Demetrija zalaie Jakovu de Fafogna svoje zemlje na Velikom otoku na 12 godina.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis emsdem millesimo trecentesimo quadragesimo primo, indictione nona, die vigesimo sexto mensis iunii, Jadre. Tempore domini Bartholomei Gradonici incliti ducis Venecie, et venerabilis in Christo patris domini Nicolai de Matafaris de Jadre(!) decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gracia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Justiniani Justiniani egregii comitis. Domina Gracia de Betono priorissa monialium monasterii sanćti Demetrii de Jadra sub cura ordinis sancti Dominici conuentus Jadre una cum infrascriptis dominabus sororibus seu monialibus eiusdem monasterii ad sonum campane, ut est solitum, in monasterio predicto congregate, videlicet sorore Ch . . . chia de Arbo, sorore Femia . . . . Nicole de Arbo, sorore Thomasina Georgii, sorore Femia Guidi [de] Matafaris, sorore Catharina de Ginano, sorore Benedicta de Cauatis et ceteris aliis sororibus eiusdem monasterii de consensu et uoluntate nobilis viri Miche de Cadolinis aduocati eius monasterii dederunt et locauerunt uice et nomine dicti monasterii nobili

viro Jacobo condam Dese de Fafogna ciui Jadre pro se suisque heredibus et successoribus recipienti omnes terras mundas et immundas eiusdem monasterii cum omnibus terraticis vinearum prefati monasterii positas in insula Magna in loco uocato Bosaua, cum omnibus suis pratis, siluis, gays, pascuis, aquis, arboribus et nemoribus, necnon cum omnibus suis certis terminis, confinibus, iuribus proprietatibus, actinenciis(l), habenciis et pertinenciis ipsi monasterio ex ipsis rebus afictatis modo aliquo pertinentibus, pro annis duodecim proxime futuris, ad habendum, tenendum, possidendum tempore pacis ad omnem suam suorumque heredum et successorum utilitatem, comodum et profectum tamquam rem locatam; excepto quandam vineam propriam ipsius monasterii, et quandam aliam vineam Striani positam ibi in terra dicti monasterii ac eciam ortum eiusdem monasterii, quas dictas duas vineas et ortum dicte domina priorissa et moniales in se retinere uoluerunt, et quandam domum cum curia ibidem positam; ita tamen, quod quociencumque tempore uendumiarum(!) dicto Jacobo indigerit dicta domo et curia infra dictum tempus, possit ipse Jacobus ipsam domum cum ipsa curia habere ad sui comodum. Pro afictu seu possessione dictarum rerum locatarum dictus Jacobus promisit per se suosque heredes et successores et se obligauit eisdem domine priorisse et monialibus recipientibus nomine et uice dicti monasterii dare et soluere eisdem annuatim in quolibet festo natiuitatis domini libras quinque et dimidiam venetorum grossorum per totum predictum tempus duodecim annorum sub pena quarti in quolibet termino et omnium expensarum litis et extra, qua soluta uel non, presens instrumentum ratum maneat, sub obligacione bonorum dicti' Jacobi presencium et futurorum. Pro quo quidem afictu dictus Jacobus dedit et soluit eisdem dominabus ad presens libras quinque et dimidiam venetorum grossorum pro solucione afictus primi anni predicte locacionis, prout ipse contente et confesse fuerunt. Que omnia et singula supradicta dicte domina [priorissa] et moniales eiusdem ex parte una per se suosque successores nomine et uice dicti monasterii, et dictus Jacobus per se suosque heredes 2t successores suo proprio nomine ex altera promiserunt uicissim, silicet una pars alteri, firma et rata habere et non contrafacere uel uenire de iure uel de facto aliqua. racione uel causa sub pena librarum trecentarum paruorum soluendarum per partem non obseruantem parti obseruanti et refeccione dampnorum et expensarum litis et extra, qua soluta uel non, omnia et singula supradicta et infrascripta firma perdurent; ita tamen, quod in facto solucionis dicti afictus non intelligatur maior pena nisi tantum quartum,ut supradictum est. Promittentes insuper dicta domina priorissa et moniales per se suosque successores uice et nomine dicti monasterii eidem Jacobo pro se suisque heredibus et successoribus

stipulanti et recipienti dictas res locatas, ut predicitur, excalumpniare et defendere per totum predictum tempus in racione ab omni homine et persona, colegio et uniuersitate sub obligacione bonorum dicti monasterii presencium et futurorum. Ceterum dicte partes uoluerunt, quod de dicta locacione duo in(i) instrumenta publica uniusque eiusdem tenoris confici debeant, silicet cuilibet parti unum. Actum est hoc et firmatum pressentibus Francisco de Vrsolino ciue Jadre et Canoto olim Cipriani de Absaro habitatore Jadre, testibus ad hec uocatis et rogatis et aliis.

(Drugi rukopis.)

Ego Uolcina Petri de Matafaro iudex examinator manum misi.

Ego Maurus de Cosica imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus interfui rogatus, ut audiui scripsi et roboraui.

(Monogr. not.J.

Original na perg. u ark. grof. Begna u Posedarju. P. no. 76.

444.

1341, 27. juna. U Senju.

Radoslav liskup krbavski podjeljuje oprost od 40 dana svima, koji bi pomogli crkvi sv. Mickalja ili sv. Marije u Ostrovici.

Frater Radoslauus dei gratia Corbauiensis episcopus vniuersis et singulis Christi fidelibus presentes licteras(!) inspecturis salutem in domino sempiternam. Splendor paterne glorie qui sua mundum ineffabili claritate illuminat pia uota fidelium de clementissima eius maiestate sperancium tunc benigno precipue fauore prosequitur, cum deuota ipsorum humilitas sanctorum meritis et precibus adiuuatur. Cupientes igitur ecclesias et loca sacra, videlicet sancti Michaelis in castro Ostrouicie et sancte Marie sub eodem castro digne laudum titulis ueneranda congruis honotibus frequentari et a Christi fidelibus iugiter uenerari, de omnipotentis dei misericordia et gloriose Marie virginis matris Christi ac beati Michaelis arcangeli, sub quorum uocabulis fuerunt dicte ecclesie fabricate coniisi suffragiis, omnibus uere penitentibus et confessis, qui diebus dominicis et festiuis predictas ecclesias seu ipsarum alteram deuocionis et oracionis causa uisitare curauerint et de bonis sibi a deo collatis eis uel earum alteri beneficia porexerint caritatis, quadraginta dies de iniuncta sibi penitencia misericorditer in domino relaxamus. In cuius rei testimonium presentes licteras nostri episcopalis sigilli appensione iuximus(!) communiri. Datum Segnie, die vigesimo septimo mensis iunii, anno domini

millesimo trecentesimo quadragesimo primo; dummodo de predictis diocesani consensus interuenerit.

Original na perg. u gtibern. arkivu u Zadru odio sanwstana sv. Dominika no. 714.

Na listini vidi se trag, gdje je ob uzici visio pečat.

Farlati Illyr. sacr. IV. 96. krivo datira za 26. juna.

445.

1341, 1. jula. U Zagrebu.

Kaptol zagrebački prepisuje povlasti Petrinje.

Nos capitulum ecclesie Zagrabiensis significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis, quod Nicolaus villicus et Laden ciuis libere ville de Petrina suo et nomine vniuersorum ciuium de eadem ad nostram personaliter accedentes presenciam exhibuerunt nobis quoddam priuilegium domini Ladizlai olim regis Hungarie felicis memorie petentes, vt idem transcribi et nostri sigilli apposicione faceremus consignari. Cuius tenor talis est: *(Slijedi listina Ladislava kralja od g. 1274.J.* Nos autem peticionibus eorundem annuentes maxime, quia idem priuilegium invenimus non abrasum non cancellatum nec in aliqua sui parte viciatum, idem de uerbo ad uerbum transcribi et nostri sigilli apposicione fecimus consignari. Datum in octauis festi natiuitatis beati Johannis Baptiste, anno domini MCCCmo quadragesimo primo.

Original u kr. ugar. državnom arkivu u Budimpešti: M. 0. D. L. no. 33.914. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 1531. no. 3.

Na listini visi nesto rumene svilene vrvce; pečat je otpao.

446.

1341, 9. jula. U Zagrebu.

Kaptol zagrebački obavješćuje Alikića bana, da je po njegovom nalogu od 19. aprila 1341. obašao medje posjeda Klokočevca, Pleterne i lAiketeluke:

Magnifico viro domino Mykch bano tocius Sclauonie capitulum ecclesie Zagrabiensis oraciones pro eo ad dominum. Litteras magnificencie vestre nos noueritis recepisse in hec uerba: *(Slijedi listina bana Mikića*

od 10. aprila 1341.). Nos igitur mandatis uestris obtemperare uolentes cum predicto magistro Stephano homine uestro discretum virum Petrum rectorem ecclesie et plebis beati Nicolai de Koproncha ad premissa pro testimonio transmisimus, qui demum ad nos redeuntes nobis retulerunt, quod, dum idem magister Stephanus homo uester presente ipso homine nostro ad faciem predictarum possessionum accessisset, easdemque conuocatis vicinis et commetaneis et presentibus iuxta tenorem vestrarum litterarum reambulare uoluisset, Petrus filius Dionisii suo et nomine Nicolai ac Johannis filiorum Dominici fratris sui; item Thomas filius Lucachii se opposuerunt contradicendo, sed tandem ad nostram personaliter accedentes presenciam ipse Petrus suo et nomine dictorum filiorum Dominici fratris sui, tamquam tutor et procurator eorundem et Thomas prenotatus suam contradiccionem mutauerunt in consensum et sic nullo penitus contradicente predictas possessiones [cum earum vtilitatibus][1] reambulauit et metis infrascriptis distinxit, [quarum][2] prima incipit a parte septemtrionali de fluuio Zrednik, ubi est arbor has cruce signata meta terrea circumfusa, inde ad arborem pomi cruce signatam meta terrea circumfusam, ab hinc a parte orientali procedit iterum ad arborem pomi cruce signatam meta terrea circumfusam, deinde ad arborem tul similiter cruce signatam meta terrea circumfusam, deinde procedendo a parte orientali venit ad duas arbores, quarum vna est tul et alia gertian, cruce signatas metis terreis circumfusas, inde iterum ad arborem tul cruce signatam meta terrea circumfusam, ab hinc a parte orientali procedendo venit ad riuum Pleterna dictum, circa quem est meta terrea, inde uersus meridiem tendit infra per eundem riuum et venit ad transitum eiusdem ubi est meta terrea, deinde procedit uersus occidentem per magnam viam et venit ad campum vbi est arbor piri troncata meta terrea circumfusa, inde directe procedendo uersus occidentem per eandem viam uenit ad arborem tul cruce signatam meta terrea circumfusam, deinde procedendo uersus meridiem venit ad metam terream, ab hinc kerum ad metam terream, ab hinc procedit circa siluam Lasscen dictam, iterum ad metam terream, inde circa eandem siluam procedendo in magno spacio a parte meridionali venit ad quandam siluulam circa eandem constitutam ad viam circa quam sunt mete teree, de quibus tendit ad arborem fiiz cruce signatam meta terrea circumfusam, ab hinc procedit uersus occidentem infra circa aquam Plaunicha in magno spacio ubi vicinatur terre Jacobi filii Michaelis ubi est puteus qui dicitur Bzouizdenech, inde uadit ultra viam e parte meridionali et venit ad arborem

[1] Precrtano istom tintom.

[2] Precrtano istom tintom, nad tim stoji napisano drugom rukom i tintom »hoc ordine agatur meta.«

ichar cruce signatam meta terrea circumfusam, que est in capite riui Bunesin dicti, inde per eundem riuum infra procedendo in magno spacio cadit in aquam Chasma ubi aqua Plaunicha cadit in eandem et ibi vicinatur terre nobilium de genere Mile, inde procedit supra per eandem aquam Plaunicha in bono spacio et venit ubi vicinatur terre predictorum Petri filii Dionisii et Johannis ac Nicolai filiorum Dominici fratris sui, inde supra procedendo in bono spacio vadit et vicinatur terre Blagona et Stephani, inde tendit ad aquam Plaunicha ubi est pons uersus septemtrionem ad magnam viam ubi sunt arbores tul, et per eandem viam uadit ad riuum qui dicitur Kiusbukouch et per eundem supra procedendo uersus orientem venit ad troncatam arborem piri, ab hinc directe procedendo transit viam et venit ad dumum ichar, inde procedit uersus orientem et cadit in riuum Zrednik, circa quem est arbor tul cruce signata meta terrea circumfusa, et per eundem supra procedendo venit ad. metam primitus nominatam; mete autem possessionis Pleterna incipiunt per continuas metas terreas, cuius medietas est Thome prenotati et alia medietas magistrorum Johannis et Gud predictorum. Datum feria secunda proxima post octauas apostolorum Petri et Pauli beatorum, anno supradicto.

Na hrptu: „Ma[gnifico vi]ro domino Mykch bano tocius S[clau]onie.«

Origznal u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1341.

Na hrptu vidi se trag ovalnog pritisnutog pečata, kojim bijaše listina zatvorena.

447.

1341, 2. augusta. U Rovištu.

Ivan stn župana roviičanskoga Pavla daje fismo o komadu zemlje u žufaniji Rovištu.

Nos magister Johannes filius Pauli comitis de Royche et castellanus de Kaproncha tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod accedens ad nostram presenciam Jacobus filius condam Belud exhibuit nobis litteras patentes condam Junas terestris comitis de eodem Royche pro quadam particula terre in eodem comitatu Royche existentis in hunc modum continentes, quod Dragouan filius eiusdem Jacobi mediante suo sacramento de sacertote(l) sancte crucis de Velika pro se iusti-

[3] Prije »et« precrtano -ad«.

ficasset, prout nos in eisdem litteris comitis Junas vidimus contineri; eo modo predicta particula terre cum omnibus utilitatibus universis, prout idem Dragouan tenuit et possedisset, redimus et restituimus Jacobo antedicto nepoti suo more aliorum predialium iure perpetuo possidendam et nostris litteris patentibus antedicto Jacobo ipsas litteras confirmavimus; ad reambulandam vero terram prefatam, comitem Corardum filium Sixti officialem nostrum, Lubenum terrestrem comitem de Royche, Benedictum filium Wlketa transmisimus; qui quidem redeuntes ad nos nobis retullerunt, quod in presencia vicinorum et commetaneorum suorum, videlicet Monch et Fyntha ac Nicolay filii eiusdem Monch deambulassent, qui in nullo contraxissent, sed magis eidem Jacobo consensum et assensum prebentes. Cuius quidem particule sunt mete inferius scripte. Prima incipit iuxta magnam viam, iuxta metas ecclesie sancte crucis et per eandem magnam viam in longo spacio venit ad arborem tul cruce signatam meta terrea circumfusam ad meridiem, deinde ad occidentem ad arborem tul cruce signatam meta terrea circumfusam; inde vadit infra similiter ad occidentem ad puteum, deinde per meatum putei in valle Vinirne(?) vadit infra per longum spacium per meatum in antiquo rivulo ad fenetum et per fenetum vertitur ad meridiem per meatum dicti rivuli et ad occidentem cadit in fluvium Zelne et per eundem rivulum vadit longe ad meridiem, inde ad occidentem ad arborem tul cruce signatam meta terrea circumfusam, inde vadit recte ad occidentem ad montem ad arborem piri dicti veche cruce signata meta terrea circumfusa. Ibi separat terram Monch et Fyntha filii Chernomir. Inde per eundem montem in viam unam ad partes australes longe ad metam terream iuxta metas ecclesie prenotate, deinde ad partes orientales cadit infra iuxta terram ecclesie venit ad arborem thul cruce signatam meta terrea circumfusam, inde vadit ad fluvium Selne(!) ad arborem eger cruce signatam meta terrea circumfusam, deinde exit ad meatum unius putei et cadit ad puteum et ad priorem metam, ibique terminatur. In cuius rei memoriam concessimus nostras litteras patentes sigillo nostro roboratas Datum feria quinta proxima ante festum beati Dominici confessoris anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo primo.

Original u kr. ugar. držav. arkivu u Budimpesti: M. O. D. L. — Stara signatura: N. R. A. fasc. 516. no. 7.
Pečat na crvenoj i zelenoj svili.
Prepisao Ivan Kukuljević.

448.

1341, 17. augusta. U Požegi.

Kaptol foieški po nalogu kralja dijeli posjede Gomju Koprivnicu i Donju Kamaricu izmedju Stefana župana Piliškoga i Nikole sina Ambrozova.

Excellentissimo domino suo Karolo dei gracia illustri regi Hungarie, capitulum ecclesie beati Petri de Posaga oraciones in domino debitas et deuotas. Recepimus litteras vestre magnitudinis sub anulari sigillo hunc tenorem continentes: *(Slijedi listina kralja Karla od 3. funa 1341.).* Nos igitur mandatis vestre excellencie obedire cupientes, ut tenemur, secundum earundem litterarum vestrarum continenciam cum predicto Picuz^^o[1] vicecomite et Iwan filio Jacobi comite terestri dicti comitatus de Posaga hominibus vestre excellencie nostrum hominem Johannem succentorem chori nostri ad exsequendum premissa pro testimonio transmisimus, qui postmodum ad nos reuersi nobis pariformiter retulerunt, quod idem comes Pituz(!) et comes Iwan filius Jacobi presente dicto testimonio nostro inter supradictum magistrum Stephanum comitem Pelesiensem et castellanum de Vyssegrad, ac Nicolaum fiilium Ambrosii filii Georgii Sclaui in supradictis possessionibus eorum Alsowkamaricha et Felselkaproncha vocatis in predicto comitatu de Posaga existentibus, excepta quadam porcione ipsius possessionis Alsowkamaricha nominate a parte orientali adiacentis per vestram excellenciam ipsi magistro collata, que sine diuisione permansisset, in prescriptis octauis festi beati Jacobi apostoli proxime preteritis iuxta mandatum vestre sublimitatis diuisionem fecissent perhempnalem tali modo, videlicet, quod de dimidietate ville Alsokamaricha nuncupate pars a parte meridionali existens cum terris arabilibus iuxta eandem partem adiacentibus et aliis vtilitatibus vniuersis, exceptis terris[4] arabilibus iuxta fluuium Oriaua existentibus, que metis infrascriptis separabuntur, cessisset prenominato Nicolao filio Ambrosii in porcionem suam et alia pars dimidietatis eiusdem ville iuxta eandem partem, a parte aquilonis adiacens metis et terminis infrascriptis circumdata cum terris arabilibus intra easdem metas adiacentibus cessisset in porcionem magistri Stephani castellani de Vissegrad prenotati. Item pars alie medietatis prelibate ville iuxta porcionem ipsius magistri Stephani a parte superiori adiacens cum vtilitatibus vniuersis prouenisset prenominato Nicolao filio Ambrosii in suam porcionem, et alia pars medietatis iamdicte

[1] U drugoj listini »Pituzio«.

ville, videlicet finalis a parte aquilonis adiacens metis infrascriptis distincta et separata deuenisset in porcionem magistri Stephani memorati. Cuius scilicet primarie porcionis dicti magistri Stephani, prout idem homines vestri et noster nobis retulerunt prima meta incipit a parte orientali iuxta quandam siluam, dictos scilicet magistrum Stephanum et Nicolaum communiter pertinentem in capite cuiusdam fluuii Cherna potoka vocati, inde directe eundo iuxta terras eiusdem Nicolai versus occidentem cadit in fluuium Kamaricha et transit ipsum fluuium simyliter(l) uersus occidentem et peruenit ad magnam arborem nyar, inde adhuc similiter uersus occidentem iuxta terram eiusdem Nicolai eundo ascendit in berch et peruenit ad arborem byk, ab hinc eciam uersus occidentem eundo venit ad metam terream, deinde similiter uersus occidentem eundo peruenit ad berch in commetaneitatem terre Grad potoka vocate, de hinc flectitur uersus aquilonem et peruenit ad arborem twl, inde declinat uersus orientem et eundo secus terras pretacti Nicolai filii Ambrosii peruenit ad duas arbores twl vbi cadit in predictum fluuium Kamaricha, inde in eodem fluuio per cursum aque descendendo venit ad locum vbi quidam ryvulus Voyn potoka vocatus cadit in ipsum Kamaricha et contra cursum aque dicti ryvuli versus orientem eundo peruenit ad siluam superius nominatam et ibi terminantur. Alterius vero porcionis prelibati magistri Stephani, videlicet fraternalis prima meta incipit a parte orientis inferius predictam siluam iuxta porcionem prelibati Nicolai filii Ambrosii in arbore piri, inde descendit uersus occidentem ad predictam villam et peruenit ad arborem prunellarum, sub qua est meta terrea, abhinc adhuc uersus occidentem eundo venit iuxta predictum fluuium Kamaricha ad metam terream vbi cadit' in eundem fluuium, et contra cursum aque eiusdem fluuii eundo in bono spacio uersus aquilonem exit de eodem uersus occidentem ad dumum gymwlchyn, sub quo est meta terrea, inde directe eundo peruenit ad metam terream, de hinc similiter uersus occidentem eundo ascendit in montem et peruenit ad arborem gyertian sub qua est meta terrea, inde asscendendo ad cacumen eiusdem montis venit in commetaneitatem terre Grad potoka vocate ad arborem harasth, abhinc flectitur uersus septemtrionem et venit ad puteum Sowkat dictum, inde per meatum eiusdem putei declinando cadit in prescriptum fluuium Kamaricha et per ipsum fluuium descendendo venit ad locum vbi meatus eiusdem fontis cadit in ipsum Kamaricha et in meatu ipsius fontis asscendendo uersus orientem et transeundo caput ipsius fontis venit ad arborem gyertyan, de hinc directe eundo transit quandam vallem Zalawkueolgy vocatam et peruenit ad arborem harasth cruce signatam vibique terminantur. Supradictas autem terras arabiles iuxta fluuium Oriaua adiacentes in porcionem dicti magistri Stephani

deuentas a predictis terris arabilibus ad porcionem prelibati Nicolai filii Ambrosii spectantibus distingunt mete infrascripte prout asserunt homines uestre excellencie et Johannes succentor homo noster prenotatus, videlicet incipiendo a parte septemtrionali iuxta magnam viam, per quam itur ad Grad potoka in meta terrea, inde tendit uersus meridiem et peruenit ad aliam metam terream iuxta viam existentem, deinde per eandem viam eundo uersus orientem venit ad metam terream iuxta Kamaricha potoka existentem vbi cadit in eundem fluuium Kamaricha et per ipsum fluuium descendendo cadit in fluuium Oriaua et ibi terminantur. Item equalis medietas supradicte possessionis Felsewkaproncha vocate a parte aquilonis existens et medietas cuiusdam sessionis Aporkeyteluke vocate in eadem possessione Felsewkaproncha nominate a parte meridionali adiacentis equaliter cum fune mensurando cum suis vtilitatibus vniuersis cessissent in porcionem magistri Stephani castellani de Visegrad supradicti, et alia medietas eiusdem possessionis Ffelsewkaproncha dicte cum medietate eiusdem sessionis Aporketeluke vocatis et aliis attinenciis suis vniuersis cessisset prelibato Nicolao filio Ambrosii in pqrcionem suam. Mete autem dictas porciones ab inuicem separantes hoc ordine distinguntur, scilicet incipiendo a parte occidentali ab arbore berkenye, inde tendit uersus orientem et transit ipsam villam Felsewkaproncha peruenitque ad arborem pomi, inde ad metam terream vbi cadit in fluuium Kaproncha et per ipsum fluuium descendendo uersus meridiem venit ad metas terre Alsovkaproncha vocate ibique terminantur. Vniuersas vero siluas in possessionibus iam diuisis existentes et terras arabiles, que in eisdem siluis per loca haberentur, necnon molendina similiter in ipsis possessionibus habita supradictus magister Stephanus et Nicolaus filius Ambrosii prenotatus vtentur(!) de communi, et ut idem comes Pituz ac comes Iwan frater jacobi nec non Johannes succentor homo noster memoratus premissam diuisionem fuisse factam nobis retulerunt, uestre sublimitati duximus rescribendum. Datum feria sexta proxima post festum assumpcionis virginis gloriose, anno domini superius annotato.

Jz originalnog prijepisa budimskog kaptola u kr. ugar. drž. arkivu u Budimpešti M. O. D. L. no. 34.101. — Stara sign. N. R. A. fasc. 647. no. 23.

449.

1341, 14. septembra. U Cazmi.

Pred čazmanskim kafitolom zalaže Nikola sin Isova plemića garitkoga svoju zemlju uz potok Kamenicu Banku sinu Scivilana za 10 maraka.

Nos capitulum Chasmensis ecclesie memorie commendantes significamus quibus expedit vniuersis presencium per tenorem, quod Nicoiaus filius jsou nobilis de districtu Garig vnacum PauJo, Georgio et Martino filiis suis a parte vna, ab altera autem Benedictus filius Scyvilan nobilis de eodem personaliter coram nobis constituti, idem Nicolaus et filii sui iamdicti quasdam particulas possessionarias eorundem in predicto districtu Garig iuxta fluuium Kamenicha existens metis, terminis et signis infrascriptis distinctas, dixerunt et confessi sunt oraculo viue vocis eidem Benedicto pro decem marcis denariorum, ex quibus septem dudum habuissent, et tres ex nunc integraliter recepisse affirmassent nomine pignoris tradidisse cum eadem summa pecunie a festo beati Mykaelis archangeli proxime affuturo, quandocunque eidem Nicolao vel filiis suis prenominatis posse affuerit et se facultas optulerit sinealiqua pena seu grauamine liberam redimendi habebunt facultatem, hoc eciam assumpto et expresso, quod si qua parcium manum alienam in ipsas particulas possessionarias quouis modo seu ingenio processu temporum inducere aut intromittere in preiudicium partis alterius niteretur vel atemptaret, extunc ipsa pars huiusmodi rixam seu zyzaniam seminans penam decem marcarum absque iudicis porcione incurrat eo facto. Mete vero unius particule terre prout eedem partes nobis in scriptis demonstrarunt sunt tales: Prima meta incipit in predicto fluuio Kamenicha et exit supra per nemus et dumos auellanarum ad montem, deinde refiectitur versus septemtrionem et peruenit ad uiam vnam et per eandem versus aquilonem eundo peruenit ad arborem egur, inde ad uiam et per ipsam versus meridiem in magno spacio circa metas Petri dicti Toth[1] girando peruenit usque metas filiorum Johannis Horuath dicti ibique reflectitur infra ad vnam paruam vallem et cadit ad fluuium Kamenicha memoratum et sic terminantur. Item alterius particule terre prima meta incipit a quadam parua valle circa ortum predicti Nicolai, deinde procedit uersus septemrionem per fluuium Kamenicha iuxta quoddam longum fenile et peruenit ad arborem piri siluestris, inde iuxta aliud fenile eundo cadit ad

[1] Toch?

unum paruum riuulum et per ipsum vadit supra circa metas vinearum eorundem, deinde reflectitur uersus occidentem et uadit ad pontem seu transitum cum terra repletum et sic terminantur. Datum feria sexta proxima ante festum beati Mathei apostoli et ev/angeliste, anno domini M°CCC°XLmo primo.

Original na papiru u kr. ugar. držav. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no 35.184. — Stara signatura: Acta monast. de Garig. fasc. 1. no. 17.

Na hrptu je irag prilisnuta pečata.

Na hrptu biljeska XVII. vijeka: »Super particula terre iuxta fluvium Kanchenicza pro Benedicto.«

450.

1341, 15. septembra. U Zadru.

Bratoje sin Radoslavljev s otoka Isa uzajmljuje od Stefanela de Stumulo Zadranina svotu novaca.

In nomine domini amen, Anno ab incarnatione eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo primo, indicione nona, et die quinto decimo mensis septembris, Jadre. Tempore illustris [et magnifici domini domini Bartholomei Gradonico incliti ducis Venetorum, reuerendi patris domini NicolaiJ de Matafarris decretorum doctoris et Jadrensis archiepiscopi, et domini Justiniani [Justiniano egre]gii comitis. Bratoe olim Radosclaui de insula Ecgi per se, suos [heredes et successores] fuit contentus et confexus(!) se habuisse et recepisse a Stefanello barfberio filio] Nicolay de S[tum]uolo . . . . . . d . . . . boni legalis . . . . paruorum venetorum vsualis monete . . . . orum dictus Bratoe per se suosque heredes et successores promisit sol . . . . soluere et restituere eidem domino Stefanello uel eius heredibus et successoribus [uel cui] ipse mandauerit hinc ad festum omnium sanctorum kalendis nouembris proxime venturis sub pena quarti pluris dicte quantitatis pecunie et obligatione suorum bonorum presencium et futurorum et cum refectione dampnorum et expensarum ac interesse litis et extra; quod si non soluerit dictam pecunie quantitatem, ut est dictum, voluit, quod elapso termino licitum sit predicto Steianello uel cui ipse commiserit eundem Bratoem, suos heredes, successores et bona realiter et personaliter conuenire ubique locorum, terrarum et fori et maxime Venetiis, Anchone, Jadre et Obrouicoe(f), donec dictus Bratoe uel alter pro ipso eidem Stefanello uel cui

ipse mandauerit integre satisfecerit de predicta pecunie quantitate, pena, expensis et interesre; renuncians excepcioni dictorum ducatorum non datorum et non venditorum et non facte confexionis(l) et omni alii legum et iuris auxilio ac omnibus statutis, ordinamentis et consuetudinibus Jadre, cuiuslibet ciuitatis et loci, iuribus et defensionibus aliis, cum quo seu quibus posset siue vellet de predictis se defendere uel tueri; et pena soluta uel non, predicta omnia rata et firma perdurent. Actum est hoc et firmatum presentibus magistro Siluano de Foroiulio notario et habitatore Jadre, et magistro Marco olim Doymi notarii Jadre, testibus uocatis et rogatis.

(Drugi rukopis).

Ego Johannes Guuidi (!) de Matafaro iudex examinator examinaui.

(Signum not.)

Ego Jacobus magistri Francisci de Asisio imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus predictis omnibus et singulis presens interfui et ea rogatus scribere scripsi et in publicam formam redegy(!) et meum signum apposui consuetum.

Original u gubernijal. arkivti u Zadru, odio samostana sv. Dominika no. 2458.

Listina je u gornjoj poli veoma oštećena.

451.

1341, 29. septembra.—1368, 16. oktobra. Na Hvaru.

Dobra iena pokojnog Deska Milcića izjavljuje, da je primila 10 hbara od Koste Radovana.

[In Christi nomine] amen. Anno eiusdem natiuitatis millesimo trecentesimo quadragesimo primo, indiccione nona, temporibus equidem illustris et magnifici domini domini Stephani Gradonico incliti ducis Venecie, ac uenerabilis patris et domini domini Johannis de gracia Farrensis et Brazensis episcopi, et egregii et potentis uiri domini Mathei Georgio Farre et Braze honorabilis potestatis, suorumque iudicum Bogdani Qualixii, Dragi Jacxe et Jutey Desislaui communis Farre iudicum, die uigesimo nono septemtris, actum Lissi(!) apud ripam maris, presentibus Bogdano Sclauogosti et Yuano de Lubalo examinatorisQ, Zubre Renle, Cranoy Uulcenich et Micoyl Mirchiouich testibus. Dobra uxor condam Deschi Milzich fuit confessa et contenta habuisse et recepisse libras decem paruorum a Christofaro Radouani ven .. . . . . „ pro quibus uero denariis dicta Dobra per se suosque heredes cum uoluntate et asensu

Cranotte Deschi dedit et pro pignore obligauit dicto Christofaro pro se suisque heredibus stipulanti et recipienti vnam peciam terre uineate posite in Lissa in loco dicto Pomirie; confmes a leuante via communis, a ponente Stipco Cucolacich et a trauersa Galessa Uidossi, a meridie Stipco Cucolaze, et si qui alii essent confines; tali pacto et condicione, quod dictus Christoforus habere debeat medietatem intrate quousque denarios(!) et omni iure qua(!) soluit, denarios teneatur recipere et dimictere vineam expeditam; que propter iura secundum Farrensia statuta Zubrianus Do}'mi plazarius communis fecit cridare die quinta octubris.

MCCCLXVIIII° die VIIII° mensis matii.

Ego Rapr . . . . . iuratus notarius Farre manum misi.

Ego Petrus olim Bartholomei de Annobonis de Brana imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius et nunc iuratus canzellarius Farre scriptum instrumentum olim rogatum per manum canzelarii(!) tunc Farre, millesimo, indiccione, die, loco et temporibus subscriptis, ut in quaternis in canzellaria communis inueni, ita fideliter exemplaui, scripsi et publicaui nil addens, uel minuens, quod sensum mutet uel uariet intellectum, signumque meum apposui consuetum, sub anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo octauo, indiccione sexta, die sexta decima mensis octubris.

Originalnl prijepis oa 16. oktobra 1368. u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1341.

452.

1341, 6. oktobra.

Karlo kralj ugarski i hrvatski na molbu Ladislaxta biskupa zagrebačkoga potvrdjuje tri listine njegovih firedšasnika.

Nos Karolus dei gracia rex Hungarie memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod venerabilis in Christo pater Ladizlaus graciam per eandem episcopus Zagrabiensis ecclesie ad nostram accedens presenciam exhibuit nobis tres litteras priuilegiales predecessorum suorum episcoporum in tenoribus earundem expressorum. Quarum prime tenor talis est: *(Slijedi listina Ivana biskupa zagrebačkoga od 20. maja 1289.)* Item secunde littere tenor is est: *(Slij'edi listina Mihajla biskupa zagrebačko^a od 12. marta 12'.)9.)* Item tercie littere tenor talis est: *(Slijedi listina Augustina biskupa zagrebačkog od 2. augusta 1317.)* Petens nos humiliter supplicando. ut

easdem presentibus saltim transscribi facere dignaremur, ad cuius supplicacionem nos easdem presentibus de uerbo ad uerbum transcribi fecimus ad cautelam. Datum in Wyssegrad, in octauis festi beati Mychaelis archangeli, anno domini M°CCC°XXXX° primo.

Original u zagrebačkom nadbiskupskom arkivu: Donacionalia 7.J12
Na hrptu vidi se trag od pečata.
Kodeks u ark. nadbisk. u Zagrebu: I. B. IX. 167.

453.

1341, 6. oktobra. U Zadru.

Samostan sv. Marije u Zadru daje Maroju de Rosa s otoka Iša i svećeniku Nikoli ze-mlju u najam na istom otoku.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo primo, indicione decima, die sexto mensis octobris, Jadre. Tempore domini Bartolomei Gradonici incliti ducis Venecie et venerabilis patris domini Nicollai de Matafaro decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, ac domini Justiniani Justiniano honorabilis comitis. Religiose et honeste domine sorores Pelegrina et Nisia uicarie monasterii sancte Marie monialium de Jadra de consensu et uoluntate Federici de Nassis aduocati dicti monasterii ibidem presentis, uolentis et consentientis locauerunt et concesserunt Maroi condam Micouilli de Rosa de insula Ecgi, et presbitero Nicolao ecclesie sancti Petri de insula E59Д filio condam Radoslaui pro se ipsis et eorum heredibus et successoribus stipulantibus et recipientibus, ad utendum pro certo fictu et redditu totam unam terram eiusdem monasterii positam in dicta insula ЕдсД; cui de austro est terra Federici predicti, de trauersa terra Mathei de Formino, de borea terra illorum de Galcigna et de quirina terra dicti Mathei, hinc ad quinque annos proxime uenturos. Promittentes dicte domine vicarie solempni stipulatione ipsis Maroi et presbitero Nicole predictam concessionem firmam et ratam habere et tenere et non contrafacere uel uenire, set ipsam terram eis hinc ad terminum predictum ab omni homine et persona legitime defendere et excalumpniare in ratione, et nullam dationem, obligationem uel contractum in ea re uel eius occaxione(l) facere, cuius pretextu dicta locatio infringatur uel quo minus dicti conductores dicta re uti ualeant et frui, hinc ad terminum supradictum. Et hoc ideo quia, e conuerso dicti Maroi et presbiter Nicola promiserunt et conuenerunt unus quisque

eorum principaliter et insolide dictis duabus dominabus vicariis pro se ipsis et earum successoribus stipulantibus dictam terram bene collere et conseruare, ipsam et iura sua manutenere, et ea re uti et frui fideliter bona fide et arbitrio bonorum uirorum et nomine affictus et redditus anno quolibet in festo beate uirginis Marie mensis augusti unum modium et dimidium grani et terciam partem oliuarum tempore quo coliguntur in ciuitate Jadre in domo dicti monasterii dare et deferre; in fine uero dicti termini ipsam terram eque bene cultam et laboratam et in eo statu ut nunc est eisdem vicariis dimittere et reasignare. Que omnia et singula supra et infrascripta promiserunt uicissim, scilicet una pars alteri ad inuicem solempni stipulacione hinc inde interueniente firma et rata habere, obseruare et adimplere et non contrafacere uel uenire aliqua ratione uel causa, de iure uel de facto sub pena quarti ad inuicem inter eas partes stipulantes firmata; qua soluta uel non, omnia et singula supra et infrascripta firma perdurent, item reficere et restituere una pars alteri ad[1] inuicem[1] promisit omnia et singula dampna et expensas ac interesse litis et extra ; pro quibus omnibus et singulis obseruandis obhgauerunt una pars alteri ad inuicem, uidelicet dicti conductores omnia eorum bona presentia et fuctura et dicte domine uicarie omnia dicti monasterii bona. Volentes insuper dicti conductores, quod de predictis omnibus et. singulis dicte domine uicarie possint se tenere ad quem ipsorum uoluerint in totum et partem, reiterando sicut et quotiens uoluerint et eis placuerit ubique locorum et specialiter in Ancona, Flumine, Segnia et Obrouec. Actum est hoc et firmatum pressentibus Marino de Fumato et Georgio Lubauci, ciuibus Jadre, testibus ad hec uocatis et rogatis et aliis.

(Drugi rukopis.)

Ego Matheus condam Uiti de Sloradis iudex examinator manum misi.

(Signum not.)

Ego Jacobus condam. Bonacursi de Forliuio imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus predictis omnibus presens fui et rogatus scripsi et publicaui et signum meum aposui consuetum.

Originat гс arkivu samostana sv. Marije u Zadru a. 1341.

[1] Pisano dva puta.

454.

1341, 24. oktobra. U Zadru.

Nikola Marlinussio gradjanin zadarski obvezuje se plahh Franji de Grisogono 28 libara za kupljeni od, njega crijep.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo primo, indictione decima, die uigesimo quarto mensis octubris(l), Jadre. Tempore domini Bartholomei Gradonico incliti ducis Venecie, ac venerabilis patris domini Nicolai de Matafaro decretorum doctoris, archiepiscopi Jadrensis, ac domini Justiniani Justiniano honorabilis comitis. Nicolaus condam Vulceni de Martinussio ciuis fadre per se et suos heredes et successores sine aliqua exceptione iuris uel facti se obligando promisit Francischo condam Barthi de Grisogonis ciui Jadre pro se et suis heredibus et successoribus stipulanti, dare, soluere et numerare sibi uel suis heredibus aut successoribus uel alii pro oc(!) suo iussu cui idem creditor uoluerit uel mandauerit in ciuitate Jadre hinc ad festum pascatis(!) resurectionis domini nostri Jesu Christi proxime venturum viginti octo libras denariorum uenetorum paruorum in bona usuali et legali moneta; quos denarios confessus fuit et contentus eidem dare debere pro tribus miliariis et dimidio cupporum, quos ab eo habuit, recepit et emit precio octo librarum denariorum paruorum pro quolibet meliario(!). Hoc inter eos acto et expresse conuento", uidelicet, quod si supradicta tria miliaria et dimidium cupporum idem Nicolaus posset ei dare infra dictum terminum, dictus Franciscus possit accipere et hoc sit in eius arbitrium uel de recipiendo pecuniam aut de recipiendo cuppos; quod si, dictos denarios aut cuppos . eidem in dictis loco et termino non dederit et non soluerit, -vt dictum est, promisjt eidem persoluere atque dare quartum plus uel predicte quantitatis pecunie aut cupporum nomine pene stipulantione promissa, ita, quod de una ex dictis quantitate siue pecunie ciue cupporum facta solutione ab alia liberetur et refectione dampnorum et expensarum litis et extra, obligando pro hiis omnibus obseruandis omnia sua bona, et pena soluta uel non, rata maneant omnia et singula suprascripta. Actum est hoc et firmatum presentibus Nicolao condam Candi de Ragno et Maroio barbe[r]io condam Nicolai, ciuibus Jadre, testibus ad hec uocatis et rogatis et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Matheus condam Uiti de Sloradis iudex examinator manum missi.

(Signum not.)

Ego Jacobus condam Bonacursi de Forliuio imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus predictis omnibus presens fui, rogatus scripsi et publicaui et signum meum aposui consuetum.

Original u arkivtt samostana sv. Marije u Zadru a. 134:1.

455.

1341, 31. oktobra. U Zadru.

Krševan de Vitaza odnče se prava, da može iskupiti zcmlje u Trećcima od Danijela Varikaše.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentessimo quadragessimo primo, indicione decima, ultimo[1] mensis octobris, Jadre. Tempore domini Bartholomei Qradonico incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gracia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Justiniani Justiniano egregii comitis. Cum Grisogonus de Vitaca ciuis Jadre et Vitus et Marinus filii dicti Grisogoni uendiderint Danieli de Varicassis ciui Jadre medietatem pro indiuiso unius sortis de terra eorum ex nouem sortibus terre eorum posite ad Trecci, quam sortem tenet Michouillus, cum omnibus pascuis, aquis vineis, arboribus, pertinenciis et iuribus ad ipsam medietatem pro indiuiso dicte sortis pertinentibus, .precio centum viginti quinque librarum, prout de ipsa uendicione constat publico instrumento anno incarnacionis domini millesimo trecentesimo trigesimo sexto, indicione quarta, die primo mensit septembris, manu mei Blasii notarii infrascripti facto; post hec uero Caniel superius nominatus per se et suos heredes et successores de gratia speciali se obligauit dictam medietatem sortis predicte pro indiuiso dicte terre reddere eisdem Grisogono, Vito et Marino eorumque heredibus et successoribus cum dicto instrumento uendicionis inciso et cancellato, quandocumque usque ad sex annos proxime uenturos sioi uel suis heredibus aut successoribus dederint aut soluerint centum uiginti quinque libras denariorum paruorum, prout de ipsa obligatione patet publico instrumento scripto die sexto mensis septembris predicti per me Blasium notarium infrascriptum; item cum supradicti Grisogonus, Vitus et Marinus dicto Danieli uendiderint medietatem eorum pro indi.uiso unius sortis terre posite ad Trecci, quam tenet Michollus (!), cumsuis pascuis, aquis, vineis, arboribus, pertinenciis et iuribus ad ipsam medieta-

[1] Očito manjka »die-

tem dicte terre pertinentibus sorti eiusdem, pro precio centem uiginti quinque librarum denariorum paruorum, prout etiam de ipsa uendicione constat publico instrumento anno incarnacionis domini millesimo trecentesimo trigesimo sexto, indicione quinta, die octauo mensis februarii, manu mei infrascripti Blasii notarii confecto; post hec uero prefatus Daniel per se et suos heredes et successores de gracia speciali se obligauit dictam medietatem sortis predicte dicte terre reddere eisdem Grisogono, Vito et Marino eorumque heredibus et successoribus et dictum instrumentum uendicionis incisum et cancellatum, quandocumque usque ad septem annos proxime futuros soluerint ipsi uel eorum heredes et successores sibi uel suis heredibus aut successoribus centum uiginti quinque libras denariorum paruorum, prout etiam de ipsa obligatione patet publico instrumento scripto die decimo mensis februarii predicti, manu quidem mei dicti Blasii notarii. Vnde et pro quibus Grisogonus et Daniel predicti de supradictis omnibus et singulis ad talem concordiam deuenerunt, videlicet, quod dictus Grisogonus predictas duas uendiciones per eum et dictos suos filios eisdem Danieli factas non obstante supradictis duobus obligationis instrumentis eidem et dictis suis filiis per eundem Danielem factis, liberauit, absoluit, afracauit(I), expediuit et dimisit eidem Danieli et suis heredibus et successoribus,' et ex nunc uoluit ipsas esse liberas, absolutas, francas et expeditas; ita, quod a modo in antea ut uerus dominus proprietarius et possessor libere habeat, teneat et possideat et de ipsis faciat et facere possit omnimodam suam uoluntatem; que quidem duo instrumenta predicta dictus Grisogonus ibidem et in presencia mei notarii infrascripti et testium subscriptorum ipsi Danieli tradidit, dedit ac uoluit et mandauit ipsa duo instrumenta ex nunc cassa, uana, irrita et cancellata et nullius esse ualoris uel momenti. Et ideo fecit dictus Grisogonus ipsi Danieli, quia dictus Daniel dedit et soluit ipsi Grisogono duodecim ducatos auri bonos et legales et iusti ponderis, quos dictus Grisogonus confesus fuit et contentus se a dicto Daniele habuisse et recepisse. Insuper dictus Grisogonus per se suosque heredes et successores solempni stipulacione promisit dicto Danieli pro se suisque heredibus et successoribus stipulanti et recipienti litem, questionem aut molestiam ei uel suis heredibus et successoribus predictorum occasione . ullo tempore non inferre nec inferrenti consentire, ac faciet et curabit ita et taliter, quod dicti Vitus et Marinus eius filii uel eorum heredes aut successores litem, questionem aut controuersiam ei uel suis heredibus aut successoribus predicta occasione ullo tempore non mouebunt nec mouenti consencient, et predicta

[1] D.va puta pisano.

omnia et singula firma et rata habebunt et tenebunt, quod si ipsi uel eorum heredes aut successores contra predicta fecerint atque predicta non obseruauerint aut in aliquo contrauenerint, promisit dictus Grisogonus ipsum Danielem indempnem conseruare; et si quo tempore contigerit ipsum Danielem ad alicuius quantitatis pecunie predictis uel alteri eorum solute urgeri aut dapnum aliquod occasione predictorum sustinere, restituet et persoluet eidem totum et quicquid dicta occasione persoluerit cum omni suo dampno et interesse sub pena librarum centum denariorum paruorum. Que omnia et singula supradicta et infrascripta promisit dictus Grisogonus per se suosque heredes et successores dicto Danieli pro se et suis heredibus et successoribus stipulanti firma et rata habere perpetuo et tenere, obseruare et adimplere et non contrafacere uel uenire de de iure uel de facto, obligans ad hec dictus :Grisogonus dicto Danieli se et bona sua omnia, omni excepcione remota nulloque pretermisso obstante. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet magistro Petro zupparo filio condam Constantini de Padua et Dessa zupparo filio condam Michaelis, habitatoribus Iadre et aliis.

(Drugi rukopis.)

f Ego Nicolaus Damiani de Varicasis examinator exsaminaui(l).

(Signum not.)

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo meo et nomine roboraui.

Original u arkivu grofova Begna u Posedarju. P. no. 77.

456.

1341, 11. novembra. U Djakovu.

Pred bosanskim kaptolom prodaje Golub flemić fožeški dio s-ooje zemlje Predesinit.

Nos capitulum ecclesie Boznensis memorie commendantes significamus tenore presencium quibus expedit vniuersis,. quod Golub Elywer de Predesinch ab vna parte, item mapister Lewkus filius Petri, nobiles de Posoga ex altera coram nobis personaliter constituti, idem Gplub confessus est oraculo viue uocis, quod totalem porcionem possessionis sue hereditarie ipsum in predicta possessione Predesinch contingentis nichil sibi de eadem relinquendo cum duabus vineis et silua ac cum

omnibus vtilitatibus et pertinenciis ad eandem vniuersis, quam scilicet porcionem possessionis sue et predictas duas vineas ac siluam primitus mediantibus prioribus litteris nostris pro quatuor marcis denariorum eidem magistro Lewkus filio Petri pignori obligasset, nunc eandem sub eisdem metis et terminis, quibus ipsam ipse idem Golub possedisset, memorato magistro Lewkus filio Petri pro sex marcis denariorum paruorum veronensium uendidisset et uendidit coram nobis iure perpetuo et irreuocabiliter in filios filiorum suorum possidendam pariter et habendam; dando eidem magistro Lewkus auctoritatem ipsam porcionem possessionariam, vineas et siiuam a porcione possessionaria proximorum dicti Golub iuris ordine per metas separare. Si quis autem ipsum magistrum Lewkus super premissis ordine iudiciario infestare uel inpetere attemptaret, idem Golub assumpsit expedire laboribus propriis et expensis. Datum in festo beati Martini confessoris, anno domini miilesimo CCC°XXXXmo primo.

Original u knjižnici narodnog muzeja u Budimpešti: a. 1341. pri/e u posjedu Ile'shazvja.

Na hrptti vidi se trag pritisnuta pečata.

457.

1341, 30. novembra. U Visegradu.

Karlo kralj ugarski i hrvatski potvrdjuje i prepisuje na molbu biskupa zagrebaekog Ladislava listine glede pobiranja maltarine u Ivaniću od 30. novembra 1335. i tri otpisa triju kaptola pećuhskog, stolnobiogradskog i požeškog od 24. marta 1336. i 24. aprila 1336. glede pobiranja maltarine u sv. Martinu.

Nos Karolus dei gracia rex Vngarie memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod venerabilis in Christo pater dominus Ladizlaus graciam per eandem episcopus Zagrabiensis dilectus nobis et fidelis ad nostram accedens presenciam exhibuit nobis quasdam litteras patentes super donacione tributi dicte ecclesie Zagrabiensis, ac per eam suis prelatis presenti et futuris in quibuslibet ac singulis pontibus secundum diuersos introitus uel exitus habentibus in Iwangh facta confectas simul cum tribus litteris inquisitoriis et rescripcionalibus honorabilium virorum capitulorum Quinqueecclesiensis, Albensis et de Posaga ecclesiarum tenorum infrascriptorum, petens nostram humiliter excelJenciam supplicando, ut easdem de uerbo ad uerbum presentibus transcribi facere et confirmare vberiorem ad cautelam patenter dignaremur. Quarum litterarum nostrarum patencium tenor talis est: *(Slijedi listina kralja Karla od 30. novembra 1335. u Više^radu).* Item predictarum litterarum inquisicionalium capituli ecclesie Quinqueecclesiensis talis est: *(Slijedi listina kaptoia pečuhskoga od 24. marta 1336.J.* Tandem tenor secunde littere inquisicionalis, videlicet capituli ecclesie Albensis is est: *(Slijedi listma stolno biograd. kaptola od 24. marta 1336.).* Item tenor tercie littere rescripcionalis et inquisicionalis, videlicet capituli ecclesie beati Petri [de] Pasaga(l) talis est: *(Slijedi listina kaptola požes'kog od 24. marta 1338.).* Nos itaque consideratis iustis peticionibus ipsius domini Ladizlai episcopi prescriptas litteras nostras patentes per eundem nobis repoftatas simul et litteras inquisicionales et rescripcionales dictorum fidelium nostrorum capitulorum, videlicet Quinqueecclesiensis, Albensis et de Pasaga ecclesiarum de uerbo ad uerbum presentibus transcribi fecimus presencium patrocinio confirmantes eatenus, quatenus dicte inquisiciones et ipse littere rite et legittime facte existunt et sunt emanate. Datum in Wysegrad, in festo beati Andree apostoli, anno domini MCCCXLI°.

Iz kodeksa : Liber privileg. episc. Za%rab. list. 23.—25.

Kodeks u arkivu nadbisktipije u Zagrebu: I. B. IX. 167.

458.

1341, 8. decembra. U Zadru.

Samostan sv. Nikole daje Večku Vurićkoviću 3 gonjaja zemlje na Velikom otoku, da nasadi vmograd.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo primo, indictione decima, die octauo mensis decembris, Jadre. Tempore domini Bartholomei Gradonici incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Mataffaro decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gratia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Justiniani Justiniano egregii comitis. Domina soror Lipa, abbatissa monasterii sancti Nicolai de Jadra, et cetere sorores dicti monasterii pro utilitate eiusdem monasterii concesserunt Vecheche Gresani Vurichcouich uillano dicti monasterii in insula Magna in loco uocato Vampsane circa tres gognaios terre dicti monasterii posite ibi in Vampsane in dicta insula ad pastinandum vineam et complendum cum uitibus et aliis neces-

sariis secundum consuetudinem et statutum Jadre usque ad sex annos proxime futuros sub pena sex yperperorum, et usque ad septem annos proxime futuros nullum terraticum dare debet dicto monasterio dictus pastinator, sed totum sibi habere redditum exinde prouenientem; elapsis uero dictis septem annis debet dare dictus pastinator dicto monasterio annuatim quartam partem conductam ad barcham ipsius monasterii ibidem. De iure autem suo dictus pastinator faciet suum uelle sicut de suo proprio, iure [tamen] monasterii predicto et omni alio secundum consuetudinem et statutum Jadre semper saluo. Quam [terram] cum omnibus suis pertinenciis et iuribus promiserunt predicte [domina] abbatissa et moniales per se suosque successores dicto pastinatori suisque heredibus et successoribus excalumpniare in ratione ab omni persona super honis dicti monasterii. Que terra est in loco uocato Sipicastrasica, cui terre de quirina est vinea Galac in terra dicti monasterii, de borea terra heredum Radoy etiam intra eiusdem. monasterii, de aliis uero partibus est terra eiusdem monasterii; dicto pastinatore laudante et affirmante omnia et singula predicta et attendere promittente, que debet ex instrumento presenti, super se et bonis suis, omni excepcione remota nulloque pretermisso obstante. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Grisogono de Calcina et Georgio filio Mirci, Jadrensibus et aliis.

(Drugi rukopis).

f Ego Grisogonus Michaelis de Faffogna iudex examinator examinaui.

(Signum not.).

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo meo et nomine roboraui.

Original u gtibernij ainom arkivu u Zad.ru. odio samostana sv. Nikole no. 175.

Isti samoslan daje istoga dana u istom mjestu Stanciju Martinovu isto tako zemljtL od tri gonjaja. Onginal u gubernijal. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole br. 181.

459.

1341, 11. decembra. U Zadru.

Damjan de Zigalis gradjamn zadarski i Dragoslav Sakreša s otoka Pašmana izabiru Martinusija de Butovano i Nikolu de Drechia mirovmm sucima.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo primo, indicione decima, die undecimo mensis decembris, Jadre. Tempore domini Bartholomei Gradonico incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gracia Iadrensis archiepiscopi, ac domini Justiniani Justiniani egregii comitis. Damianus condam Michaelis de Zigalis ciuis Jadre consenciente sibi ad omnia infrascripta domina Slaua matre sua ex una parte, et Dragoslauus Sachressa filius condam Disini de insula Posthumano pro se et fratribus et nepotibus suis pro quibus promisit de ratihabicione super se et bonis suis omnibus ex parte altera, compromiserunt se in nobiles viros Martinussium de Buthouano et Nicolaum de Drechia tanquum in suos iudices arbitros, arbitratores et amićabiles compositores de questione quam habent dicte partes et habere possunt de terra boschosa tam de pastinata quam de non pastinata posita in insula Pesthumano et de omni alia questione, quam dicte partes habent et habere possunt et facere uoluerint inter se una aiteri per cartam et sine carta. Promittentes dicte partes per se suosr'ue heredes et successores ratum babere perpetuo quicquid dicti iudices arbitri dixerint et sentenciauerint de predictis et occasione predictorum, de iure uel de facto, et non contrafacere de iure uel de facto sub pena librarum centum denariorum paruorum soluenda per partem non obseruantem parti obseruanti, laudo ferrendo et compromisso presenti firmis manentibus, obligantes ad hec dicte partes se et bona sua omnia, omni excepcione remota nulloque pretermisso obstante. Cui terre boschose de borea est derrum heredum Cosme de Zigalis, de quirina terra boschosa illorum de Zigalis, de austro est vinea dicti Dragoslaui et fratrum eius super terram dicti monasterii et de trauersa partim dicta vinea et partim derrum Thistimeri. Actum est hoc et firmatum coram hiis vocatis et rogatis testibus, scilicet Stephano condam Blasi de Soppe et Michaele filio Andree de Ragno, ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopisj.

Ego Grisogonus de Faffogna iudex examinator examinaui.

(Signum not.)

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo meo et nomine roboraui.

Original u arkivu samostana $v. Marije u Zadru a. 1341.

460.

1341, 24. decembra. U Zadru.

jfakov de Matafaro prodaje Martinusiju de Butovano fosjed u Bibanju.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo primo, indiciorie decima, die uigesimo quarto mensis decembris, Jadre. Tempore domini Bartholomei de Gradonico incliti ducis Venecie, et venerabilis patris domini Nicolai de Matafaris decretorum doctoris archiepiscopi Jadrensis, ac domini Justiniani Justiniani honorabilis comitis. Jacobus condam Benedicti de Matafarro ciuis Jadre ex causa uendictionis fecit Martinussio condam Grisogoni de Butouano ciui Jadre pro se et suis heredibus et successoribus ementi et recipienti uigorem et robur de quodam suo publico empcionis instrumento, in quo inter cetera continetur, qualiter Nicolaus condam Madii Galelli ciuis Jadre dedit et tradidit eidem Jacobo totam et integram unam suam possessionem tam terram vacuam et terram uineatam ad proprium quam etiam terram uineatam ad terraticum positam ad Bibanum in una petia, quam totam esse dixit et conuenit centum gognaiorum iuxta suos confines precio in summa quinqueginta(f) librarum denariorum uenetorum grossorum, prout hec et alia in instrumento eiusdem emptionis predictis millesimo anno et indicione, die septimo mensis octobris manu mei notario infrascrip+i facto et examinato per Matheum de Sloradis examinatorem plenius et seriosius continetur; ac etiam dedit et ćessit, transtulit et mandauit eidem omnia iura et actiones reales et personales, utiles et directas, ciuues et naturales, pretorias et mixtas et omnes alias que et quas habet uel habere poterat in tota dicta possessione et contra et aduersus dictum Nicolaum eiusque heredes ac successores et in ipsius bonis nomine et occasione dicte emptionis uirtute dicti emptionis instrumenti. Et hoc pro precio et nomine precii in summa sexcentorum ducatorum auri, quod precium dictus Jacobus confessus fhit et contentus se a dicto Martinussio habuisse et recepisse in bonis et Iegalibus ducatis

auri et iusti ponderis. Quod quidem empcionis instrumentum ibidem et in presentia testium et mei notarii subscriptorum eidem tradidit et dedit cum omni suo uigore et robore ipso Nicolao ad hec omnia et singula supra et infrascripta presente, uolente et consentiente; constituens eum procuratorem in rem suam et ponens ipsum in locum suum ita, quod ad(!) modo suo nomine in iuditio et extra ualeat actionibus utilibus et directis de dicta posessione facere omnimodam suam uoluntatem et contra et aduersus dictum Nicolaum eiusque heredes [et] successores et contra quoscumque alios uti, agere, experiri, excipere, replicare, consequi et se tueri et omnia et singula facere quemadmodum ipse poterat, nulla in se exceptacione ue! reseruatione facta, set in ipsum Martinussium data sit eis potestas quam ipse Jacobus habebat virtute dicti emptionis instrumenti; pacissens(l) atque conueniens, quod nulli alii actenus cessit iura predicta et quod tempore huius contractus uere possessor erat totius predicte possessionis. Nec non promittens per se et suos heredes et successores solempni stipulatione ipsi Martinussio pro se et suis heredibus et successoribus stipulanti et recipienti predictam cessionem, uigorem et robur et omnia et singula supra et infrascripta firma et rata habere perpetuo et tenere, obseruare et adimplere et non contrafacere uel uenire de iure uel de facto; et predicta iura, actiones, uigorem et robur sibi et suis heredibus et successoribus ab omni homine et persona pro facto et dicto suo. . . . uidelicet cui uel quibus dicta possessio uel pars ipsius ex aliquo contractu uel obligatione facto uel facta a dicto Jacobo uel alio eius nomine foret obligata uel cui aut quibus esset uel diceretur esse ius aliquod acquisitum in ea uel parte ipsius ex parte dicti Jacobi uel eius occasione legittime defendere et excalumpniare in ratione; ita tamen, ut ipse Jacobus dicto Martinussio contra alias personas uel in aliis casibus quam in predictis ad defensionem seu excalumpniacionem huius rei aut ad [ali]quam restitutionem nullatenus teneatur, quia sic inter eos actum extitit et conuentum. Si uero aparuerit ipsum actenus alteri dicta iura cesisse aut huius posessionis huius contractus possessor tempore non fuisse uel si non defenderit, ut dictum est, et omnia et singula in hoc contractu contenta non obseruauerit aut in aliquo contra uenerit, promisit eidem persoluere atque dare quartum plus dicti precii nomine pene stipulate, promisse, qua soluta uel non, rata maneant omnia et singula supra et infrascripta; item reficere et restituere sibi omnia et singula dampna et expensas ac interesse litis et extra; obligando pro hiis omnibus et singulis obseruandis omnia sua bona presentia et futura. Actum est hoc et firmatum presentibus Nicolao condam Damiani de Nasis et Francisco Michaelis Perlombardi, ciuibus Jadre, testibus ad hec uocatis et rogatis et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Franciscus Paoli de Georgio iudex examinator manum misi.

(Sign. not.J

Ego Jacobus condam Bonacursi de Forliuio imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus predictis omnibus presens fui, et rogatus scripsi et publicaui et signum meum aposui consuetum.

Original u arkivu groj. Begna tt Posedarjti: P. na. 78.

461.

1341.

Karlo kralj ugarski i hrvatski potvrdj'uje izvještaj kaptola stolno-biogradskog glede odnošaja crkve zagrebačke i predijalaca.

Nos Karolus dei gracia rex Vngarie memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod venerabilis in Christo pater dominus Ladizlaus graciam per eandem episcopus Zagrabiensis ad nostram accedens presenciam exhibuit nobiš duo paria litterarum inquisicionalium, vnam capituli ecclesie Albensis et aliam Cjuinqueecclesiensis tenorum infrascriptorum, petens nostram excellenciam humiliter supplicando, vt easdem ratas habere ac de uerbo ad uerbum presentibus transcribendo dignaremur confirmare. Quarum prime, videlicet littere capituli Albensis tenor talis est: *(Slijedi listina kaptola siolno-biogr. od g. 1340.).*

Iz kodeksa: Liber privil. ep. Zag. trst. 80.
List 81. manjka, pak Je hslina kmja.

462.

1342, 18. januara. U Zadru.

Ntkolin s Krka prior samostana sv. Dominika, daje svome netaku Marinu punomoč, da predade inventar imanja pokojnog Marina de Peloso.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo primo, indicione decima, die decimo octauo mensis ianuarii, Jadre. Tempore domini Bartholomei Gradonici incliti

ducis Venecie, et reuerendi patris [domini] Nicolai de Matafaris decretorum doctoris, [dei] et apostolice sedis gratia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Justiniani Justiniani egregii comitis. Venerabilis vir dominus frater Nicolinus de Vegla prior conuentus fratrum [Predijcatorum de Jadra, comissarius olim domini Marini de Peloso archidiaconi [Ja]drensis commissario nomine predicto fecit, constituit et ordinauit suum procuratorem fratrem Marinum dicti conuentus, nepotem suum, ad inchoandum, preficiendum [et] presentandum vice et nomine dicti constituentis inuentarium omnium bonorum, debitorum, creditorum, iurium et actionum dicti olim domini archidiaconi coram predicto domino comite et iudicibus Jadre et aiiter prout debebit dicto nomine quo supra dicto procuratori suo in predictis et occasione predictorum, si expedierit, pienam potestatem pro ipso constituente nomine quo supra agendi, petendi, placitandi, defendendi et respondendi. litem contestandi, sacramentum calumpnie et de ueritate dicenda et cuiuslibet alterius generis in anima dicti constituentis et dicti olim domini archidiaconi prestandi, protestandi, apellandi, libellos dandi et recipiendi, sentenciam petendi et audiendi et prosequendi, aduocatos tollendi, alium procuratorem loco sui substituendi et reuocandi, sicut et quociens sibi uidebitur; et generaliter omnia alia et singuia faciendi et exercendi in predictis et circa predicta et occasione predictorum, que ipsemet constituens nomine quo supra facere posset et deberet, si personaliter adesset tam in iudicio quam extra, nullo pretermisso obstante. Promittens dictus constituens rata habere perpetuo nomine quo supra quicquid dictus procurator suus fecerit in predictis et occasione eorum et non contrafacere de iure uel de facto super bonis dicte comissarie omnibus, omni excepcione remota nulloque pretermisso obstante. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Stephano de Carbono barberio Jadre et Vulcoslauo Johannis Jadrensibus et aiiis.

(Drugi rtikopis.)

Ego Grisogonus Michaellis(J) de Faffogna iudex examinator examinaui.

(Signum not.J.

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo meo et nomine roboraui.

Otiginal u gubernial. arkivu u Zadru, odio samost&na sv. Dominika no. 713.

463.

1342. 17. februara. U Avignonu.

Benedikt XII. papa odbija predlog kaptola dubrovačkoga, te imenuje Heliju de Saracha nadbiskupom dubrovačkim.

Benedictus episcopus servus servorum det. Dilecto filio Helie de Saracha electo Ragusino, salutem et apostolicam benedictionem. Pastoralis officii etc. Olim siquidem ecclesia Ragusina per obitum bone memorie Thome archiepiscopi Ragusini, qui extra Romanam curiam debitum nature persolvit, pastoris solacio destituta. dilecti filii capitulum ipsius ecclesie Ragusine, vocatis omnibus qui debuerunt et potuerunt commode interesse, die ad eligendum prefixa, ut moris est, convenientes in unum, venerabilem fratrem nostrum Graciam episcopum Dulcinensem in Ragusinum archiepiscopum concorditer postularunt, idemque episcopus postulationi huiusmodi de se facte consentiens ad apostolicam sedem accessit, in hiis omnibus statutis a iure temporibus observatis. Negocio igitur postulacionis huiusmodi proposito in consistorio coram nobis, nos postulacionem ipsam ex certis causis rationabilibus duximus repellendam, ac deinde attendentes, quod nullus preter nos de provisione ipsius ecclesie Ragusine se hac vice intromittere potest, pro eo, quod nos diu ante vacationem huiusmodi provisiones omnium ecclesiarum cathedraiium tunc vacantium et in antea vacaturarum, cum postulationes de quibuscumque personis tunc factas ad illas et imposterum faciendas per nos repelli contingeret, dispositioni nostre duximus reservandas, decernenfes ex tunc irritum et inane, si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari, ac de provisione ipsius ecclesie Ragusine, ne prolixioris vacationis exponeretur incommodis, solicite cogitantes, cupientes quoque eidem ecclesie utilem et ydoneam presidere personam, post deliberationem, quam super hiis cum nostris fratribus habuimus diligentem, ad te canonicum Ragusinum, in diaconatus ordine constitutum, quem, prout ex testimoniis fidedignis accepimus, morum et vite insignit honestas, litterarum sciencia, prudencia spiritualium et temporalium providencia, multaque alia virtutum dona commendant, convertimus oculos nostre mentis, quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua, nobis et eisdem fratribus ob huiusmodi tuorum exigenciam meritorum accepta, eidem Ragusine ecclesie de dictorum fratrum consilio autoritate apostolica providemus, teque illi preficimus in archiepiscopum et pastorem, curam et administrationem ipsius tibi tam in spiritualibus quam in temporalibus plenarie committendo, firma spe fiduciaque conceptis ex laudabilibus tuorum fructibus meritorum, quod dextera tibi assistente divina prefata Ragusina ecclesia sub tua gubernacione utili et felici augmenta suscipiet commodi et honoris. Iugum itaque domini tuis inpositum humeris prompta devocione suscipiens, ipsius Ragusine ecclesie commissum tibi regimen sic exercere studeas solicite, fideliter et prudenter, quod dicta Ragusina ecclesia sponso utili et gubernatori provido gaudeat se commissam, tuque preter retributionis eterne premium nostre benedictionis augmentum et eiusdem sedis gratiam exinde uberius consequi merearis. Datum Avinione, XII. kalendas marcii, pontificatus nostri anno octavo.

In eo modo. Dilectis filiis capitulo ecclesie Ragusine, clero et populo civitatis et dioecesis Ragusine, et venerabilibus fratribus universis suffraganeis ecclesie Ragusine.

Original u đubrovačkom arkivu, pečat dobro sačuvan.
Zbirka saeculi. XIV.
Buliar. Ragus. 265.— 267. 21 kr. zemaijskom arkivu u Zagrebti ima bilješku : »Pendet bulla piumbea Benedicti XII< •
Theiner Mon. Slav. 1. no. 265. str. 202—203. Iz reg. an. VIII. ep. 17.
Farlati III. sacr. VI. 126.

464.

1342, 21. februara. U Višegradu.

Pred biskupom srijemskim, kancelarom kraljevim poloiio prisegu Sijepan Stjepanov od Moroviča, da je nedužan radi potvore kradje.

Nos Petrus miseracione diuina episcopus ecclesie Sirimiensis, comes capelle et secretarius cancellarius domini regis, damus pro memoria, quod cum secundum continenciam litterarum comitis Pauli iudicis curie regie, Stsphanus filius St[ephani] de Morouch contra magistrum Ladislaum filium Sumurugdi, in octavis diey cynerum coram nobis quinto se nobilibus, super eo, quod ipse feria secuttda proxima ante festum beati Michaelis archangeli nunc transactum in predicta vilia Morowch in foro publico a quodam famulo ipsius magistri Ladizlai quinque marcas eiusdem indebite non abstulerit et in hac aquisicione eiusdem magistri Ladislai innocens sit penitus et immunis, sacramentum prestare debuisset ipso termino adveniente, prefatus Stephanus filius Stephani, quinto se coram nobis sacramentum prestitit, vt debebat per verbo(!) supradicto(!), prefatus vero magister Ladislaus nec per se, nec per procuratorem suum

usque sero legitime exspectatus, coram nobis compaiuit ad audiendun> iuramentum supradictum. Datum in Wyssegrad, secundo die diei iuramenti supradicti, anno domini M°CCCmo quadragesimo secundo.

Na hrptu: »Pro Stephano filio Stephani de Morowch contra magistrum[1] Ladizlaum filium Su[m]yragdi(l) super prestito iuramento tercio. die octauarum diei cynerum ad iudicem reportatorie.»

Original u kr. ugar. državn. arkivti u Budimpešti: M. 0. D. L. 110. 3464. — Stara signat. N. R. A. fasc. 1508. no. 40.

Na hrptu se vidi trag okrugla pritisnuta pečata, kojim bijaše listina zatvorena.

Nagy Cod. dipl. Andeg. IV. 193.-—194.

465.

1342, 23. februara. U Zadru.

Obrad Dremoglavić prodaje čelvrtinu svoj'e kuće u Zadru Martinusiju pokojnog Barta Petra Clauda.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo primo, indictione decima, die uigesimd terciomensis februarii, Jadre. Tempore domini Bartholomei Gradonici incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaro decretorum-doctoris, dei et apostolice sedis gratia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Justiniani Justiniano egregii comitis. Ego Hobradus condam Tholsce Dremoglauich. Jadrensis, uendo tibi quidem Martinussio condam Barthi Petri Claudi, ciui Jadre, quartam partem meam borealem cum omnibus suis pertinenciis et iuribus unius domus posite Jadre ad castellum, ad habendum et quicquid tibi deinceps placuerit perpetuo equidem faciendum sicut de tuo proprio. Precio cuius uendicionis ego predictus uenditor recepi a te predicto emptore libras quinquaginta denariorum paruorum, promittens ego predictus uenditor per me meosque heredes et. successores tibi predicto emptori tuisque heredibus et successoribus dictam quartam partem borealem cum omnibus suis pertinenciis et iuribus. domus predicte excalumpniare in ratione ab omni persona super me et bonis meis omnibus. Et nos Barthe condam Lampri[dii] de Matafaro et Radula condam Mathesse Brauarii, Jadrenses, constituimus nos fideiussorem et principalem debitorem et solutorem tibi dicto emptori pro.

[1] Slijedi precrtano: >filium.«

dicto uenditore in dicta excalumpniatione de libris quinquaginta denariorum paruorum super nos et bonis nostris omnibus, videiicet quilibet nostrum de libris uigintiquinque denariorum paruorum, omni exceptione remota nulloque pretermisso obstante. Cui rei uendite de austro est domus tui dicti Martinussii, de borea domus Philippi de Pute, de trauersa via publica, de quirina curia conuicinalis. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet Grisogono condam Desse Michaelis et Nicolao Madii de Muto, ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

Ego Franciscus Pauli de Georgio iudex examinator manum misi.

(Signum not.)

Et ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius et Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo meo et nomine roboraui.

Original u gubernial. arhvu u Zadru, odio samostana sv. Nikole no. 176.

466.

1342, 24. februara. U Zadru.

Mikša Vurićković prodaje svoju kuću u Zadru Martinusiju pokojnog Barta Petra Clauda.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo primo, indicione decima, die uigesimo quarto mensis februarii, Jadre. Tempore domini Bartholomei Gradonici incliti ducis Venecie, et reuerendi patris domini Nicolai de Matafaro decretorum doctoris, dei et apostolice sedis gratia Jadrensis archiepiscopi, ac domini Justiniani Justiniani egregii comitis. Ego Mixa condam Gresani Vurichchouich, Jadrensis, uendo tibi Martinussio condam Barthi Petri Claudi, ciui Jadre, totam unam meam domum cum omnibus suis pertinenciis et iiiribus, positam Jadre ad castellum, ad habendum et quicquid tibi deinceps placuerit perpetuo faciendum sicut de tuo proprio. Precio cuius uendicionis ego predictus uenditor recepi a te predicto emptore libras triginta denariorum paruorum, promittens ego predictus uenditor per me meosque heredes et successores tibi predicto emptori tuisque heredibus et successoribus dictam domum cum omnibus suis pertinenciis et iuribus excalumpniare in ratione ab omni persona super me et bonis meis

omnibus. Cui domui de borea domus tui dicti Martinusii, de trauersa via publica, de quirina domus Stase piscatoris et de austro domus Marci marangoni. Actum est hoc et firmatum coram hiis uocatis et rogatis testibus, scilicet presbitero Georgio sancte Marie maioris de Jadra et Grisogono condam Desse Michaelis, ciuibus Jadre et aliis.

(Drugi rukopis).

| Ego Grisogonus Michaelis de Faffogna iudex examinator examinaui.

(Signum not.)

Ego Blasius Michaelis Leonardi imperiali auctoritate notarius 4t Jadrensis iuratus rogatus scripsi et publicaui et signo meo et nomine roboraui.

Oriqinal u gubernijaln. arkivu u Zadru, odio samostana sv. Nikole br. 177.

467.

1342, 12. marta. U Zagrebu.

Mikić ban potvrdjuje listinu Ivana sina Dionisija palahna na molbu Pavla sina Mihajlova plemića Moravća.

Nos Mykch banus tocius Sclauonie memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod Paulus filius Mychaelis nobilis de comitatu de Moroucha familiaris noster ad nostram accedens presenciam exhibuit nobis quasdam litteras priuilegiales magistri Johannis filii Dyonisii quondam palatini, magistri pincernarum domine regine maioris et comitis Vesprimiensis tenoris mfrascripti, petens nos humiliter et deuote, vt easdem ratas habere et nostris dignaremur litteris priuilegialibus confirmare. Quarum tenor talis est: *(Slijedi listina od g. 1295.).* Nos igitur iustis et legitimis peticionibus eiusdem Pauli filii Mychaelis familiaris nostri annuentes consideratisque fidelitatibus eiusdem et fidelium seruiciorum suorum preclaris meritis quibus nobis q[uo] fideliter eo solerter a multis retroactis temporibus studuit complacere et se reddere generosum, predictas litteras priuilegiales eiusdem magistri Johannis filii Dyonisii quondam palatini non abrasas non cancellatas nec in aliqua sui parte viciatas presentibus de uerbo ad uerbum insertas ratificamus, approbamus et presentis scripti patrocinio perpetuo valere confirmamus. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras nostras priuilegiales pendentis sigilli nostri munimine

roboratas. Datum Zagrabie, in festo beati Gregorii pape, anno domini MCCCXLmo secundo.

Iz potvrde bana Nikole od 13. maja 1353. Original te potvrde nalazi se u arkivu j'ugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1295.

468.

1342, 13. aprila. U Zagrebu.

Mikit ban vraća i poklanja zemlje, koje su mu pripale iza Pavla sina Vidova, koji je umro bez naslj'ednika, Lakaču i Bedeu i onda, trim kćerima pokojnog Pavla.

Nos Mykch banus tocius Sclauonie memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod, quamuis quasdam particulas terre olym Pauli fili Vid hominis sine herede deceden-[tis], Lucachi et Bedeu filiorum Nicolai filii Ivan patruelinorum fratrum eiusdem Pauli inter fluuios Clenouch et Bagacha vocatos circa ecclesiam beati Petri apostoli in vicinitate Martini et Guke filiorum Georgi, ac Petri fili Jacobi nec non episcopatus possessionis de sancto Mychaele existentes in nostras manus ocupassemus, tandem porcionem ipsorum Lucachy(!) et Bedeu filiorum Nicolai ipsos in dictis particulis terre contingentem eisdem perpetuo duximus restituendam, porcionem autem prefati Pauli fili Wid sine herede decedentis in dictis particulis terre que nobis proueniebat ob amorem virginis gloriose tribus filiabus eiusdem Pauli et domine consorti eius, matri dictarum puellarum in perpetuum dedimus, donauimus et contulimus possidendam, tenendam et habendam. Datum Zagrabie, sabbato proximo post octauas resureccionis domini, anno eiusdem MCCCXLmo secundo (!).

Original u arkivu jugoslavenske akademije u Zagrebu: Diplomata a. 1342.

Na listini visi svilene vrvca zelene boje; pefat je otpao.

469.

1342, 26. aprila. U Višegradu.

Elizabeta kraljica izuzimlje podanike Stjepana župana ptliškoga u županiji požeškoj od državnoga sudstva i daća.

Elizabeth dei gracia regina Hungariae omnibus Christi fidelibus tam praesentibus quam futuris praesentem paginam intuentibus salutem in largitore salutis. Cum a nobis petitur quod iustum est, decet maiestatem reginalem facilem praebere consensum, in his praesertim, quae fidelium subiectorum commodis videntur utiliter convenire. Proinde ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod magister Stephanus comes de Pilys et castellanus de Wyssegrad, una cum nobili domina consorte sua, ad.nostrae serenitatis accedentes praesentiam . . aeque fidelitatis obsequia et servitiorum merita quae excellentissimo domino Karulo eadem gratia regi Hungariae illustri consorti nostro carissimo et nobis impenderunt temporibus oportunis, proponentes et declarantes nobis humiliter supplicarunt, ut universas possessiones eorum in comitatu de Posega existentes, videlicet Kaproncha, Felso Kamancha et Also Kamancha vocata(!) a iudićatu et iurisdictione quorumlibet iudicum, a solutione mafturinarum ac aliarum quarumlibet collectarum de benignitate reginali excipere et eximere dignaremur. Nos itaque consideratis fidelitatibus et fidelium servitiorum meritis ipsorum plurima laude dignis, quae eidem domino nostro. . . . .et nobis indesinenter impenderunt et impendere sentimus de praesenti et impensuros pro firmo credimus in futurum, memoratas possessiones dicti magistri Stephani et consortis suae antedictae in praelibato comitatu existehtes et populos in. . . . .residerites a iudicatu et iurisdictione omnium iustitiariorum et iudicum quorumlibet regni nostri, a solutione debitarum marturinarum et submarturinarum, scilicet nestalia vulgo dictarum, et quarumlibet collectarum seu victualium ex consensu eiusdem domini nostri regis ex speciali gratia reginali in perpetuum duximus eximendas et penitus absolvendas, ita videlicet, quod iidem populi memoratas possessiones habitantes ad congregationem domini palatini, vel comitis parochialis aut vicecomitis de eodem comitatu Posega pro tempore constitutorum, nequaquam accedere tenerentur, sed iudex, seu officialis predictarum possessionum solummodo ad huiusmodi congregationem fiendam debeat proficisci. Volumus igitur, et vobis magnificis viris palatino, iudici curiae regiae, comiti' vel vicecomiti de eodem Posega et aliis quibuslibet iudicibus seu iustitiariis ac collectoribus seu exactoribus marturinarum seu nestalia vulgariter vocatarum nunc constitutis et in futurum constituendis, quibus praesentes ostenduntur edicto reginali firmo firmius damus in mandatis, quatenus praememoratas possessiones et iobbagyones ac populos in eisdem congregatos et congregandos super quibuslibet causarum articulis tam arduis quam minutis iudicare nullatenus praesumatis nec eos astare iudicio, occasione qualibet compellere debeatis; nec aliquam collectam seu debitum mariturinarum et submarturinarum, videlicet nestalia vulgariter appellatum aut quaelibet victualia ullo unquam temporis in processu exigere, vel exigi facere audeatis. Nec ipsas possessionnes et iobbagyones in eisdem existentes ratione dictarum collectarum, marturinarum molestare, impedire seu modo quolibet aggravare debeatis. Si qui vero contra eosdem populos ratione qualibet aliquam habuerint actionem, in praesentia domini eorum vel officialis seu villici suo ordine iudiciario prosequantur, qui omnibus quaerulantibus de eisdem iustitiae facient complementum. Si vero dictus dominus eorum vel bfficialis suus in reddenda iusticia ex parte dictorum iobagyonum suorum negligens extiterit, tunc ipse dominus vel officialis suus ad nostram praesentiam legitime evocentur nostram sententiam iudicialem assumsimus ordine iudiciario proferendam. Ut igitur huins nostrae exemptionis gratia robur optineat perpetuae firmitatis nec in posterum per quempiam valeat in irritum retractari, eidem magistro Stephano et suis haeredibus, haeredumque suorum successoribus praesentes concessimus litteras dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum in Wyssegrad, per manus venerabilis in Christo patris domini Miskonis episcopi Wespremiensis, aulae nostrae cancellarii, proximi et fidelis nostri, anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo secundo, sexto kalendas mai.

Iz potvrde kralja LjudevHa od god. 1369.
Fejer Cod. dipi. Himg. IX., 1. s. 63.— 66.

470.

1342, 27. aprila. U Zagrebu.

Mikit ban dosudjuje neki vinograd zupanu J-akovu sinu Venceslavovom.

Nos Mykch banus tocius Sclauonie memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod, cum inter castrenses de villa Raphanoch vocata et comitem Jacobum filium Vencezlau in metis et specialiter in vna vinea, quam prefati castrenses suam

fore et ad eos pertinere nominabant, lis et discordia mota fuisset coram nobis, nosque deliberacione prehabita adiudicaramus vt idem comes Jacobus filius Vencezlay secunda feria proxima ante festum beati Georgii martiris in presencia magistri Johannis filii Johannis hominis nostri et magistri Dionisii canonici et hominis capituli Zagrabiensis ecclesie, sexto se scilicet Johanne filio Mondek, Adam filio Jacobi et Thoma filii Gregori per dictos castrenses nominatis, ytem(!) Petro filio Wlkoyn et Cretlin[1] filio Bogdozlay per ipsum comitem Jacobum electis, contra iamdictos castrenses super ipsa vinea prestitisset sacramentum, prout modus est iurare super terram, super eo videlicet, quod ipsa vinea super empticiam terram eiusdem comitis Jacobi plantata esset et situata et per consequens ad suum ius pertineret; demum prefatus magister Johannes filius Johannis homo noster vna cum eodem magistro Dyonisio canonico et homine capituli Zagrabiensis ecclesie ad nos redeuntes nobis concorditer recitarunt, quod ipse comes Jacobus filius Vencezlay cum nominatis suis coniuratoribus in termino prefixo, prout modus est iurare super terram, suum deposuisset iuramentum in eo, quod dicta vynea(!) esset plantata et situata super empticiam suam terram et per consequens ad suum ius pertineret. Nos igitur ex relacione ipsorum hominis nostri et testimonii capituii antedicti ad plenum informati ipsam vyneam eidem comiti Jacobo filio Vencezlay perpetuo et in filios filiorum suorum relinquimus optinendam, memoratis castrensibus de villa Raphanoch silencium super hoc inponentes. Mete vero inter eos erecte, prout idem homo noster et testimonium capituli antedicti nobis in registro optulerunt, hoc ordine distinguntur: Prima meta incipit ab oriente in fluuio Bizt[ri]cha, vbi quidam[2] puteus intrat fluuium et per meatum ipsius putey procedit supra ad caput ipsius putei, ubi est arbor gertyan, deinde procedit supra uersus meridiem et saliens viam puplicam(!) venit ad magnam antiquam[3] metam terream; deinde iterum supra directe procedendo venit ad duas metas terreas antiquas contra se in opposito situatas; deinde ab ipsis metis in latere montis supra per fluuium directe procedendo venit ad metam terream in [si]lua constitutam; deinde ad angulum vinee litigiose, pro qua ipse Jacobus prestitit sacramentum, vbi est meta terrea, deinde iuxta eandem vineam per crebras metas terreas procedit infra ad vallem vnam vbi est arbor piri iuxta riuulum constituta, per quem riuulum infra procedit et venit ad fiuuium Biztricham sicca Biztricha nominatam; deinde per eundem fluuium procedit infra et cadit in alium fluuium Biztricha, per quem fluuium supra procedendo

[1] Creclin?
[2] Slijedi točkama ispušteno: flu.
[3] Slijedi točkama ispušteno: viam.

venit et cadit in priorem metam ibique terminantur. In cuius rei testimonium perpetuamque firmitatem presentes eidem comiti Jacobo concessimus litteras nostras priuilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas. Datum Zagrabie sabbato proximo post[1] festum beati Georgi(!) martiris, anno dcmini MCCC°XL° secondo(!).

Original u kr. ug. državnom arkivu u Budimpešti: M. 0. D. L. no. 852. bivša zbirka Kukuljevićeva.
Na listini nalazi se svileua vrvca žute boje; pečata više nema.

471.

1342, 29. maja. U Mlecima.

Artiko stn Tomin iz Zadra daje punomoć Ivanu Sisindulu.

In nomine dei eterni amen. Anno ab incarnacionis domini nostri Jesu Christi millesimo trecentesimo quadragesimo secundo, mensis madii die vigesimo nono intrante (!), indicione decima, Riuoalto(!). Comitens commito ego Articus condam Thome de Polla de Qadra tibi Johanni Sisindullo de condam ser Matei sub[urbani], vt a modo in antea pro me meoque nomine plenam uirtutem et potestatem habeas inquirendi, interpretandi, placitandi et respondendi aduocacionem, preceptionem et interdicta tollendi legem, petendi, sentenciam audiendi et consequendi, intromittendi et interdicendi et excuciendi omnia mea bona et habere a cunctis personis ubicumque uel apud quemcumque ea uel ex eis inuenire poteris cum carta et sine carta, per curiam et extra curiam et omnia mea negocia generalia et specialia tractandi et exercendi, cartam securitatis et omnes alias cartas neccessarias et iuramenta in anima mea ac quicquid inde ODUS fuerit faciendi, sicut ego presens facere possem et deberem; quicquid autem per te factum fuerit a me meisque heredibus firmum erit in perpetuum; si igitur contra hanc commissionis cartam ire temptauero, tunc cum meis heredibus emendare debeam tibi et cuicumque aliquid de predictis duxeris faciendum tuis ac illorum heredibus et successoribus auri libras quinque. Et hec commissionis carta in sua permanet firmitate.

Signum suprascripti Artici qui hec rogauit fieri.

[1] Pisar započeo: a[nte].

(Drugi rukopis).

Ego Marcus Alberegno presbiter testis scripsi.

Ego Laurencius Freca testis scripsi.

(Signum not.)

Ego Stephanus Siiuo dictus Petenella ser Matei suburbanus plebanus et notarius compleui et roboraui.

Origmal na per^am. u arkivu samostana sv. Marije u Zadru.

472.

1342, 3. juna. U Rovištu.

Pred Ivanom žufianom rovišćanskim daju Ivan, Andrija itd. filemići iz Rovišća, Dalenu i njegovom fiotomstvu zemlje i mjesto za kuću.

Magister Johannes filius Pauli comes de Riucha ac castellanus de Kaproncha tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis, quod accedentes ad nostram presenciam Johannes, Emericus et Andreas filii Georgii; item Chosma filius Chosmas, Budul et Endree filii Egidi, Blasius et Gregorius filii Benedicti nobiles in comitatu de Riucha, personaliter asseruerunt viue vocis nostri in presencia et aliorum proborum virorum, scilicet comite Corrardo officiali nostro de eadem Riucha', Lubeno terrestre comite, Petro filio Laurenci, Benedicto filio Wolketa, Hranisclao filio Norsa, Fabiano et Gregorio fiiiis Johannis de eadem Riucha, quod Dalen filius Jonas atineret eis in linea proximitatis et eundem assumpserunt in medium ipsorum, dederuntque eidem Dalen et suis heredibus sex dietas terre et vnum locum in quo domos et curiam preparet prope ad Peterkam filium Laurenchi a parte occidentis adiacentem, iure perpetuo possidendum, tenendum et habendum, ita tamen, quod predictum Dalen et suos heredes racione predicte terre et curie prescripti et eorum heredes non possint in processus (!) terhporum perturbare et ab eodem Dalen et suis heredibus alienare. Ad cuius rei firmitatem et ad perpetuam stabilitatem concessimus litteras nostras patentes sigillo nostro roboratas. Datum in Riucha, feria secunda proxima post festum corporis Christi, anno domini M°CCC°XL° secundo.

Original u kr. ugar. drz. arkivu u Budimpešti: M. O. D. L. no. 35.185. — Stara signatura: Acta monast. de Garig/i fasc. I. no. 18.
Na listini visi žuta i ovena svilena vlaknata vrvca bez pečata.
JVa hrpiu nota XVI. vijeka:
»Nobiles de comitatu Roicha ad Ztreza.«

473.

1342,-30. juna. U Avignonu.

Klement VI. pafia imenuje administratorom biskufiije trogirske DeSu Andrijeva kanonika spljetskoga.

Clemens episcopus servus servorum dei. D ilecto filio Dese Andree archidiacono Spalatensi, administratori in spiritualibus et temporalibus ecclesie Traguriensis, salutem et apostolicam benedictionem. Inter solicitudinis nostre curas, quibus ex apostolice servitutis officio omnium ecclesiarum tenemur invigilare profectibus, illa precipue cordi nostro noscitur inherere, ut ecclesias ipsas non solum preservemus a noxiis, sed etiam per nostre diligencie studium illas salubriter, auctore domino, dirigamus. Sane dudum pro parte dilectorum filiorum lohannis Petri canonici, et Gausii Scoyse civis Traguriensium, procuratorum et sindicorum dilectorum filiorum nobilis viri Iohannis [Mauroceni] tunc comitis, ac iudicum consiliariorum et universitatis civitatis Traguriensis, eorum proprio et sindicario nominibus iudicum, consiliariorum et universitatis prefatorum coram felicis recordacionis Benedicto papa XII. predecessore nostro in consistorio publico proposito, quod Lampredius episcopus Traguriensis ad ecclesiam Traguriensem ingressum canonicum nequaquam habuerat, et incontinencie vicio laborabat, eratque alienarum nuptiarum publicus violator, et cum vilibus et suspectis mulieribus vitam ducebat enormiter dissolutam, et quod cxistebat bonorum dislapidator ecclesie antedicte, et publicus homicida et Bosnensium hereticorum fautor, symonie, periurii et nonnullis aliis gravibus et enormibus criminibus irretitus, et quampluribus excommunicationum sentenciis innodatus tam ab homine quam a iure, quodque sic ligatus et suspensus ab executione pontificalium et divinis officiis, sibi etiam ingressu ecclesie interdicto, in contemptum clavium multociens scienter et in pontificalibus huiusmodi officia celebrare, immo verius prophanare, quantum in eo fuit, presumpserat, et quod erat super premissis tam in civitate et diocesi Traguriensi, quam in provincia Spalatensi circumstante aput bonos et graves publice diffamatus; quodque venerabilis frater noster . . . archiepiscopus Spalatensis, loci metropolitanus, dum olim, suis civitate et dioecesi primitus visitatis, ad civitatem et diocesim Traguriensés, ut ir illis impenderet, prout impendit, auctoritate metropolitica visitationis officium, pervenisset et invenisset dictum episcopum super predictis et singulis apud capitulunT, necnon clerum et populum dictarum civitatis et diocesis Traguriensium multipliciter diffamatum, super hiis de auctoritate predicta contra ipsum

episcopum coram se ad civitatem Spalatensem Iegitime et preremtorie citatum, coram eo comparere contumaciter non curantem, ad inquisitionem descenderat, multosque testes super hiis in contumaciam huiusmodi receperat et examinaverat etiam diligenter, et demum eumdem episcopum ad concilium suum provinciale vocari fecerat, quod duxerat convocandum, visurum publicationem ipsius inquisitionis processum, quam publicare in ipso concilio intendebat; et cum dictus episcopus comparere in dicto concilio contumaciter contempsisset, predictus archiepiscopus eum ob huiusmodi contemptum vinculo excommunicacionis abstrinxerat, et eumdem processum publicare curaverat, et dictum episcopum deinde fecerat excommunicatum publice nunciari. Sed idem episcopus presumens contra eundem archiepiscopum vicem ulcionis assumere, in eum et in omnes prelatos, qui cum ipso in concilio predicto convenerant, de facto excommunicacionis sentenciam fulminarat, ipsosque denunciarat in sua maiori Traguriensi, et fecerat in aliis ecclesiis ipsius civitatis et diocesis Traguriensis diversis vicibus, pulsatis campanis et candelis in aceto extinctis, excommunicatos publice nunciari. Et quod dum prefatus archiepiscopus premissa omnia venerabili fratri nostro Bertrando episcopo Ostiensi, tunc in illis partibus apostolice sedis legato, intimare sibique dictum processum transmittere curavisset, ut super hoc ipse legatus provideret, prout conspićeret expedire, dictus legatus archiepiscopum et Traguriensem episcopum prelibatos fecerat ad suam presenciam evocari, et examinato eodem processu, dictum archiepiscopum ad suam remiserat ecclesiam, prefato autem episcopo Traguriensi volenti certum prefixerat terminum peremptorium competentem, infra quem felicis recordacionis Iohannis pape XXII. predecessoris nostri, tunc viventis, conspectui se personaliter presentaret, eius mandatis humiliter pariturus. Ac idem episcopus Traguriensis ad sedem apostolicam non accesserat, immo ad civitatem et diocesim Tragurienses redierat, et peiora prioribus committere hon expaverat Ac suplicato dicto Benedicto predecessori pro parte ipsorum procuratorum et sindicorum nominibus supradictis, se coram eodem predecessore ad talionis et omnem aliam penam nomine eorum predicto inscribentium, si deficerent. in probatione propositorum huiusmodi, ut dignaretur super hiis de oportuno remedio providere, ad effectum citationis personalis et correctionem canonicam Traguriensis episcopi memorati; dictus Benedictus predecessor dilecto filio Talayrando tituli sancti Petri ad vincula presbitero cardinali commisit oraculo vive vocis, ut huiusmodi eorumdem propositorum negocium audiret, et super illis omnibus et singulis informationem reciperet, et quod exinde inveniret, sibi, ut moris est, referre curaret. Coram quo siquidem cardinali comparentibus in iudicio dictis procuratoribus et sindicis nominibus prelibatis,

et coram eo nonnullis actis, iuribus et munimentis et quamplurimis testibus ad probandum, ipsum episcopum Traguriensem fore super premissis propositis et criminibus publice diffamatum, ab eis productis, missoque sibi per dictum episcopum Ostiensem sepedicto processu, ac testibus coram eo, ut predicitur, productis et prefato processu diligenter examinatis, dictoque Traguriensi episcopo coram se ad singulos actus deditos in audiencia publica legitime citato, et comparere per se vel aliquem responsalem contumaciter non curante, idem cardinalis de supradictis omnibus et singulis eidem predecessori in consistorio fecit relationem plenariam et fidelem, per quam sibi innotuit, contra prefatum episcopum Traguriensem veritatem certorum de supradictis omnibus coram predicto archiepiscopo fuisse probatam, ac ipsum episcopum Traguriensem aliis criminibus et propositis eisdem apud bonos et graves publice diffamatum; dictus Benedictus predecessor nolens talia sub dissimulatione transire, Stephano Michaelis canonico Traguriensi, et duobus aliis eius in hac parte collegis suis sub ea forma dedit litteris in mandatis, ut ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios eumdem episcopum Traguriensem ex parte sua peremptorie citare curarent, ut infra trium mensium spacium post citationem eorum huiusmodi apostolico se conspectui personaliter presentaret, facturus et recepturus super hiis, quod iusticia suaderet, et alias apostolicis mandatis et beneplacitis pariturus. Dictusque Stephanus eumdem episcopum Traguriensem auctoritate litterarum ipsarum ad eumdem terminum citavit iuxta continenc am earumdem, qui comparere apud sedem ipsam infra ipsum terminum et post personaliter non curavit. Postmodum vero pro parte Iohannis Petri et Gausi predictorum tam sub suo qutm procuratorio nomine tomitis, consiliariorum et universitatis earumdem proposito in consistorio coram Benedicto predecessore prefato, quod idem episcopus Traguriensis sic citatus, cessante quolibet impedimento legitimo, apud sedem ipsam in dicto termino et post comparere contempserat, et quod alias de dilapidatione bonorum Traguriensis ecclesie supradicte suspectus merito habeatur, et propter suspicionem dilapidationis huiusmodi ab administratione spiritualium et temporalium eiusdem ecclesie Traguriensis erat rationabiliter suspendendus, ac pro parte dicti episcopi Traguriensis replicato in eodem consistorio, quod ipse impedimentis legitimis impeditus apud sedem eamdem nequiverat persorialiter compaiere, idem Benedictus predecessor causam et negocium huiusmodi eidem Talayrando vive vocis oraculo in eodem ultimo consistorio • cum potestate suspendendi dictum episcopum Traguriensem ab administratione predicta causa durante prefata commisit, et sibi postmodum referendum, sibique mandavit, ut procuratores dicti episcopi Traguriensis ac dicta proposita necnOn ponenda

per eos pro parte ipsius episcopi in hac causa admitteret, prout iusticia suaderet. Coram quo comparentibus in iudicio lohanne et Gausio supradictis, et magistro Iacobo de Piscario, qui se excusatorem et simplicem responsalem dicti episcopi Traguriensis constitutum fore dicebat, et per ipsos Iohannem et Gausium quibusdam instrumentis publicis ad probandum suspicionem et infamiam dilapidationis huiusmodi coram eodem Talayrando exhibitis, dicto Iacobo aliquid producere non curante, et tam per eos super imfamia et suspicione dilapidationis predicte, quam per Iacobum prefatos super impedimentis et excusatione dicti episcopi formatis et traditis nonnulis articulis per quamlibet partium predictarum, et ad probandum suos articulos productis quibusdam testibus, eisque rite receptis et diligenter examinatis, ac ipsorum attestationibus publicatis, et contra producta prefata et attestationes testium dictorum Iohannis Petri et Gausii per dictum Iacobum datis quibusdam exceptionibus in terminis, ad singulos actus huiusmodi per eumdem cardinalem ipsis partibus successive et peremptorie assignatis, citatis nichilominus dicto Lampredio episcopo in audiencia publica de mandato ipsius cardinalis ad actuS et terminos prelibatos et minime comparente, tandem pro parte dicti episcopi ex quodam conficto gravamine, sibi ab eodem cardinali. ut falso dicebat, illato, fuit ad sedem apostolicam appellatum. Ideni predecessor in causa appellationis huiusmodi dilectum filium nostrum Bertrandum tituli sancti Marci presbiterum cardinalem prefatb Talayrando adiunxit, et cum idem Talayrandus requisitus pro parte dicti Bertrandi, si vellet cognitioni cause huiusmodi appellationis interesse, respondisset, quod sibi placebat, quod ipse solus de appellationis causa cognosceret memorata, idem Bertrandus legitime in huiusmodi appellationis causa procedens prefatis Iohanni Petri et Gausio ac Iacobo presentibus in iudicio coram eo, visis et diligenter inspectis omnibus et singulis actis coram dicto Talayrando habitis, et coram ipso Bertrando per quamlibet dictarum partium, quatenus pro se et contra reliquam faciebant, productis, et intra se et cum peritis super illis deliberatione prehabita diligenti interloquendo pronunciavit, "pro parte dicti episcopi Traguriensis ab eodem Talayrando male et perperam appellatum, et per ipsum Talayrandum legitime processum fuisse et esse, causam et partes ad ipsius Talayrandi remittendo examen. Postmodum vero prefatus Talayrandus cardinalis, cum idem Iacobus causas excusationis et impedimentorum dicti Lampredii episcopi non probavisset in termino ad hoc sibi dato, prefatum Lampredium ad instanciam dicti lohannis Petri procuratoris Gausii, comitis, consiliariorum et universitatis predictorum, suo et procuratorio nomine eorumdem coram eo in iudicio comparehtis, ad dicendum quicquid dicere vellet, quare propter contumaciam commissam per eum in non comparendo coram

dicto Talayrando iuxta citationem de ipso de mandato ipsius Talayrandi factam excommunicari non deberet, citari fecit in eadem audiencia ad certum peremptorium terminum competentem, in quo prefato Iohanne coram eodem Talayrando in iudicio comparente, ac tpsius Lampredii non comparentis contumaciam accusante, ac instanter petente, in eum excommunicationis sentenciam promulgari; prefatus Talayrandus cardinalis, reputans ipsum Lampredium quoad hoc exigente iusticia contumacem, in ipsum Lampredium propter predictam contumaciam in nor* comparendo coram ipso iuxta citationem de ipso Lampredio de mandato ipsius Talayrandi factam, excommunicationis sentenciam, exigente iusticia, promulgavit. Ac subsequenter, cum idem Lampredius huiusmodi excommunicatiunis sentenciam diucius pertinaciter tolerasset et toleraret animo indurato, et pro exhibita et probata coram eo per ipsbs Iohannem Petri et Gausium appareret de dicta dilapidatione suspectus, idem Talayrandus cardinalis ad instanciam Iohannis Petri predicti, coram eo quo supra nomine in iudicio constituti, prefatum Lampredium ad proponendum, tiicendum et allegandum quicquid dicere et allegare vellet, quare a dicta administratione suspendi non deberet, citari fecit ad certum competentem terminum peremptorium in audiencia prelibata, in quo dicto Iohanne Petri coram eodem Talayrando in iudicio comparente, ac ipsius Lampredii non comparentis contumaciam accusante, petenteque instanter, ipsum ab eadem administratione suspendi; prefatus Talayrandus cardinalis, reputans eundem Lampredium quoad hoc merito contumacem, in eius contumaciam ipsum, pendente causa huiusmodi inter eum et alios supradictos, quousque causa ipsa terminata foret, ab administratione spiritualium et temporalium ecclesie et episcopatus Traguriensium, iusticia suadente, suspendit. Volentes igitur, ut prefata Traguriensis ecclesia, ne propter hoc spiritualiter aut temporaliter subire valeat detrimenta, gubernatoris utilis presidio fulciatur, ac de tue probitatis et circumspectionis industria plenam in domino fiduciam obtinentes, curam, administrationem et regimen eorumdem ecclesie et episcopatus Traguriensium plene in spiritualibus et temporalibus, durante suspensione predicta, tibi auctoritate apostolica committimus per presentes, alienatione bonorum immobilium et mobilium dicte ecclesie et mense episcopalis Traguriensium, hiis exceptis, que servando servari non posunt, tibi penitus interdicta, volentes, ut fructus, redditus et proventus ad mensam predictam spectantes, debitis dicte mense supportatis oneribus, colligas, recipias et conserves, et quod de illis ac aliis gestis et administratis per te nobis aut sedi predicte, aut illi, qui ad hoc per nos seu sedem eamdem deputatus fuerit, fidelem et plenariam rationem reddere tenearis. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus cu-

vam, regimen et administrationem predicta sic gerere studeas fideliter, solicite ac prudenter, quod prefata Traguriensis ecclesia per actus tuorum laudabilium operum votivis continue amplietur commodis, et spiritualibus et temporalibus, auctore domino, proficiat incrementis, nosque tue diligencie studium in hac parte commendare per effectum operis valeamus. Datum Avinione, II. kaleridas iulii, pontificatus nostri, anno primo.

Theiner Mon. Slav. Mer. 1. no. 268. str. 203. - 206. — Iz reg. an. 1. com. tom. 9. ep. 134.

474.

1342, 11, jula. U Dubrovniku.

Općina dubrovačka daje izaslaniku bana bosanskoga stonski dohodak.

Die XI. iulii.

Crayslauus nunciuš nobilis et potentis viri Stephani dei gracia incliti bani Bossene (!), ut in literis ipsius domini bani hic appositis continetur, veniens in presentiam domini comitis et eius" minoris consilii cum multa [in]stantia rogauit eosdem ex parte ipsius domini bani, ut dignarentur eidem sibi dare et solvere pro ipso domino bano yperperos V. C, que ipse dominus banus recipere debebat a comune Ragusii, in ceteris primo proxime XV. preterito pro tributo Punte pro uno anno completo die mensis iunii proxime XV. preterito in ducatis de auro, et quia opportebat ipsum ire in Ungariam. Qui dominus comes cum suo minori consilio conscendentes precibus dicti domini bani non ex debito sed de gracia speciali, non preiudicando per presentes in aliquo iuribus comunis, eo quod ipse dominus banus recipere debet dictum tributum in yperperis et non in ducatis, dederunt et numerauerunt eidem Crayslauo ducatos de auro II. C. L., quos ipse Crayslauus contentus et confessus habuisse et recepisse nomine ipsius domini bani a camerlengis comunis Ragusii solventibus nomine comunis, de parte comunis presentibus Nicola de Mence, Georgio de Georgio, Jache de Crosio et Clima •de Goce testibus.

Diversa cancellariae knjiga %. 1341. u dubrovačkom arkivu.
Pucić Spom. srp. II br. 18, 15.—16.

SU/V\AKIUA.*

* Summarium i Index složio E. Laszowski.

*

* Erronee anno 1340. signatum.

* Recte a, 1342.

INDEX ALPHABETICUS

personarum et locorum.

A.

B.

C, K.

Pogrešno^Blasius Gen'o,

D.

F.

G.

H.

I, J, Y.

L.

M.

Monasteria:

N.

0.

Ordines religiosi:

P.

R.

S, Š.

T.

U, V, W.

Z, Ž.